Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.E
131
D
39
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
D
39
NAPOLI

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA TYPOGRAPHICA,

QVAE

ARTIS HUJUS PRAE-
STANTISSIMAE ORIGINEM,

LAUDEM ET ABUSUM

POSTERIS PRODUNT,

INSTAURATA

STUDIO ET LABORE

JO. CHRISTIANI WOLFII,

IN GYMNASIO HAMBURGENSI PRO-
FESSORIS PUBLICI.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

PARS SECUNDA.

HAMBURGI,

SUMMTIBUS CHRISTIANI HEROLDI. Ao. MDCCXL.

Digitized by Google

Hiſtoria a) Typographiæ,

Argentorati inventæ.

Typis exſcripſit *Mauritius Carolus*,
Argentor. MDCXXXX. in 4.
latine reddita à JO.GERH. SVCKSDORFIO,
Hamburgenſi,
Gymnaſii patrii cive digniſſimo.

Viris Nobiliſſimis, maxime ſtrenuis, ampliſſimis, providis, piiſſimis, Conſultiſſimis & prudentiſſimis, Præſidi & Senatui liberæ S. Rom. Imperii urbis Argentinæ,

Dominis noſtris gratioſiſſimis.

Viri Nobiliſſimi, maxime ſtrenui, ampliſſimi, piiſſimi, conſultiſſimi & prudentiſſimi, Domini noſtri gratioſiſſimi. Quamvis omnia ſummi Numinis beneficia magna ſint atque

a) Autorem hujus ſcripti eſſe ADAMVM SCHRAGIVM, J. V. D.& Advocatum Argentinenſem, poſt JOH. FREINSHEIMERVM in carmine germanico, quod huic libello additur, & Jo. HENR. BOECLERVM in Bibliographia Critica cap. 1. §. 6. & cap. 25. §. 1. plurimi alii tradunt.

eximia, aliud tamen alia ſuperare magnitudine ſolet; inter illa vero ſcribendi ars ob miram ſuam conditionem atque ineffabilem, quem præſtat, uſum principem absque ullo dubio locum meretur. Nonne enim nobis, diligentius rem conſiderantibus, omni humana arte majus videri debet, quod intra arctiſſimos viginti & aliquot literarum limites tot diverſa prorſus à ſe invicem atque innumera ex variis linguis vocabula cogi ac comprehendi poſſint? Nonne mirum eſt, licere nobis, illos quoque, qui multorum millium paſſuum intervallo à noſtris regionibus disjunguntur, intima mentis cogitata harum beneficio edocere, non aliter ac ſi iſti præſentes eſſent? Nonne ſummum inde in nos emolumentum redundat, quia majorum noſtrorum ortum, actiones ſtrenue patratas, atque res memorabiles, quæ literarum monumentis conſignatæ ſunt, hoc modo perdiſcere, & quæ noſmet ipſi præclare egerimus, ad ultima remotiſſimi ævi tempora transmittere poſſumus, ut ex illorum commemoratione inſigne ad poſteros commodum promanet? Nonne id egregium prorſus eſſe oportet, quo Deus ipſe utitur, ut res ab omni oblivione tutas præſtet? Hic enim proprio digito legem voluntatemque ſuam duabus lapideis tabulis inſcribens, certe unicum propagandæ cœleſtis ſapientiæ præſidium oſtendit, quod nos, æternæ ſaluti no-

noſtræ proſpecturi, merito re ipſa atque animo gratiſſimi in uſus noſtros convertimus. Lubentes itaque confitemur, hoc potentiſſimi Numinis munus, ſi vel mirum plane artificium, vel ineffabilem utilitatem reſpexeris, omnino mereri, quod ſummis beneficiis divinis annumeretur.

Propterea inprimis Deo gratias maximas agere neceſſe eſt, quod hunc incomparabilem theſaurum primis ſtatim temporibus largiri mortalibus voluerit, cujus ope creationis hiſtoria usque ad Moſen conſervari, & ab illo deſcripta ad noſtra tempora transferri potuerit. Etenim ſententia *Taciti* Annal. XI. 14. qui primos artis ſcribendi inventores Ægyptios ſtatuit, infirmo nititur fundamento; *Cadmum* vero ex Phœnicia eam in Græciam deportaſſe, in Italia porro Etruſcos à *Damaratho* Corinthio, Aborigines ab *Evandro*, Arcade, artem laudatam accepiſſe rectius affirmatur.

Quamvis itaque illa Germanis ſerius innotuerit, adeo ut *Tacitus* de Germanorum moribus cap. 19 n. 1. nobis exprobret, *literarum ſecreta viros pariter ac fœminas ignorare*; nunc tamen, quod Deo acceptum referimus, non modo diuturnam hancce ignorantiam prorſus exuimus, ſed etiam per Typographiam feliciter excogitatam (quæ omnibus antiquis ſcribendi modis longe antecellit) omnino expiavimus, ut Itali Germanis peſ-

ſime moratarum, barbararum, fatuarum, incultarum denique nationum nomen porro imponere non ſint auſuri. Eruditio enim, jam inde ab ortu hujus artis in ſummum provecta faſtigium, tantopere apud Germanos floruit, ut nulla adſit ratio, cur totius eruditionis conſpectum fugiamus. Interim optandum eſſet, ut proſpera fortuna Germanis hanc felicitatem maturius dediſſet, quæ ſi illis contigiſſet, egregia fortiſſimorum heroum, *Arioviſti*, *Arminii* aliorumque facinora diligentius fuſiusque deſcripta, atque illos victorias plures reportaſſe, quam clades accepiſſe, hodie legeremus; quin etiam obſcura olim S. Evangelii lux majoribus noſtris citius illuxiſſet.

Iam vero benigniſſimo Numini placuit, præter omnes Germaniæ urbes, chariſſimam noſtram patriam Argentoratum ampliſſimo hocce munere primum omnium ornare, cujus incolis tam felix indidit ingenium, ut rem adeo præclaram excogitare, atque ſic orbis terrarum totius utilitatibus inſervire poſſent. Quamvis ergo Argentina reliquas urbes longo poſt ſe intervallo relinquat ob mirandam turrem, tormentorum militarium ingentem multitudinem, elegantiſſima pariter atqne firmiſſima munimenta, optimamque regiminis formam, & præclaro tandem elogio ſuperbiat, quod illi *Maximilianus* I. Romanus Imperator in literis ad illam datis tu-

tribuit; *Argentoratum* ſcilicet *ab antiquiſſimis temporibus fidum Romani Imperii ſtatum eſſe, urbem excellentem atque optimam, de cujus gloria inter omnes conſtet, & in illo terrarum tractu validiſſimum Imperii propugnaculum, quæ majorum veſtigia nunquam non ſtrenue premens, maſculam fortitudinem, haud infucatam fidem, veterum Germanorum alacrem, conſtantem ac imperterritum animum præ ſe ferat*; ſumma tamen eximii iſtius inventi laus inter cætera excellentiſſima ejus ornamenta præclare eminet, quo ſcilicet univerſum terrarum orbem ſibi in perpetuum devinxit.

Quum vero ducenti jam anni effluxerint, quando *Joh. Mentelinus*, ut & *Joh Guttenbergius* ſæpius laudatam typographiam in hac urbe invenerunt, quum etiam laudabilis mos nullo non tempore receptus fuerit, ut magnorum & ingenioſorum virorum, nec non rerum, quas acute excogitarunt, memoriam celebremus, atque poſt elapſum Seculi cujusvis ſpatium benigniſſimo Deo pro inſignibus beneficiis debitas gratias læti perſolvamus; nos quoque typographi, quorum nomina in fine poſita leguntur, hæc perpendentes, poſt gratæ mentis erga Deum ſignificationem, hanc veram artis typographicæ inventæ hiſtoriam in meritam & primis auctoribus debitam laudem, ac in perpetuum celeberrimæ urbis Argentinæ honorem, à quodam artis noſtræ ſtudioſo & fautore conſcribi curavimus; inprimis, quum aliæ na-

nationes & urbes eo jam proceſſerint, ut, vel errore vel invidia ad id faciendum inductæ, gloriam hanc affectare non erubuerint. Eam ergo Vobis, Domini gratioſiſſimi, omni qua decet, ſubmiſſione offerentes, humillime rogamus, ut Vos, hujus laudabilis artis optimi Protectores atque Patroni, hoc tenue opuſculum eadem complecti benevolentia velitis, quam *Mich. Maieri*, Comitis Imperialis Conſiſtorii, tractatus de veris Germaniæ inventis, qui hanc ipſam rem pertractat, olim eſt expertus. Enixe tandem petimus, ut nobis, qui infra nomina profitemur, veſtris ſubditiſſimis civibus & in veſtram tutelam commmiſſis, tam communibus urbis omniumque civium immunitatibus, quam illis ſpeciatim, quæ intra Romani Imperii fines ab Imperatore typographis conceſſa ſunt, privilegiis, uti hactenus, ita in poſterum quoque frui gratioſe permittatis; qui Deum T. O. M. ſupplices veneramur, ut Vos Viros Nobiliſſimos, maxime ſtrenuos, ampliſſimos, providentiſſimos, piiſſimos, conſultiſſimos & prudentiſſimos æque ac celeberrimam urbem Argentoratum poteniſſime protegat,

Nobiliſſimorum, maxime ſtrenuorum, ampliſſimorum, providentiſſimorum, piiſſimorum, conſultiſſimorum & prudentiſſimorum Virorum

humillimi & ſubjectiſſimi Typographi

Joh. Repp. Moritz Carlen. Joh.

Joh. Georg. Simon.
Joh. Pickel.
Theobald Roland.
Lucas Jelinger.
Tobias Waltz.
Jacob Wangen.
Jac. Specht.
Joh. Andres.
Michaël Würcker.
Lorenz Sylveſter.
Joh. Spalt.
Joh. Spangenberg.
Georg Hagen.

DE TYPOGRAPHIÆ NATALIBUS.

Uno labore millium laboribus
Pulcherrima proportione ſatisfacere,
Uno labore myriadum laboribus
Nitidiſſima perfectione ſatisfacere,
Res eſt beatitudinis pleniſſima,
Res eſtque pulchritudinis pleniſſima,
Sic ſol, typus divinitatis maximus,
Pleno character proferens lumine *Deum*,
Impreſſione fortiter facta ſemel,
Quando caput cubilibus prodit ſuis,
Totum figurat Numinis veſtigiis
Orbem ſoli Termaximi clariſſimis.
Sed ecquid eſt tot ſyderum radiatio?
Prælum potentiæ ſupremæ maximum,
Quo codices pleniſſimos cœleſtibus
Excudit actibus *Deus* typographus.
Quanto reconditæ bono ſapientiæ
Primus creatus eſt homo mortalium?
Annon *Deus* typotheta perfectiſſimus
Compegit in eum ſanctitatis imaginem
Pleniſſimæ, quam maximis ſucceſſibus
Excuderet per filiorum filios
Haud finiendæ æternitatis ordine?

At

At cum *Deus* pararet orbi literas
Bonas ſacrasque puriores reddere,
Quas ſeculorum barbarus peſſumdedit
Torpor, ſed illas concitatis greſſibus
Communicare mentibus natis ſibi,
Typographus fuit *Deus*, cum ſpiritu
Heroico præfulgidos dedit viros.
Illis dedit typographos pſychographus
Deus, fave, fove *Deus* tantum bonum:
Primordia *Argentinæ* nobis præſtitit.
Jam NATA matre major eſt, ſed pejus eſt,
Natalium quod jura matri diſputant
In filiam, qui filiam, velut ſolent,
Spurcant Iberico nimis faſtu diu.
Nunc Nata, matris inſtruente robore,
Se vindicatam priſtinis natalibus
Gaudet, patrique cantitat laudes dari.

Joh. Georg. Dorſcheus. D.

Hiſtoria inventionis Typographiæ.

Neminem ſane fugit, quam diverſas pariter atque falſas opiniones de mirabilis, præſtantiſſimæ & utiliſſimæ artis typographicæ inventione ex longo tempore viri etiam doctiſſimi foverint atque aluerint; quippe qui illam non tantum diverſis Germaniæ urbibus & perſonis, ſed etiam exteris nationibus, modo Italis, modo Gallis, modo Belgis, quin etiam longiſſime diſſitis ac ultimam Aſiæ regionem incolentibus Chinenſibus adſcripſerunt.

Ac

Ac licet horum nonnulli iidemque ſummi Viri ad hanc juſtam & debitam Germaniæ laudem vindicandam omni ſtudio incubuerint; nemo tamen adhuc exſtitit, qui idoneis æque ac ſolidis argumentis copioſe evinceret, cui Germaniæ urbi, cui homini originem ſuam artificium illud debeat, vel quando fuerit excogitatum. Quare poſteritatem noſtram in maximam harum rerum ignorantiam atque turpiſſimos errores prolabi neceſſe propemodum eſſet, niſi tandem, hoc præſertim tempore, quo ut primi inventoris merita grati ovantesque in mentem nobis revocemus, ab omnibus typographiæ cultoribus excitamur, argumentum hoc plenius accuratiusve inveſtigare, atque falſis illis, quarum ſupra mentio facta eſt, & dubiis opinionibus obviam ire conaremur.

Antequam autem rem ipſam aggrediamur, monendum inprimis erit, originem hujus artificii, ſi theologice de illo loquamur, nemini, niſi ſoli Deo Optimo Maximo, lucis procreatori, acceptam referendam eſſe; ab iſto enim omnia bona munera deſuper deſcendunt, Jac. I, 16. Idque ipſe haud obſcure indicat, hoc de Bezaleele, Uri filio, teſtimonium Exod. XXXI, 2. perhibens: *Nominatim vocavi* Bezaleelem, *filium* Uri *ab* Haro *prognati, ex tribu Juda, quem ſpiritu Dei replevi, & ſapientia, intelligentia atque ſcientia inſtruxi, ut varii generis fabrile opus ex auro, argento ac ære artificioſe perfi-*

 cere

cere queat; nec non gemmas cælandi eaſdemque metallis includendi, ligna tandem elegantiſſimo artificio ſculpendi ſit peritus. Quum autem his loco laudato enumeratis artibus, quæ, ſi varias earum proprietates reſpexeris, longe inferiores ſint, quam illa, de qua hic agimus, non niſi à Dei ſpiritu *Bezaleel* inſtructus fuerit; nemo ſane dubitabit, quin hæc quoque ars, omnium reliquarum propagatrix, quo elogio *Ramus* lib. I. Mathemat. Schol. eam mactat, pariter à Spiritu S. ſit profecta.

Quamvis igitur omnes & ſinguli homines, præſertim nos, qui Chriſti nomen profitemur, majorem inde fructum caperemus, & majori laude digni eſſemus, ſi ſummo ſtudio eniteremur, ut huic benigniſſimo Numini, ob inventum hocce præſtantiſſimum, ejus clementiam laudibus celebrantes, debitas gratias perſolveremus; minus ſolliciti de vana gloria eorum, quibus hanc artem aliis monſtrandi facultas data eſt, quippe quæ aliorum vitioſam æmulationem & odium haud raro acerbiſſimum excitare ſolet; nemini tamen injuſtum videbitur, ſi ex licito veritatis ſtudio & decente patriæ amore nihil eorum taceamus, quibus vel illa caligine offuſa ſupprimi, vel hæc legitimo honore defraudari poſſit; inprimis quum id ipſum non permiſſum modo, ſed etiam præceptum eſſe à Deo ſciamus.

Quod ergo ad hanc quæſtionem attinet, *quem*

quem Deus primum iſto dono dignatus fuerit, quo loco & quo tempore iſtam artem cum hominibus communicaverit? variæ, uti jam ſupra oſtendimus, & prorſus diverſæ hiſtoricorum pariter ac eruditorum aliorum ſententiæ ſeſe nobis offerunt. Quilibet enim ignorantia forſan, vel ſtolida arrogantia ductus, ſuam Patriam, ſuos cives hujus inventi gloria decorare allaboravit. Ut vero rem totam brevius & accurratius exponamus, eam in hæc membra diſpertiemus; 1. hujus eximiæ artis inventionem, prout quidem hodie apud nos floret, non Chinenſibus Aſiæ incolis, vel aliis gentibus extra Europam, ſed ſolis Europæis, atque in his, 2. neque Italis 3. neque Gallis, 4. neque Batavis, ſed 5. Germaniæ ſuperioris incolis, & ſigillatim 6. Argentinæ urbi, non autem 7. Moguntinis attribuendam eſſe; porro 8. quodnam primi inventoris nomen fuerit? 9. quo tempore reperta ſit Typographia? 10. qui libri probabiliter primi prelo ſubjecti fuerint? 11. quam mira ſit Typographiæ natura, præſtantia & uſus, quis denique 12. abuſus, oſtendemus.

I.

Chinenſes non eſſe artis imprimendi, prout hodie apud Europæos adhuc floret, inventores.

Incredibilem Jeſuitæ operam navarunt, ut omnibus perſuaderent, Chinenſes, quos an-

antiqui ſcriptores (*Plinius* Hiſt. nat. lib. VI. cap. 17. *Solinus* Polyh. cap. 51. *Marcellinus* lib. XXIII) Seres vocant, atque vetuſtiſſimis gentibus annumerant, inde ab innumeris annis typographiam excoluiſſe, atque adeo Europæ incolas, de hujus artis inventione tantopere gloriantes, riſu ac ludibrio dignos prorſus videri. *Jo. Pet. Maffaus* lib. VI. Indic. Hiſtor. fol. 256. ſcribit: *Chinenſes literas imaginesque ſubjectis prelo typis excudere, (quibus commentis Europa recentibus adeo gloriatur) vetuſtiſſimo in uſu apud Chinas eſſe compertum eſt.* Conſonam huic ſententiam profert *Garzias ab Horto* lib. II. aromat. apud Indos naſcent. c. 38. *Typographica ars tam vetuſta & ſemper apud Chinenſes uſurpata eſt, ut omnem hominum memoriam ſuperet.* Et *Joan. Gonſalvus Mendoza* lib. III. de la hiſtoria del gran Reyno de la China pag. 99. edit. Antw. 1596. *Segun parece por la comun opinion la invencion de el eſtampar començo en Europa el anno de 1458. La qual ſe atribuye a un tudeſco, llamado* Joan Cutembergo, *y ſe tiene por coſa cierta, que el primer molde con que ſe imprimo ſe hizo en Maguncia, de donde un Aleman llamado* Conrado *traxo a Italia la invencion. Pero ſegun los Chinos affirman, ſu primer principio fue en ſu reyno, y el inventor un hombre, a quien ellos reverencian por ſancto, de donde ſe derivo y traxo muchos annos deſpues que ellos tenian el uſo al reyno de Alemania, por la Ruſcia y Moſcovia, por donde tienen por muy cierto ſe puede venir por tierra: y que mercadores, que venian de alla al di-*

cho

cho reyno por el mar vermejo, y Arabia la felice, traxeron libros de donde el Joan Cutembergo, (*a quien las hiſtorias hazen auctor*) *tomo motivo: lo qual ſiendo aſſi verdad, (como ellos tienen autenticado) queda muy claro que eſta invencion vino y ſe comunico de ellos a noſotros, y ayuda para creer eſto hallarſe el dia de oy entre ellos muchos libros eſtampados mas de* 500 *annos antes de el anno, en que por nueſtra cuenta tuvo principio la invencion en Alemania; de los quales tengo yo uno, y e viſto otros muchos aſſi en las Indias como en Eſpanna y Italia* &c. Horum ſententiæ accedit *Joh. Hugo Linſchotanus* Part.II. Indiæ Orient. cap. 26. *Typographiam Chinenſibus fuiſſe in uſu ante aliquot ſecula, habere libros excuſos, annis quingentis ſexcentisque prius, quam in Europa ea fuerit inventa, eſſe pariter ibi refertiſſimas Bibliothecas.* Add. *Hieron. Oſorius* lib. II. de rebus geſtis *Eman.* Regis Luſitaniæ; *Joh. Metellus* in hiſtor. de novis inſul. & novo orbe; *Pet. Gregorius Tholoſas* lib. 25. de republ. cap. 3. *Nic. Trigaultius*, (qui teſte *Herm. Hugone* de prima ſcribendi origine p. 211. ed. Antw. 1617. è Chinenſium regno in Europam nuper rediit) lib. I. cap. 4. annal. Sinenſium tradit, hujus artis uſum jam ante Chriſtum natum apud Chinenſes obtinuiſſe; en ejus verba: *Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto, quam apud Europæos; nam à quinque retro ſeculis certum eſt ab iis uſu receptam; neque deſunt, qui aſſerunt, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet. Jovius* etiam

lib.

lib. 14. Hiſtor. ſibi temperare non poteſt, quo minus ſententiæ huic aliquid firmamenti addat: *Quod maxime mirandum videtur*, inquit, *in India artifices ſunt typographiæ, qui libros (in quibus hiſtoriæ & ſacrorum cerimoniæ continentur) imprimant more noſtro, quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie replicantur* &c. *Maffejus* loco citato pleniorem horum foliorum deſcriptionem ſuppeditat, & clarius oſtendit, qua ratione illis literæ imprimantur: *Ad ſcribendum arctas & oblongas adhibent è levi admodum ac tenui papyro pagellas; neque verſus ab læva ad dextram, ut Græci; neque ab dextra ad lævam, ut Hebræi; ſed ad imum ab ſummo perducunt, cujus generis impreſſum volumen atque inde transmiſſum Romæ in Vaticano, itemque in Laurentiana* Philippi *Regis bibliotheca, videre me memini.* Hactenus *Maffejus.*

Quicunque hæc modo in medium prolata attenta mente perpenderit, facile reperiet, typographiam Chinenſium eatenus quidem cum noſtra convenire, quatenus imagines varias, notas & figuras, aſſerculis inſculptas, premendo pariter chartis inſcribunt, cujusmodi libri atque folia hodie diverſis in locis, præſertim in Batavia, monſtrantur, ea, quam *Maffejus* deſcripſit, ratione excuſi. Veroſimile quoque ſit, ipſos hanc artem primos inveniſſe, inde ab antiquiſſimis temporibus, quæ hominum memoria vix attingere poteſt, exercuiſſe, atque primum auctorem

rem

rem divino cultu, uti *Mendoza* refert, eſſe proſecutos. Attamen ingens ilud, quod inter noſtram atque Chinenſium typographiam intercedit, diſcrimen ultro ſeſe nobis offeret. Nam 1) hi ejusmodi literas, quibus apud nos vocabula certas res denotantia componuntur, plane ignorant, alphabeto etiam, quod vulgo dicitur, omnino carent, ſignis tantum variis, characteribus atque figuris ea repræſentantes, quæ cum aliis communicare cupiunt, quam ſcribendi rationem nos quodammodo imitamur, quando numeros arithmeticos non uſitatis literis, ſed hiſce potius notis 1. 2. 3. &c. indicamus. Quamobrem quum alio ſcripturæ & litterarum genere non utantur, moleſtus ſane labor non ſine indefeſſa diligentia iis ſubeundus eſt, qui Chinenſium figuras, quibus ſcripta ſua componunt, intelligere volunt. Horum enim libros lecturus 85000 minimum ſigna ſibi familiaria facere tenetur; eruditiſſimi vero viri nomine dignus nemo exiſtimatur, niſi 120000 notas memoriæ mandaverit. vid. *Phil. Ziegleri* America pag. 391. Ita *Joſephus Acoſta* narrat, Jeſuitas, quum ipſe in hac regione commoraretur, in lingua hac perdiſcenda adhuc fuiſſe occupatos, atque ipſis diurno nocturnoque ſtudio eam tractantibus decem fere annos effluxiſſe. 2) *Metellus* in hiſtoria de novis inſulis & novo orbe teſtis eſt, eorum ſigna atque figuras mi-

minime ad inſtar noſtrorum typorum per artem fuſoriam effici, ſed tabulis potius incidi, qua nosmet ratione circa ligneas & æneas tabulas imaginum efformandas verſamur, quod facillime cognoſcent omnes, quibuscunque vel ſemel Chinenſium ſcripta contemplanda obvenerint. Hinc ergo prorſus liquet, hæc duo typographiæ genera prorſus diverſa eſſe, ſi id unum exceperis, quod utraque natio prelo typographico utatur.

Objicies forſitan, hiſtoricos tamen rerum Chinenſium, præſertim *Mendozam* atque *Jovium*, locis allegatis tradidiſſe, Germanorum typographiam ex Chinenſi exortam eſſe, quoniam iſti tum demum in eam exercendam incubuerint, quum à Scythis & Moſchis, peregrinationibus terra factis, Germani, ac inprimis *Gutembergius*, hunc incomparabilem theſaurum accepiſſent. Imo vero iidem illi, ſine pudore omni, neque tamen ſine figmento affirmaturi eſſent, artem illam mari ad nos delatam eſſe, quod nempe facilius fieri potuiſſet, niſi typographiam apud nos 50 propemodum annis ante floruiſſe ſciremus, quam *Chriſtophorus Columbus*, Genuenſis, in Americam navi primus deportaretur. Operæ pretium erit audire, quibus argumentis mendacia ſua fulcire annitantur. *Mendoza* inquit: *los Chinos affirman.* (Chinenſes affirmant.) *Jovius*: ſe facile adduci, ut credat. At enim, mi *Mendoza*, ſi Chinenſes id non affirmarent, quod

ego

ego quidem puto, atque haud conſultum arbitror, ut tam longinquum iter ad hanc rem inveſtigandam ingrediar; an teſtimonio creduli *Jovii* fidem adhiberem, quem nemo unquam candidum & ingenuum hiſtoriæ ſcriptorem exiſtimavit. *Bodinus* certe in Methodo hiſtor cap. 4. hæc refert: *Cum rogaretur* Jovius, *cur ſimularet falſa, vera diſſimularet? amicorum gratia id à ſe factum reſpondit. Ac tametſi ſuperſtites intelligeret ſuis ſcriptis fidem derogaturos, ea tamen intelligebat infinitæ poſteritati credibilia fore, qui ſibi ſuisque popularibus laudem eſſent allatura. Illud certe ad ſempitèrnam memoriam teſtatum reliquit* Gorræus *Pariſienſis, qui quas finxit* Amadiſi *fabulas, non minus veras ac probabiles, quam* Iovii *ſcripta, fore confidit*, &c.

Ex his nullo ſane negotio hoc inprimis elicitur, *Mendozam* & *Jovium* modo memoratos, invidia potius ac odio erga Germanos, quam certis vel probabilibus ſaltem argumentis permotos eſſe, ut fabulas haſce in medium proferrent, & Scythas atque Moſchos laudatæ artis propagatores jactitarent, feras ac barbaras nationes, ante 200 annos à literarum ſtudiis prorſus alienas; harum vero naturalis comitas ſcilicet! tanta fuiſſet, ut mediæ potius Germaniæ incolas, quam finitimos Polonos aut Hungaros, illam edocerent. *Sim. Schardii* IC. teſtimonium in Epitome rerum geſtarum ſub Ferdinando I. Imper. edit. An. 1563. his plane contrarium eſt,

qui ſequentia profert: *Conſtat belli Smalcaldici tempore præfectum quendam equitum ex Moſchia oriundum D. Carolo V. quatuor millia equitum pollicitum fuiſſe, cæterum, quod tardius advenerat, bello jam confecto, eam tantum gratiam ab optimo principe pro beneficio oblato retuliſſe, ut quosdam artifices ex Germania permiſſu Cæſaris conducere liceret, quos ſecum in Moſchiam advectaret, titulo ſane ſpecioſo, excolendæ nimirum barbareæ regionis cauſa. Itaque inter alios Architecti, Typographi, Poetæ, fabri ferrarii &, quod plurimum intererat, tormentorum libratores ac magiſtri conducti ſunt.* Ex his itaque firmum omnino tenetur, typographiam, quam quidem nos hoc tempore habemus, non Chinenſibus, aut aliis Aſiæ gentibus, ſed Europæis ſolis deberi, quod fuſius oſtendunt D. *Caſp. Britſchii* notæ in *Natalis Comitis* Hiſtoriam pag. 325 ed. Arg. 1622. *Henr. Salmuthi* Comment. in *Pancirolli* nova reperta pag. 595 ſqq. ed. Amberg. 1612. *Beſoldus* in libello ſing. de Bombardis & Typographia pag. 24. ſq. *Melch. Adamus* Sileſ. Vol. I. literati in Germania Seculi pag. 3 & *Mich. Maier* Com. Palat. in veris inventis Germaniæ pag. 122. ed. Francof. 1619.

II.

Italos non excogitaſſe typographiam.

Poſtquam ſuperiori capite ſatis ſuperque demonſtravimus, typographiæ inventionem ſolis Europæis, minime vero Chinenſi-

nenſibus, aut aliis quibuscunque Aſiæ nationibus tribuendam eſſe, inſtitutum noſtrum poſtulat, ut nunc oſtendamus, quibus Europæ incolis gloria hæc merito competat; quoniam nonnulli exſtiterunt, qui, reclamante licet veritate ipſa, eam modo ad Italos, modo ad Gallos, modo ad Batavos transferre ſtuduerunt. *Pomponius Lætus*, ut Italis hunc honorem tribuat, *Saturnum* typos æneos ſecum in Italiam deportaſſe fingit, quem vero *Peutingerus* in Antiqq. Germaniæ ſolide refutavit, cujus verba *Serrarius* repetit in rebus Mogunt. pag. 158. *Beſoldus* autem, qui in libello ſingulari de Bombardis & Typographia pag. 25 narrat, R. *Joſephum* in Chronico ſuo, edito An. Jud. 5188. i. e. poſt nat. Chr. 1428. mentionem facere libri, Venetiis excuſi, inſcriptionem vero ejus ſilentio prorſus præterire; atque inde colligit, huncce librum omnium primum prælis ſubjectum eſſe, lubrico ſane vel nullo pæne fundamento nititur, quia ad librum, cujus ne inſcriptionem quidem compertam habemus, provocat. Præterea ex ipſorum Italorum ingenua confeſſione apparet, eos id operam non dediſſe, ut iſtam gloriam ſibi arrogarent. Exemplo nobis ſit *M. Antonius Coccius Sabellicus* Ennead. X lib. VI. qui tradit, *librariam Impreſſionem commentum teutonicum eſſe, ejusque inventi auctorem* Jo. Gutenbergium *equeſtri dignitate virum*; cujus ſententiam *Bapt. Fulgoſius* confirmat lib. VIII. di-

ctor. & factor. memor. cap. 11. qui circa annum Chr. 1483. ex ducatu Genuenſi ejectus eſt, cujus verba ſunt: *Omnem mechanicæ artis effectum, non recentis modo, verum etiam antiquæ, illud ſuperavit, quod ſcribendo* Gutenbergius *Argentinenſis oſtendit, primum à ſe inventa imprimendarum literarum ſcientia. Nam non ſolum uno die imprimendo plura ſcribere, quam uno anno calamis, docuit.* Et paulo poſt: *Per hanc igitur literarum impreſſionis artem præclariſſimi auctores, etſi diu ante fuerunt, tamen anno ſalutis quadringenteſimo ac quadrageſimo ſupra mille haud injuria nati eſſe dici poſſunt.* Non minus ex carmine mox proferendo, quod in fine Operum philoſophicorum Ciceronis, quæ Romæ An. 1471 lucem viderunt, exſtat,) colligere licet, Germanos omnino hanc artem in Italia divulgaſſe:

Aſpicis illuſtris lector &c. (*vid ſupra Part. I. pag.* 362.)

His non leve pondus addent ea, quæ de *Antonio Campano* infra ſectione proxima narrabimus, atque adeo hæc res ulteriori demonſtratione non indiget, quippe quæ per ſe manifeſta ſatis atque evidens eſt. Jam demonſtrandum erit,

III

Gallis typographiæ inventionem minime adſcribendam eſſe.

A*ntonius Campanus* atque alii nonnulli, quum *Ulricus Han*, qui laudatam artem

tem primus Romæ exercuit, cognomen ſuum germanicum *Han* cum latino *Gallus* commutaſſet, in hunc errorem prolapſi ſunt, ut patriam ipſius Galliam eſſe crederent, quoniam vocabulum *Gallus* id ipſum indicare videbatur. Sed illum ex Germania, non vero ex Gallia, ortum eſſe docet *Wimphelingus* in epitome rerum Germanic. cap. 65. *Præterea* Ulricus *cognomento* Han, &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 174. ſq.) Illis autem, qui *Nic. Genſonium*, natione Gallum, hanc artem excogitaſſe tradunt, reſponſi loco opponam verba *Chronici Colonienſis* An. 1499. impreſſi fol. 312. *Item eynre genannt Omnebonum*, usque ad verba: *dair he began Schrifft tzo ſnyden und bereyden*: (vid. ſupra Part. I. pag. 409 ſq.) Atque hæc de illa re ſufficiant. Oſtendendum porro eſt,

IV

Batavos, ſpeciatim Harlemenſes, nequaquam typographiæ auctores eſſe.

Multi non immerito audaciam *Hadr. Iunii* mirantur, qui non ſolum Germanis laudem, quam ob typographiam excogitatam meruerunt, eripere conatur, ſed etiam *Fauſtum* Moguntiacum, quem plurimi primum inventorem (ſed perperam) credunt, furem appellare palam non dubitat, Batavis autem ſuis illam cupidiſſime pariter ac confidentiſſime, multis circumſtantiis temere enarratis, tribuit, quamvis hæc omnia ab ip-

ſis civibus ejus improbentur. His autem verbis utitur in Hiſtoria Bataviæ cap. 17. *Habitavit ante centum annos* &c. usque ad verba: *cum Petri Hiſpani tractatibus, prima fœtura.* (vid. ſupra Part. I. pag. 234-236.) Hæc dicit *Junius* ea fere eſſe, quæ à ſenibus fide digniſſimis acceperit. *Bertius* autem lib. II. Geogr. cap. 9 in Hollandiæ deſcriptione iisdem fere verbis utitur, ut illa ex *Hadr. Junii* libro transſcripſiſſe videatur, quare illis hoc loco repetendis nos ſuperſedere poſſe exiſtimamus. Quanquam autem jam pridem *Serrarius* in rebus Mogunt. lib. I. cap. 37. *Bertium* una cum *Hadr. Junio* ita oppugnavit, ut illa ſufficere poſſint; quia tamen plura de eorum commentis monenda occurrunt, temperare mihi non potui, quo minus ea ſtrictim indicarem. Si prima *Junii* verba perpenderimus, nobis mirum omnino atque abſonum videbitur, *Laurentium Johannem*, cognomine *Coſterum*, anno demum Chriſti 1447. obambulantem ex fagi cortice fortuito quodam caſu literas ſculpſiſſe, quum nihilominus uterque, & *Junius*, & *Bertius*, ſub finem narrationis ſuæ tradant, *Fauſtum* profugum jam A. C. 1442. iisdem, quin etiam æneis, fuſoria arte elaboratis typis (quos ſcilicet *Laurentius* quinque demum annis poſt ex ligno perfecit,) *Alexandri Galli* Doctrinale una cum tractatibus *Petri Hiſpani* excudiſſe. Annus poſt C. N. quem *Junius* typographiæ natalem fuiſſe ſtatuit,

tuit, inde colligitur, quod ipſe ab inventione hujus artis usque ad Annum 1575. quo hiſtoriam ſuam in Belgio edidit, annos 128 numeret, jam vero, ſi de 1575, annos 128 demas, 1447 ſupererunt. Idem quoque annus ex *Bertii* verbis elicitur, qui lib. II. Geograph. in deſcriptione Hollandiæ ſequentia verba tradit: *Huic urbi* (Harlemo) *inventa typographicæ artis gloria debetur. Ante annos enim* 153 Laurentius Johannes, *cognomine* Ædituus, *qui in ædibus ſatis ſplendidis, foroq; imminentibus è regione palatii habitabat, forte cum in ſuburbano nemore ſpaciaretur, cœpit faginos cortices in litterarum typos conformare.* Opus autem ejus Geographicum, ut ex præf. colligimus, an. 1600 primum prodiit, de 1600 vero annis ſi 153 ſubtrahantur, reliqui erunt 1447. Hoc, inquam, mirum & abſonum mihi videtur, quod iſti ſummmi ac doctiſſimi Duumviri uno quaſi ore profitentur, *Laurentium Janſen* omnium primum an. 1447 artem literas ligno incidendi Harlemi excogitaſſe, & tamen, (ut ipſi contendunt) à fugitivo ejus famulo, *Johanne Fauſto*, libros ſupra commemoratos hujus *Laurentii Janſonii* typis ex ære fuſis an. 1442. excuſos eſſe.

Pergit *Junius*: *Cœpit faginos cortices principio in literarum typos conformare, quibus inverſa ratione ſigillatim chartæ impreſſis verſiculum unum* &c. Rem autem longe aliter ſe habere ipſe *Bertius* his verbis confitetur lib. III. Comment. rerum german. *Artis typographicæ inventionem* &c. us-

que ad verba: *pro primo iſtius artis inventore laudatus ſit.* (vid. ſupra Part. I. pag. 193. not.) Hæc totidem iisdemque verbis, quibus apud auctorem leguntur, proferenda duximus, ut benevolo lectori pateret, quam fluctuante ac dubio animo *Bertius* illa proferat, & primum in eo lapſum ſeſe ſimpliciter & candide profiteatur, quum *Speculum ſalutis* belgico ſermone conſcriptum traderet; deinde etiam ſe aberraſſe à vero, quia laudatus ſæpe *Laurentius Janſonius* non ſingulos typos formaverit, ſibi invicem poſtea jungendos, ſed literas potius tabulis aſſerculisque inciderit, quas chartæ imprimeret, ea ratione, quam Chinenſibus quoque ſolennem eſſe antea diximus; in hanc tamen certiſſimam opinionem induci, fore, ut ſaltem inventionis hujus gloriam Moguntini Harlemenſibus ultro concederent, quamvis illi poſt levia illa rudimenta pedetentim typographiam talem præſtiterint, qualis hodie exerceatur. Ceterum ſe minime inficiari profitetur, quod paulo poſt *Joh. Gutembergius* longe plures libros hoc modo excuſos emiſerit, atque adeo ab exteris primus inventor creditus ſit. Denique lepidam hanc ſententiam in fine profert: *Vere Germanorum hæc laus eſt, ſive Harlemenſibus ea tribuatur, ſive Moguntinis.*

Nos ſane non moleſte ferremus, Batavos iſtos ingenuos quandam hujus gloriæ particulam reportare, dummodo ſolidis argumen-

mentis, non vero ſenum fide dignorum narratiunculis, (ſicut *Junius* loco ſupra citato, atque *Bertius* in verbis, quæ modo adduximus,) niterentur, neque annum in tempora paulo recentiora rejicerent, quin etiam ab aliis monendi eſſent, primum typographiæ illorum ſpecimen *Donatum*, non vero *Speculum Salutis* fuiſſe, id quod infra Sect. 10. patebit. Quamvis autem hæc iis lubentiſſime largiremur, veritas tamen hiſtorica obſtat, quæ meliora certioraque de invento illo ſuppeditat. Etenim mox probabimus, *Joh. Mentelinum* an. 1440, vel ex *Gebwileri* ſententia an. 1447 Argentorati artem typos ſingulatim fabricandi, connectendi atque in charta exprimendi docuiſſe. Apte ad hanc rem quadrant verba, quæ *Mich. Maierus*, Comes Palatinus &c. in veris Germaniæ inventis pag. 126. illis objicit: *Jam ante diximus, argumentum eſſe elumbe* &c. usque ad verba: *aliud eſt, typographicam artem inveniſſe.* (vid. ſupra Part. I. pag. 195. ſq. not.)

Ut vero *Johannem Fuſt*, quem ipſi clam ab Harlemenſi inventore profugiſſe dicunt, defendamus, operæ pretium non fuerit, quum jam pridem *Serrarius* in rebus Moguntinis pag. 155. hæc prorſus falſa eſſe manifeſto ſatis indicio oſtenderit.

Nihil ergo Harlemenſes habent, de quo glorientur, niſi quod poſt aliquot annos, quum jam typi proprie vereque dicti Argen-

tinæ adhiberentur, artem illam litteras ligno incidendi repererint, quæ etiam poſtea per quoddam temporis ſpatium illis ſuffecit. Quapropter *Adrianus Romanus*, qui nunc typographiam Harlemi exercet, nequaquam in rectam conſcientiam peccaret, ſi ſtatuam ligneam *Laur. Janſonii*, quæ in faſtigio ædium ejus poſita eſt, prorſus removeret, aut ſaltem inſcriptionem aliquantum immutaret.

V.

Germaniæ ſuperioris incolas typographiam excogitaſſe.

Quum igitur in ſuperioribus ſatis ſuperque demonſtratum ſit, neque Chinenſes, neque Italos, neque Gallos, neque Batavos etiam, artem typographicam inveniſſe, hoc capite, ut reliquis velut cumulus accedat, locos quosdam auctorum, omnem fidem merentium, breviter in medium proferemus, qui incolarum ſuperioris Germaniæ acre & perſpicax ingenium, in hujus nobiliſſimæ artis inventione potiſſimum eluceſcens, ſummis laudibus celebrant. Inprimis vero memoranda veniunt, quæ *Philippus Beroaldus* in honorem eorum canens his verſibus incluſit:

O Germania, muneris repertrix &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 173.)

Cui *Joh. Nauclerus* in Chronographia fol. 282. pr. edit. Tub. an. 1516. aſſentit his verbis:

Hoc

Hoc inventum (artis impreſſoriæ) *neſcio an unum ſupra reliquas nationes ingenium germanicum, vel elegantia ſua, vel utilitate efferat.* Interjectis aliquot verſibus ita pergit: *Fato Germanicis ingeniis* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 329.) *M. Antonius Coccius Sabellicus* Ennead. 10. lib. 6. (libraria impreſſio) *Commentum teutonicum eſt, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quæſtu.* Chronic. Colon. fol. 312. *Deſe boichwyrdige Boichdruckerkunſt is vonden allereyrſt in Duytſchlant tzo Mentz am Ryne. Ind dat is der Duitſcher nacion eyn groiſſe eirlicheyt, dat ſulche ſynryche mynſchen ſyn dae tzo vinden. In dat is geſchiet by den jaire uns Heren anno Domini* 1440. &c. *Jac. Spigelius* Seleſtadienſis, D. *Maximiliani* à Secretis, in comment. quem ſcripſit ſuper libros XII. Auſtriados *Bartholini* lib. 9. pag. 241. edit. Froben. *Fato quodam Germanica ingenia* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 318.) D. *Sebaſtianus Brantius* in elogio impreſſoriæ artis à Germanis nuper inventæ hæc inter alia canit:

Quæ doctos latuit Græcos, Italosque peritos,
Ars nova, Germano venit ab ingenio.

In his allegatis locis nunc acquieſcimus, quia ex iis, quæ ſequuntur, dilucide ſatis cuique apparebit, inventum hoc Germaniæ ſuperioris incolis omnino vendicandum eſſe, ad quod argumentum probandum nunc progrediemur.

VI.

VI.
Ab Argentoratenſi quodam cive in hac urbe artem iſtam inventam eſſe.

Vera atque brevis hujus rei hiſtoria in Chronico quodam Argentoratenſi MS. hunc in modum conſignata extat, quam prolixiori demonſtratione ſigillatim fulciemus: *Als zum drittenmahl von der Küffer-Zunft zum Ammeiſter erwehlet worden Herr* Claus Schanlitt, *und Stättmeiſter geweſen ſeind* Walther Spiegel, Burckhard von Müllenheim, Cuno zum Treubel, Hans Balthaſar von Endingen, *iſt die herrliche und ſehr nützliche Kunſt der Buchtruckerey erſtlichen offenbar, und zwar alhie zu Strasburg an Tag gebracht, und erfunden worden durch* Joann Mentelin, *welcher am Fronhoff zum Thiergarten wohnete, der hatte einen Diener, mit Namen* Hans Gensfleiſch, *von Meyntz bürtig, dieſem vertrauete er ſeine neue Invention, verhoffend, durch ihn noch weiters zu kommen. Er wurde aber von ihme ſchandlich betrogen, denn dieſer jetztgemelte* Gensfleiſch *mit* Johan Gutemberg *Kundſchaft machte, ſo ein anſehnlicher und reicher Mann war, und auch etwas Wiſſenſchaft umb des* Mentelins *Kunſt hatte; dem offenbahrte er alle Heimlichkeit, und weil ſie in Hofnung ſtunden, mit dieſer Kunſt groß Gelt und Gut zu erwerben, und aber alhie zu Strasburg vor dem* Mentlin *die Sach nicht wol würden können ins Werck richten, ſchlugen ſie an, ſich von dannen gen Meyntz zu begeben, als dann auch geſchehen.* Et pau-

paulo infra: *Aber Gott, der keine Untreu ungeſtraft läſt hingehen, ſtrieff endlich den* Gensfleiſch *alſo, daß er ſeines Geſichts beraubet,und blind wurde* &c. Hujus artis prima ſpecimina, prela & typi paulo ante noſtra tempora extiterunt, teſte *Dan. Specklino*, in Chronico ſuo MSto, qui ea oculis ſuis vidit, atque ita deſcripſit: *Die Buchſtaben waren von Holtz geſchnitten, auch gantze Wörter und Syllaben, hatten nebenszu Löchlin, daß mans mit einem Drát oder ſtarcken Faden kondte zuſammen faſſen; ſo war die Preß auch hültzin, und wie ein Trott, damit man allerhand Saft austrottet, formirt* &c.

Hæc quidem omnibus abunde ſatisfacere poſſent; ne tamen, teſtimonio MStorum ſolum innitentes, Benevolo Lectori fucum, ut dicitur, facere velle videamur, ea quæ huic rei illuſtrandæ inſervire poſſunt, ex libris impreſſis quoque juſto ordine accurate in medium proferemus, cætera autem, v. c. annum inventionis, ad ſuum quæque locum reſervabimus.

Jam vero *Joannem Mentelinum* verum ac principem egregiæ hujus artis auctorem & inventorem eſſe, præter excitatum modo Chronicon, *Hieronymi Gebwileri* verba in Panegyri Carolina pag. 19. ed. Argent. 1521. docent. *Foverant*, inquit, *& hæc mœnia (Argentenſia) præclaræ indolis homines & indigenas & advenas in Alſatia olim noſtra viritim nominandos; in horum albo* Joannes Mentelin *non infimum locum ob-*

obtinet, ob chalcographandi ſeu ſtanneis calamis excudendi libros artem, quam primus ante 74 annos in hac urbe mortalibus adinvenit. Etſi Moguntiaci cuidam Joanni Fauſt, *civi ſuo, id acceptum ferant. Ipſi quidem vidimus ſyngrapham* Joannis Mentelin *&* Henrici Eckſtein, *Argentinenſium civium, ſuper certis pactis, quibus alter alteri ſeſe eo tempore obligaverat, cauſa occultius hanc impreſſoriam artem inter ſe primum exercendi, quæ nimirum quotidiano uſu, novis adinventionibus clarior reddita eſt. Conſpeximus & illic libellum ejusdem* Joannis *MStum, ac multis figuris inſtrumentorum ei arti neceſſariorum depictum; item de atramento conficiendo elegantiſſima præcepta, quæ monumenta* Joannes Schottus, *Argentinenſis, & doctrina & hac arte celebris, prædicti* Mentelin *ex filia nepos, hodie penes ſe illæſa retinet, cujus tam præclariſſimi ingenii ac cæterorum de re litteraria bene meritorum Alſatorum nomine, tum Italia, tum Gallia, ullius barbariei notam Tribocibus inurere erubeſcat.* Similia tradit *Jacobus Spiegelius*, Seleſtadienſis, Imp. Maximiliani I. à Secretis, loco ſupra allegato. (vid. Part. I. p. 318.)

Quoniam vero laudato *Mentelino* non tantæ ſtatim opes ſuppetebant, quantas officina typographica inſtruenda atque exornanda requirebat, *Gutembergius* contra una cum *Genſefleiſchio* Moguntiam interea perveniens, hujus artis arcana ante *Mentelinum* prodebat; apud multos illa obtinuit opinio, *Gutembergium*, auxilio prædicti *Genſefleiſchii* adjutum, artis iſtius primum inventorem extitiſſe, cui ſententiæ cal-

calculum jam olim adjecit *Jac. Wimphelingius*, (qui circa A.C. 1508 floruit) in catalogo Epiſcop. Argent. p. 62. ed. Argent. 1508. *Sub* Roberto *Epiſcopo* &c. (vid. ſupra P. I. pag. 174.)

Gutembergii & *Genſefleiſchii* iter, quod Argentorato Moguntinam fecerunt, commemorat etiam *Valentinus Müntzerus*, civis Fuldanus, in Chronographia Bernæ 1550 edita: *Die edle Kunſt der Truckerey iſt anno Chriſti* 1440 *durch* Johann Guttenberg *zu Strasburg erfunden worden, und zu Meyntz glückſeliglichen vollendet. Es ſchreibens etliche* Johanni Gensfleiſch *von Meyntz zu.* Accuratius id exponit *Bernhardus Hertzogius* in præfat. Chron. Alſat. ſub pr. *Darumb auch dieſes nicht die geringſte Gut und Wolthat iſt, daß er bey diesen unſeren letzten Zeiten und Jahren in Teutſchland, ſonderlich in Edelſaß zu Strasburg, durch* Johann Gutenberg *An.* 1440. *die Erfindung des Trucks herfur kommen laſſen, welcher* Gutemberger *hernach von Straßburg ſich gen Mentz begeben, und daſelbſten mit Hülf* Johanſen Genſsfleiſch *die Truckerey endlich in volles Thun gericht, dadurch viel Zeit mag erſparet werden, und in einem Tag mehr durch zwo Perſonen geſetzt und getruckt wird, dann vor zwantzig oder mehr in etlichen Jahren erſchreiben konten; da auch vor dieſer Zeit ſolche übertreffliche Kunſt vorhanden geweſen, würden ohn allen Zweifel mehr Bücher, nicht allein in H. Schrift, ſondern auch von der alten Teutſchen Völcker Thaten, Heerzügen, Kriegen und Satzungen vorhanden ſeyn, dann man leyder heut zu Tag befindet.* Et in Chron. Al-

Alſat. ed. Argent. 1592. pag. 127. *Under dieſem Keyſer* (Friedrich *dem Dritten*) *iſt die edle Kunſt des Büchertruckens An.* 1450 *durch* Johannem Gutenberg *von Strasburg in der Stadt Meyntz in das Werck gericht, aber zuvor zu Strasburg erfunden worden. Als nun derſelbig alle ſeine Nahrung, von wegen daß die neue Erfindung gantz ſchwär was, angewendet, iſt er mit Rath und Hülf* Johannis Fuſten, Joh. Gensfleiſch *gen Meyntz gezogen, und das angefangen Werck etwas volkommener ergriffen.* Similia verba de hac re exſtant in D. *Caſp. Hedionis* auserleſenen Chronick, edit. Argent. 1543. Duumvirorum horum etiam meminit *Sebaſtianus Franckius* in Chronico ed. Bern. 1555. p. 215. *Nach Chriſti Geburt* 1440 *Jahr hat ſich erſtlich erzeiget, under Keyſer* Friderich *den Dritten, die nimmer gnugſam gelobte Kunſt des Buchtruckens in Teutſchland, von* Johanne Gensfleiſch *zu Meyntz, wiewol etliche die Erfindung dieſer Kunſt zuſchreiben* Johanni Gutemberg *von und zu Strasburg &c.*

Fuerunt præterea nonnulli, qui inventionis hujus gloriam ſoli *Gensfleiſchio* deferrent, id quod partim ex errore ſupra jam detecto, partim ex Moguntinorum arrogantia manavit, qui toti in eo ſunt, ut hoc cive ſuo ſuperbire poſſint: Mirum vero prorſus videtur, tot inventores ab ipſis jactari, mox *Fauſtum*, mox *Schæfferum*, mox alios. Ex quo diverſarum opinionum diſſenſu facile colligere licet, quam dubiæ & incertæ ſint illorum ſententiæ. Ut ad *Gensfleiſchium* redeamus, hoc quidem in

ejus honorem compoſitum epitaphium mox proferendum hodie adhuc reperitur, quod tamen, quum errori ante indicato ſuperſtructum ſit, Moguntinorum argumentis nihil roboris, nihil firmamenti addere poteſt:

In felicem artis impreſſoriæ inventorem.

D. O. M. S.

Ioanni Gensfleiſch, *artis impreſſoriæ repertori de omni natione & lingua optime merito, in nominis ſui memoriam immortalem* Adam Gelthus *poſuit, oſſa ejus in Eccleſia* D. Franciſci *Maguntiæ feliciter cubant.*

Huc etiam pertinet *Jacobi Wimphelingii* epigramma in eundem:

Fœlix Anſicare, *per te Germania fœlix*
Omnibus in terris præmia laudis habet.
Urbe Moguntina, divino fulte Joannes
Ingenio, primus imprimis ære notas.
Multum relligio, multum tibi græca Sophia,
Et multum debet lingua latina tibi.

Illud excipit ejusdem *Wimphelingii* locus, quem ſupra jam adduximus: *Sed quum is Moguntiam deſcenderet, ad alios quosdam in hac arte ſimiliter laborantes, ductu cujusdam* Joannis Gensfleiſch, *ex ſenio cœci* &c. ex quo ea ipſa cognoſcimus, quæ Chronicon noſtrum MStum tradit, Genſefleiſchium vivum adhuc & ſenem, à Deo ex juſto & ſingulari judicio excæcatum, luiſſe perfidiam, qua herum ſuum *Joh. Mentelinum* deceperat.

Cæterum multis egregiis viris firmiter in animo hæſit iſta opinio, præſtantiſſimam hancce artem natales ſuos *Joh. Gutembergio* debere. Neque nosmet inficiabimur, illum præ cæteris ſtatim *Mentelini.* conſiliorum participem factum eſſe, quod ipſum ex Chronico MSto ſupra demonſtratum dedimus. Nam maximus inde ad urbis Argentinæ honores cumulus accedit, quum illa non modo primum inventorem *Joannem Mentelinum*, quoad viveret, in ſinu foverit alueritque, ſed etiam *Gutenbergium*, qui merito ſuo ſecundum ab illo locum occupabat, Moguntinis ſtatim ſub primum hujus inventi initium commodaverit. Interim hoc loco probe iterum perpendenda ſunt, quæ paulo ſupra de *Mentelini* conatibus monuimus.

His ut major lux afferatur, locos quosdam probatiſſimorum hiſtoricorum excitabimus, in quibus *Gutenbergius* pro primo inventore habetur, atque ita huic capiti finem imponemus. Primus horum erit *Bapt. Fulgoſius* dict. & fact. memorab. lib. VIII. cap. II. *Omnem Mechanicæ artis effectum non recentis modo, verum etiam antiquæ, illud ſuperavit, quod ſcribendo* Gutenbergius *Argentinenſis oſtendit, primum à ſe inventa imprimendarum literarum ſcientia.* Hunc ſequitur *Wimphelingus* in Epitome rerum German. cap. 65. *Anno Chriſti* 1440 Friderico III. &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 173. ſq.) & *M. Antonius Coccius Sabellicus* Ennead.

10.

10. lib. 6. *Per idem tempus* &c. usque ad verba: *equeſtri vir dignitate.* (vid. ſupra Part. I. pag. 132) *Joannes Gonçalez de Mendoça* lib. III. de la hiſtoria del gran Reyno de la China pariter eus mentionem facit: *Segun parece por la comun pinion la invencion de el eſtampar commenço en Eopa el anno de* 1458 *la qual ſe attribuye à un tude-o llamado* Joan Gutenbergo *&c.* ut & prædiṫum Chronicon Colonienſe fol. 312. *Mer e eyrſte vinder der Druckerye is geweeſt eyn Bürger o Mentz, ind was geboren von Straiſſburg, ind eſch Joncker* Johan Gudenburch &c. Omnia ec eleganter admodum in compendio rert *Mich. Maierus*, Comes Imperial. Conſiſt. veris inventis German. pag. 125. *Nil ad me ogunntini*, &c. usque ad verba: *ſine perſona & npore.* (vid. ſupra Part. I. pag. 195. not.)

His omnibus accurate conſideratis, cuſque menti procul dubio lux veritatis illius verſabitur, quam hoc capite demonſtrann ſuſcepimus, typographiam nempe Artinæ ab inventore Argentoratenſi prirdia ſua cepiſſe, unde ſponte ſua ſequi-

VII.

Moguntinis laudatæ artis inventionem jure tribui non poſſe.

e quidem magna ductus eſt vir doctiſſimus, *Nicolaus Serarius*, è Soc. Jeſu, S. Th. & in Acad. Mogunt. Prof. in rebus Mo-

gunt. lib. I. cap. 36 ſqq. ſe in honorem urbis ſuæ aliquam ſaltem Typographiæ inventæ gloriam aucupari poſſe, ſed undiquaque præpeditus animum tandem abjecit, quum ſolidam *Wimphelingi* demonſtrationem ſibi in memoriam revocaret. Audiamus ipſius verba pag. 153. extr. *An Argentoratenſis fuerit hujus artificii autor, itemque an inibi de hoc aliquid aut cogitarit, aut etiam tentarit, mihi haud liquet. Unus, quod ſciam, tantum eſt, qui aſſerit* Wimphelingus. *Poſſet videri velle iſtud, cui cuimodi eſt, ſupra veritatem dare patriæ. Quia tamen potuit aliquis eſſe domo Argentinenſis, & civitate tamen Moguntinus, aliquid Argentinæ cogitare atque conari, hocque idem ipſum Moguncia jam in lucem afferre ac perficere. Denique quia citra cauſam idoneosque autores non eſt quisquam facile mendacii accerſendus, credat, qui volet, illi affirmanti. Credidit certe* Joan. Arnoldus Bergellanus, *dum dixit:*

Quam veteres nobis Argenti voce notarunt,
*A puero fertur ſuſtinuiſſe * virum.*
Illa ſed huic civis largita eſt munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit.
Primitias illic cœpit formare laboris,
Aſt hic maturum protulit artis opus.

At ſi *Serarius* teſtimonia *Gebwileri*, *Spiegelii*, *Chronici Colon. Chronici Argent.* MSti, *Baptiſtæ Fulgoſii*, *Bernh. Hertzogii*, *Valentini Muntzeri* & aliorum

* *Joannem Gutenberg.*

rum oculis ſuis uſurpaſſet, annon in ſententiam *Bergellani* ipſi prorſus eundum fuiſſet?

At demus id Moguntinæ urbi, typographiam ibi prorſus perfectam & publicatam eſſe, nihiloſecius Argentoratum hæc longe major ac eminentior gloria manet, nobiliſſimam iſtam & præſtantiſſimam artem intra ejusdem mœnia à civibus ſuis, inſtinctu divino afflatuque, excogitari & exerceri cœptam eſſe, quam deinceps *Joannes Gutenbergius* Moguntiacum deferens cum omnibus ſingulisque in communem uſum communicaverit.

Reliqua, quæ *Serarius* l. c. pro Moguntinis ex *Eraſmi* annot. in epiſt. 9. S. *Hieronymi*, *Polyd. Vergilii* lib. 2. cap. 7. de Invent. *Trithemio* lib. . Exhortat. homil. 7. de labore monachorum manuali, & epiſt. 48. inter familiares, *Andr. Althamero* in *Taciti* German. *Pet. Apiani* Coſmogr. part. 2. *Conrado Peutingero* in ſermonib. de Germania, aliisque pluribus affert, ſupra jam refutata & explicata ſunt, hanc ſcilicet artem per *Joannem Gutenbergium* & *Joannem Genſfleiſchium* ibi palam exercitam eſſe, poſtquam Argentorati primordia cepiſſet. Plura hic de re ſuppeditant *Franc. Irenicus* Germaniæ Exegeſ. cap. 47. *Hoſpinianus* de origine templor. edit. Tigur. 1603. pag. 440. *Melch. Goldaſtus* in politicis Imperial. pag. 1046 *Melch. Adamus*, Sileſius, Vol. I. literati in Germania Seculi pag. 1. ſqq. Ex his ergo, quæ

 mo-

modo enarravimus, haud difficulter expiſcabimur,

VIII

Quodnam primi inventoris fuerit nomen?

Belgæ, quod ſupra cap. V. copioſe expoſuimus, de *Laurentio Janſonio*, cujus cognomen fuit *Coſterus*, gloriantur, uti videre eſt apud *Hadr. Junium* in Bataviæ hiſtoria, *Pet. Bertium* in Geograph. lib. 2. ſub deſcript. Hollandiæ, *Guicciardinum* in nova Belgii deſcript. *Georg. Braunium* lib. 2. Civitat. chart. 26. *Franc. Petitaum* in magno Chronico Bataviæ tom. I. lib. 4. Quum autem ſufficientibus argumentis ſupra evictum ſit, *Laurentium Janſonium* an. 1447. demum artem literas ligno incidendi excogitaſſe, in qua & ipſi per magnum temporis ſpatium acquieverint; Argentinæ contra jam an. 1440. veram illam libros imprimendi rationem in lucem prolatam eſſe, nihil certe habent, cur *Laurentium Janſonium* ſuum adeo efferant atque oſtentent; cæterum, ſi laudi, quantulacunque fuerit, tantopere inhiare pergant, eam tandem à Chinenſibus mutuentur, neceſſe eſt.

Nos autem, firmiſſimis teſtimoniis nixi, conſtanter perpetuoque affirmamus, *Johannem Mentelinum*, civem Argentoratenſem, eſſe verum laudatæ artis inventorem, & *Johannem Gutembergium*, (cui ipſe quoque *Serarius*, Moguntinus hiſtoricus, inventionis gloriam tribuit)

buit) ex illius inſtitutione eandem Argentorati didiciſſe, quam deinde Moguntiæ ſimul cum *Joh. Genſefleiſchio*, famulo *Mentelini*, exercuerit. Argumenta, quibus hæc corroborantur, vide ſis cap. 6. Quinam præterea celebres typographi Argentinæ primis artis typographicæ temporibus floruerint, *Wimphelingus* in Epitome rerum German. cap. 65. narrat his verbis: *Interea* Joannes Mentel &c. usque ad verba: *ſtudioſis legenda dedit.* (vid. ſupra Part. I. pag. 586-588.)

Præter hos Argentoratum alios quoque typographos aluit, quorum nomina digniſſima ſunt, ut ſempiterna memoria celebrentur; nempe *Joannes Grieninger*, *Henricus de Inwilere*, *Matthias Schurerius*, artium doctor, *Ioannes Schott*, *Ioannes Knoblauch*, *Georgius Ulricherus*, *Andelanus Wolphgangus Kopphel*, *Bernhardus Iobin*, *Vendelinus Ribelius*, *Lazarus Zetznerus*, *Ioannes Carolus*, *Paulus Ledertz*, *Wilhelmus Chriſtianus Glaſerus* cum aliis pluribus, qui usque ad noſtra tempora hanc artem egregie exercuerunt & promoverunt. Adde *Mart. Cruſii* Annal. Suevicos pag. 412. fol. ed. Francof. 1596. *Sabellic.* Ennead. 10. lib. 6. *Melch. Adami* Sil. Vol. I. literati in Germ. ſec. pag. 2. f.

Reſtat adhuc, ut opinioni eorum, qui *Pet. Schœfferum* de *Gernsheim* primum libros exudiſſe poſt artis hujus inventorem credunt, obviam eamus, eamque verbis *Bernh. Hertzogii* Chronico Alſatiæ ed. Argent. 1592. p. 127.

refutemus: *Denn noch ein Buch verhanden, ſo* Johan Trithemius, *Abbas Spanheimenſis, an Biſchof* Laurentium zu Würtzburg *geſchrieben, de origine & geſtis Francorum, ſo durch gedachten* Schæffer *zu Mentz anno* 1515 *getruckt worden, das gibt guten Bericht, darumb ich ſolches, wie es zu Ende ſolchem Buch angehenckt, hiebey ſetzen wollen, welches dieſes Innhalts: Impreſſum & completum eſt* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 273. ſq.)

Ex hac *Io. Schafferi* confeſſione dilucide cognoſcimus, patrem ejus, *Pet. Schafferum,* nequaquam prima hujus artis fundamenta jeciſſe, neque etiam iſto teſtimonio nepotis, qui *Ioannem Fuſt* primarium autorem hujus artis prædicat, adducimur, ut hunc ejus avum pro inventore habeamus. Etenim ex *Serarii* rebus Moguntinis pag. 162. ſatis liquet, quod & ſupra demonſtratum dedimus, hancce gloriam *Iohanni Mentelino*, atque poſt eum *Iohanni Gutenbergio*, omnino tribuendam eſſe. Verum quidem eſt *Ioannem Fuſtum* & *Ioannem Medinbachium Gutenbergio* prædicto, quum ille Moguntiam ſe deportaſſet, opibus pariter ac conſiliis præſto fuiſſe, atque adeo illis laudem aliquam in promovenda & propaganda arte typographica merito ac jure deberi. Hæc uti ſufficere poterunt, ita jam inquirendum erit,

IX
Quo tempore ars laudata inventa fuerit?

Hic etiam verum eſſe deprehenditur tritum illud proverbium: *Nihil ab hominibus*

bus cœptum ſimul & perfectum eſſe; atque in hanc rem apte quadrant, quæ antea cap. IV. ex *Ariſto ele* attulimus. Quum igitur in excogitanda & perficienda typographia uſu iſta venerint, nemini mirum videri debet, quod Scriptores in anno hujus inventionis deſignando tantopere diſſentiant. *Chronicon* MStum Argentor. *Bernhardus Hertzog* in præfat. Chronici Alſat. ſub princ. *Wimpheling* in Epit. rer. Germ. cap. 65. *Valentin. Muntzerus* in Chronograph. *Sebaſt. Franck* in Chron. pag. 215. *Joannes Nauclerus* in Chronograph. fol. 282. ed. Tubing. 1516. & *Bapt. Fulgoſius* dict. & fact. memorab. lib. 8. cap. 11. memorant A. C. 1440. *Spiegelius* in Comment. ſuper libros XII. Auſtriad. *Bartol.* in lib. 9. p. 241. edit. *Frob.* A. C. 1444. *Hier. Gebwilerus* in Paneg. Carolina pag. 19. ed. Arg. tradit, *Joannem Mentelium* illam artem A. 1447 inveniſſe. Ex *Hadr. Junii* & *Bertii* ſcriptis annum eundem computare licet, quo ſcilicet Harlemi *Laurentium Janſonium* prima libros excudendi experimenta cepiſſe volunt. *Breviarium* rerum memorabilium incerti auctoris, editum Turelaci, *Martinus Cruſius* in Annal. Suevic. pag. 412. ex ſententia *Achillis Gaſſari, Bernh. Hertzogius* in Chronico Alſatiæ pag. 127. & *Caſp. Hedio* in Chronico annum 1450. indicant. *Chronicon Colonienſe* ſæpius laudatum iſta egregie his verbis illuſtrat: *Ind dat is geſchieht by den jaire uns Heren, anno Domini* 1440. *Ind van der zyt an, bis men ſchreve*

50, *ward underſoicht die Kunſt, ind wat dairzo gehoirt.*

Quam tenuis & rudis penes *Joannem Mentelinum* ars typographica fuerit, *Specklinus*, teſtis αὐτόπτης, in Chronico ſuo MS. exponit: Die Buchſtaben waren von Holtz geſchnitten &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 29.)

Hæc plurimum ad intelligenda ea faciunt, quæ *Gebwilerus* l. c. ſcribit, *Joannem Mentelinum* an. 1447 demum aſſidua meditatione eo perveniſſe, ut libris excudendis typos, ex ſtanno confectos, adhiberet, nec minus ea, quæ *Joannes Schæfferus* de avo ſuo, *Joanne Fauſto*, ſupra cap. 8 prædicat, *artem ſcilicet hanc laudatiſſimam primo ſua initia A. C.* 1440, *ut modo oſtenſum eſt, cepiſſe, deinde autem usque ad an.* 1450 *emendatam eſſe, & ad ſuam perfectionem perveniſſe.* Adde *Melch. Adami*, Sileſii, Vol. I. literati in Germ. ſeculi pag. 2. Huic ergo capiti finem imponentes progredimur ad quæſtionem,

X

Quinam libri, quantum quidem maxime probabili conjectura aſſequi licet, prelo primi ſubjecti fuerint?

H*adr. Junius* in Bataviæ hiſtoria cap. 17. & *Bertius* lib. 2. Geogr. tab. in Holland. deſcriptione tradunt quidem, profugum *Laurentii Janſonii* famulum (*Joannem Fuſt*, ut iſti opinantur) typis illis, quos domino ſuo furtim ab-

abſtulerat, *Alexandri Galli* Doctrinale & *Petri Hiſpani* tractatus an. 1442. expreſſiſſe. Quam turpiter autem cum hac ſua relatione ſeſe dederint, ſupra cap. 4. oſtendimus. *Accurſius Mariangelus* in Donato ſuo hæc ſcripſit: *Impreſſus autem eſt hic* Donatus *& Confeſſionalia primum omnium an.* 1450. *Admonitus certe fuit ex* Donato, *Hollandiæ primum impreſſo, in tabula inciſa.* Fateor, hanc opinionem ſpeciem ſaltem aliquam veritatis habere poſſe, *Donatum* ſcilicet illum paulo ante à *Laurentio Janſonio* tabulis ligneis inciſis excuſum eſſe, res tamen in dubium adhuc multis venit. Cæterum *Veronica Lodronia*, *Julii Cæſaris Scaligeri* avia, poſſediſſe fertur *Horologium B. Mariæ* tabulis ejusmodi ligneis membranæ impreſſum, cujus litteræ iisdem ductibus ſibi invicem junctæ fuerunt, ac ſi Germanus vel Belga quidam eas calamo exaraſſet. Locus, ubi is liber, & annus, quo excuſus fuerit, non appoſitus eſt; fuit autem oblonga forma, & in ædibus *Jul. Cæſ. Scaligeri* aſſervatus, donec an. 36. poſt matris mortem à cane leporaria diſcerperetur. vid. *Beſold.* lib. ſing. de Bombard. & Typogr. p. 26. f. Chronicon Colon. fol. 1312. tradit: *Ind in dem Iaire uns Heren, do man ſchreyff* 1450, *do was eyn gulden jair, do began man tzo drucken, ind was dat eyrſte Boich, dat men druckde, die Bybel tzo latyn, ind wart gedruckt mit eyre grover Schrift, as is die Schrift, dae maen nu Miſſeboicher mit druckt. Item, wieweil die Kunſt*

is

is vonden tzo Mentz (Auctor rectius ſcripſiſſet: tzo Strasborg. vid. ſupra cap. 6.) *als vurß op die wyſe, als dan nu gemeynlich gebruicht wird, ſo is doch die eyrſte Vurbyldung vonden in Holland uyß den* Donaten, (hoc prorſus negatur ſupra cap. 4.) *die daeſelfſt vur der tzyt gedruckt ſyn. Ind van ind uyß den is genomen dat beginne der vurß Kunſt, und is viel meyſterlicher ind ſubtilicher vonden, dan dieſelve manier was, und je lenger je mere kunſtlicher wurden.* Interjectis nonnullis verſibus addit auctor: *Dat beginne ind vortganck der vurß Kunſt hayt mir muntlich verzelt der eirſame Man, Meyſter* Vlrich Zell, *von Hanawe, Boichdrucker tzo Cœllen, noch zerzyt an.* 1499, *durch den die Kunſt vurß is tzo Coellen komen. Item, idt ſyn ouch eyn deil vurwitziger Man, und die ſagen, men have ouch vurmails Boicher gedruckt, mer dat is niet wair* &c.

Præterea *Walchius* in Decade fabul. fab. 9 pag. 181. mentionem facit Bibliorum, à *Joanne Fuſt*, (quum artem hanc adhuc occultaret,) impreſſorum, quæ in Gallia venalia exponens plurimum lucrifecerit. Quomodocunque autem hæc ſe habuerint, illa tamen certiſſima ſunt, quæ *Chriſtophorus Lehmannus* in Chronico Spirenſi pag. 937 his verbis tradit: *Churfürſt* Diether *zu Maintz ſchreibet (Dienſtag nach Lætare* 1462) *an einen Rath der Statt Speyer, in ſeiner gerechten Sache, wider Graf* Adolff von Naſſaw, *umb beyſtand; überſchickt daneben eine öffentliche, vom erſten Trucker zu Mayntz getruckte Schrift,*

Schrift, darin vermeldet, daß er darumb vom Bapſt in Bann erkläret, weil er des Teutſchen Reichs Freyheit dem Bapſtlichen Hof zu unterwerfen verweigert; was der Bäpſt Bannen und Ledigzeblung der Lehen-leut, und Underthanen Pflicht und Eyd im Reich vor böſe Frucht jederzeit erwecket &c.

Notiſſima etiam eſt inſcriptio illa, quæ in ine Officiorum *Ciceronis* Moguntiæ in mem-rana excuſorum (quorum exemplum in Bi-liotheca Auguſtana aſſervatur, aliud *Andre-s Beſoldus* à *Valentino Andrea* dono accepit,) onſpicitur: *Præſens* M. Tullii *clariſſimum opus* c. (vid. ſupra Part. I. pag. 176) cui ſane ntum à *Stephano Paſquierio* haud tribuendum rat, ut exclamaret: *Eloge, du quel vous pouvez cueillir* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 176) Et-nim hiſce ipſemet ignorantiam ſuam pro-idit, quum ea, quæ *Chriſtoph Lehmannus* l. c. e epiſtola *Dieterici* Electoris commemorat, ne dubio vera ſint, & hujusmodi inſcri-iones in aliis quoque libris compareant.

Denique hoc inprimis obſervari meretur, antiquis Bibliothecis, præcipue in illis, æ in urbe noſtra Argentina exſtant, libel-s reperiri, negligenter admodum & ille-de excuſos, in quibus neque paginæ notis ımeralibus aliisve ſignis diſtinguuntur; ne-e titulus ullus aut locus impreſſionis repe-ıntur. In cauſa fuit forſan hoc, ut typo-aphi primi artem ſuam eo facilius occul-ent, omnibusque occaſionem inquiren-

di

di in ea, quæ ad illam pertinerent, prorſus præriperent. Verba *Mich. Maieri* in veris Germaniæ inventis, jam ſupra allata, apte ad hanc rem quadrant: *Monſtrantur libri primis ejus typis* (Gutenbergii) *excuſi, veluti adhuc Baſileæ in Bibliotheca academica ejusmodi reſervatur; qui non eſt ejus perfectionis & elegantiæ, quales nunc habentur.* &c.

Hæc igitur, quæ pro virili noſtra ex hiſtoricis fide digniſſimis de primo Typographiæ inventore, anno & loco, ubi illa exerceri cœpta ſit, nec non de libris primum omnium excuſis collegimus, Benevolo Lectori ſufficiant. Noſtrum porro erit, ut paucis agamus

XI
De mira pariter ac arguta artis typographicæ indole, præſtantia & utilitate.

Hujus belliſſimæ artis pulchritudine viri omnium ordinum præſtantiſſimi adeo capti ſunt, ut Imperatores, Reges Principesque animum propenſum atque amorem ſingularem erga illam habuerint, ſingulares immunitates ei dederint, & nullis ſumptibus pepercerint, quibus in dies propagaretur. Inter hos maxime eminent & laudantur *Fridericus* III. *Carolus* V. & *Ferdinandus* I. Imperatores Romani, quorum ultimus primam officinam typographicam literis Syriacis inſtru-

ſtructam Viennæ in Germania inſtituit, *Franciſcus* I. Rex Galliarum, *Ludovicus* Comes Palatinus Heidelbergæ, *Fridericus* Dux Saxoniæ, aliiq; ex illuſtriſſima hac ſtirpe orti Principes, qui ſibi haud dedecori eſſe putarunt, ſi hanc artem ipſi addiſcerent, & ad eam exercendam argenteis typis, qui adhuc Torgaviæ monſtrantur, uterentur) denique *Wilhelmus*, Dux Bavariæ, ejusque frater *Erneſtus Albertus*, Archiepiſcopus Moguntinus. Quin Principum laudatorum ſtudia in ingenioſos hujus artis cultores tanta fuerunt, ut ſibi maxime gloriosum eſſe putarent, ſi quando amplam occaſionem illorum egregios conatus non ſolum tuendi, ſed etiam promovendi nanciſcerentur. Argentoratum primis illius artis inventoribus, Venetiæ *Aldo Manutio* ejusque typis argenteis, Lutetia Pariſiorum *Stephano*, Baſilea *Frobenio*, Antwerpia *Plantino* ſuo adhuc gloriatur. Omnia hæc miram & argutam indolem, ſummam præſtantiam & pergratam utilitatem artis, quam nemo ſatis demirari poterit, abunde demonſtrant.

Quam bello, quæſo, artificio typi majoris minorisve formæ ſunt ſculpti & fuſi! quanta celeritate typothetæ iſtos ex loculis ſuis promere, ope gnomonis in verſus coordinare, iterumque diſſolvere ſolent, ut vix velocitatem manuum, huc & illuc paſſim in capſam librariam vagantium, oculis qui queamus? quam ſcite ſingulos verſus coar-

coarctatos in naviculam imponunt, donec integram columnam ex illis formaverint! quanta pernicitate prelum typographicum exercetur, ſimulac in pluteo ejus forma ſive tabula infixa fuerit! Conſtat inter omnes, duos impreſſores uno die ter mille plagulas excudere poſſe. *Aventinus* lib. 7. Annal. Bojor. pag. 512. ed. Baſil. 1615. *tantum*, inquit, *literarum uno menſe ab uno homine imprimitur, quantum uno anno à pluribus ſcriberetur. Campanus* id unico verſiculo complectitur:

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

Wernerus Rolewinck, Weſtphalus, in faſciculo temporum dicit: Librorum impreſſionis ſcientia &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 327) *Bernbardi Hertzogii* verba in Chronico Alſatiæ præf. ſub pr. prolata ſunt ſupra Part. II. pag. 31. vid. *Beſoldus* in lib. ſing. de Typograph. pag. 16. *Melch. Adamus*, Sileſius, Vol. I. literati in Germania ſeculi pag. I. ita de hac inventione judicat: Fauſtus *Germanus, civis Moguntinus, divino haud dubie inſtinctu agitatus, ingenii ſagacitate plus quam Dædalea aut Cadmea novum ſcribendi genus adinvenit; quam chalcographiam & typographiam græce, artem impreſſoriam excuſoriamve latine nominamus.*

Reliquæ quidem artes omnes omnino laude dignæ ſunt, neque ulla earum tam vilis tamque abjecta, quæ eam non mereatur; an vero quævis alia præſtantior ſit typographia, atque huic palmam præripiat, de eo valde

valde dubito. Etenim hæc cæteras omnes animat propagatque, per hanc virorum ſummorum nomina, ſcripta & pulcherrima facinora ubique divulgata innoteſcunt. *Hac eſt vera barbariæ victrix*, (uti illam *Beſoldus* in libello allegato ſtatim ſub initium deſcribit) *armataque Gorgone Pallas* &c. usque ad verba: *excogitata librorum excudendorum ratione.* (vid. ſupra Part. I. pag. 171. ſq.) Præſtantiſſimus Galliæ hiſtoricus, *Jac. Aug. Thuanus*, omnes, qui Chriſti nomen profitentur, Typographiæ, imo ... nius typographi debitores vocare, eamque cunctis illuſtrium heroum glorioſis factis anteponere non dubitat, hæc in honorem *Roberti Stephani*, Pariſienſium typographorum principis, lib. 23. hiſtoriæ ad an. 1559. ſcribens: *Eodem anno vivis exemtus eſt* Robertus Stephanus, *Pariſienſis typographus regius, ſecundum* Aldum Manutium, *Romanum, qui Venetiis,* ... Joannem Frobenium, *qui Baſileæ eandem artem ſumma laude exercuerunt, clariſſimus; quos ... e longo ſpatio ſupergreſſus eſt, acri judicio, diligentia accurata & artis ipſius elegantia; cui ob id non ſolum Gallia, ſed univerſus Chriſtianus orbis plus debet, quam cuiquam fortiſſimorum belli ducum ob propagatos fines patriæ unquam debuit; majusque ex ... induſtria, quam ex tot præclare bello & pace geſtis ... Franciſcum decus & nunquam interitura gloria ... dundavit.*

Uberrimus hujus artis fructus, ad inſtar fluminis diffluentis, in quosque hominum ordines

nes emanat, tantusque eſt, ut latere neminem poſſit. Quod enim tot exempla SS. Bibliorum, ſcriptorumque à Patribus Eccleſiæ & Theologis compoſitorum exſtent, quod leges civiles pariter ac eccleſiaſticæ ubique promulgatæ & egregie illuſtratæ ſint; quod medica ars tantum incrementum ceperit, quod Philoſophiæ tandem atque rerum naturalium indagatio in tantum faſtigium evecta ſit, id omne Theologi, ICti, Medici, Philoſophi poſt Deum ſoli typographiæ acceptum referant, neceſſe eſt. Quod præterea plebejis quoque hominibus facili negotio diſcere liceat, qua ratione altiſſimi Numinis voluntati obtemperantes, pie, magiſtratui morem gerentes, juſte, ſuis ac ſuorum commodis inſervientes, honeſte vivere queant; quod denique opifices, quomodo ex laboribus ſuis emolumentum & fructum capere poſſint, & ruſtici, quænam in agricultura exercenda ſint obſervanda, probe ſciant, id quoque nullius, ſi Deum exceperis, quam præſtantiſſimæ artis impreſſoriæ beneficium eſt agnoſcendum. Etenim ante hujus inventionem libri in vulgi manibus raro admodum conſpiciebantur, quia librorum amatores illos vel ipſi deſcribere, vel ab alio deſcriptos maximo pretio emere cogebantur. Nemini ergo, niſi viris primariis, Bibliothecas condere librosque colligere integrum fuit, quorum tenuis copia non aliquot

quot centenis aureis,ſed multis millibus conſtabat. Hinc accidit, ut artes ac ſcientiæ omnes prope exſpirarent, fœda è contrario ignorantia ubique invaleſceret. Noſtra vero tempora per Dei gratiam adeo felicia ſunt, ut nihil communius vulgariusque ſit, nihil magis in omnium manibus verſetur, nihil minori ſumptu comparari poſſit, quam libri, quia tantum unicus homo uno die imprimit, quantum toto anno vix calamo exarari poteſt. Quare nunc tenuioris quoque conditionis homini Bibliothecam feſtivam concinnamque parvo pretio comparare licet. Laudem atque utilitatem inſignem hujus artis breviter, ſed egregie, exponit *Thomas Garzonus* in Amphitheatro Univ. pag. 649. *Ars typographica eſt alma mater, quæ omnes homines honore dignos tuetur, eſt hoſpitium ampliſſimum admirandorum & divinorum ingeniorum; eſt diverticulum commune & perenne omnium Theologorum, Politicorum, Hiſtoricorum, Philoſophorum; eſt cultrix omnis boni & pulchri, quod in Urbe & in Orbe terrarum toto reperitur. Ut in pauca conferam, hæc ars à nemine ſatis laudibus extolli & celebrari poteſt, utpote quæ has præcipue meretur, una cum omnibus, qui illam recte, uti decet & par eſt, exercent.* Hactenus *Garzonus.* Hoc etiam loco vel maxime proferendum eſſe putamus D. *Sebaſtiani Brandii* carmen, quod, in hujus artis præſtantiam compoſitum, ad *Johannem Bergmannum de Olpe* miſit, Baſil. 1498. impreſſum:

Quid ſibi docta cohors, ſibi quid ſtudioſa caterva
Gratius, utilius, commodiusve petet?
Quam ſanctum & nuper compertum opus, absque lituris
Quod premere edocuit grammata multa ſimul;
Quodque prius ſcriptis vix ullus mille diebus,
Nunc uno ſolus hac aget arte die.
Rara fuit quondam librorum copia doctis,
Rara, inquam, & paucis Bibliotheca fuit.
Singula perque olim vix oppida pagina docta,
Nunc per quasque domos multiplicata jacet.
Nuper ab ingenio &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 319)
Dic age ſi quid habes latialis cultor agelli,
Quod tali invento par ſit & æquivalens?
Gallia tuque adeo recta cervice ſuperbam
Quæ profers frontem, par tamen exhibe opus.
Dicite, ſi poſthac videatur barbara vena
Germanis, quorum hic prodiit arte labor?
Crede mihi, cernes (rumparis Romule quamvis)
Pierides Rheni mox colere arva ſui;
Nec ſolum inſigni probitate excellere & armis
Germanos orbis ſceptra tenere ſimul;
Quin etiam ingenio ſtudiis Muſisque beatis
Præſtare, & cunctos vincere in orbe viros.
Iam pridem incepit doctos nutrire Platones
Teutonia; invenies mox quoque Mæonidas,
Mox tibi vel Celſum *dabimus, jurisque peritum*
Meſſalam, *aut quales Roma vetuſta tulit.*

Jam

Jam Cicero *in noſtra reperitur gente* Maro*que*,
Novimus Aſcræi *&* *cæcutientis opes.*
Nil hodie noſtram prolem latet atque juventam,
Rhenus & Eurota fert modo noſter aquas.
Cyrrha Heliconque ſacer noſtras migravit ad Alpes,
Hercynium ingreſſa eſt Delphica ſylva nemus;
Juraſſi pineta ferunt, laurumque hederamque;
Rhetica tellus habet nectar & ambroſiam.
Idque impreſſorum proceſſit ab arte operaque
Noſtrorum; *hoc fruimur quippe beneficio.*
Namque volumina tot, totque exemplaria, libros
Præſtiterant nobis. Gratia multa viris.
Magna tibi hos inter debetur gratia; *noſtra*
Fragmina qui, multis fors placitura, premis.
Relligioſa cohors grates aget usque pudicis
Plus elegis noſtris, carminibusque piis,
Luxurioſa procûm dederit quam turba Catullo,
Vel tibi, quem pepulit, muſa petulca, Gethos.

His adde *Aventinum* in Annal. Bojor. lib. 7. pag. 512, 30. edit. Baſil. 1615. *Mutii* Chronic. German. lib. 28. *Seb. Franckii* Chronic. ed. Bern. 1554. pag. 215.

XII.

De Typographiæ abuſu.

Quemadmodum vero Typographia, ſi ea legitime utamur, illa laude, quam ipſi tributam modo vidimus, optimo jure mactatur, ita deteſtandus atque impius ejus abuſus non immerito quam maxime reprehendendus videtur, id quod à *Lipſio* præf. ad Lectorem in Critica factum eſt his verbis: *Typographia*

phia bona ſane ſtudiorum nutrix; ſed audax ſæpe lucri cupida, & quæ non minus vere corruptrix librorum audiet, quam propagatrix. Quamobrem ſummi magiſtratus officium erit, ut ſedulo ac diligentiſſime præcaveat, pœnisque graviſſimis impediat, ne libris ſtolidarum & inanium, vel obſcœnarum etiam, ineptiarum plenis typographia turpiter profanetur, aut ab hominibus lucri cupidine prorſus abreptis injuſte ad corradendas opes exerceatur. Hi enim id ſibi prorſus perſuadent, eruditos viros nullum alium in finem creatos à Deo eſſe, niſi ut maximo ſuo labore & ſudore numos plurimos in illorum loculos dimittant. Elegantiſſime hac de re ſcribit *Hoſpinianus* de origine templor. pag. 440 (lib. III. cap. 7. in fine:) *Sunt quidam, qui dubitant, ſatiusne fuerit, hanc artem uti nunc eſt habere, an propter graviſſimos abuſus nunquam repertam fuiſſe; non expendentes, propter abuſum rei bonæ & utiliſſimæ non tollendum eſſe uſum legitimum. Deinde etiam facile abuſus omnis nobiliſſimæ hujus artis tolli poterit, ſi viri doctiſſimi, ſapientiſſimi prudentiſſimique conſtituantur, nihilque ſine gravi & juſta pœna permittatur typis excudi, quod non ab iſtis adprobatum ſit; quæ conſuetudo in urbe Tigurina diligenter obſervatur. Io. Wolfius* Lection. Memorab. Tom. II. pag. 200 monet, tale reſponſum Legato Papæ à Romani Imperii Statibus redditum eſſe: *Præterea in omnibus Bibliothecis & apud Typographos diligentiſſime, quantum poſſibile erit, providebunt; ne in futurum*

rum

rum aliquid novi typis excudatur, maxime ne libelli famoſi neque publice neque ſecreto vendantur. Et ordinabuntur apud omnes poteſtates, ut, ſi quispiam aliquid novi edere, vendere vel typis excudere voluerit, prius per aliquos viros probos, doctos & literarum peritos iſtud revideatur & recognoſcatur; & niſi per eosdem admiſſum vel approbatum fuerit, minime vendatur, excudatur vel publicetur. Laudatus etiam *Hoſpinianus* in Hiſtoria Jeſuitica p. 197. ed. Tigur. 1619. mentionem facit Conſilii cujusdam, Statibus Poloniæ dati, de pace firma in regno iterum ſtabilienda & expellendis Jeſuitis, in cujus fine ſedulo admonentur, ut typographorum fraudes diligentiſſime & detegere & reprimere ſtudeant. En verba ipſa: *Tandem opinor diligenter provideri oportere, ne per officinas typographicas talia in publicum ſpargantur, quæ præſenti Reipubl. ſtatui & regni hujus libertati quocunque modo adverſantur. Qualia nimirum illa hactenus fuerunt, quæ Jeſuitæ adhuc ſub moderna Regiæ majeſtatis regno Cracoviæ & alibi contra confœderationem publicam in vulgus ediderunt. Talia, inquam, quæ per ipſorum jugulum reditura fuiſſent, ſi legum publicarum is vigor, ea obſervantia in Polonia eſſet, qualis in bene conſtituta Republ. eſſe debet.* Vir quoque doctiſſimus ac celeberrimus, *Matthias Berneggerus* B. *Petrum Storckium*, urbis noſtræ Argentinæ quondam Conſulem & Scholarcham, in laudatione poſtuma inſigni encomio mactat, quod gravem typographiæ curam ſuſceperit, & de præcavendo hoc ejus ma-

malo maxime ſollicitus fuerit. Ejus verba libello meo finem imponent: *Neque vero minori dexteritate ſuſtinuit alteram, quam dixi, rei typographicæ cenſuram. Nobiliſſima hujus artis artium omnium conſervatricis, ac inter mechanicas, ſi opus ſpectes, facile principis, inventionem Germanis, & quidem Argentoratenſibus meis deberi, poſſem, ſi id agerem, argumentis neque paucis nec obſcuris oſtendere. Multi, nec neſcio, vindicant illam ſibi, & nobis quaſi deſponſam, ſine ullo divortio volunt abducere; prout elegantulæ virgines eſſe ſolent* ἀμφήριστοι καὶ περιμάχητοι. *Sed eam nos non dimittimus. Nec enim ſoli Atridæ ſuas uxores amant. Eſt autem hæc vel ideo, quia noſtra, nobis tractanda accuratius; neque permittendum, ut à lucri cupidis ad quæſtum flagitioſe proſtituatur. Alpha Medicorum,* Hippocrates, *ingentibus præmiis ab* Artaxerxe *ſolicitatus, operam ei ſuam addicere noluit, ut eſt apud* Plutarchum; *eo quod indignum exiſtimaret, hominem Græcum Regi barbaro, Græcorum hoſti, præſtantiſſimæ artis operam oblocare. Sed & eodem affirmante* Themiſtocles *interpretem, qui cum Regis Perſarum legato venerat ad terram & aquam poſtulandam, ex plebiſcito comprehenſum necavit, quod ſermone græco mandata Barbarorum edere fuiſſet auſus. Ecquanto vero indignius, ne dicam, ſceleratius eſt, excudendorum librorum artem hanc mirificam, ad illuſtrandam Dei gloriam, ad puriorem Evangelii doctrinam propagandam, ad optimarum artium promovenda ſtudia, in hac effœta mundi ſenecta, cœleſti munere, mortalium generi conceſſam, in Dei ac hominum injuriam con-*

ver-

vertere? Noſter ergo Macarita, pro eo, quo fungebatur officio, ne Typographi noſtri quicquam evulgarent, quod aut pietatem læderet, aut cujusquam imminueret exiſtimationem, aut pudorem verecundiamque ſolveret, aut, ut generaliter dixerim, contra bonos mores quomodocunque pugnaret, intentiſſima cura proſpexit.

Habes igitur, Benevole Lector, brevem & feſtinanter compoſitam Typographiæ inventæ hiſtoriam. Quibus autem argumentis *Bernh. Mallinkrot*, Decanus Monaſterienſis, in tractatu ſuo de *typographiæ origine & progreſſu*, nuper edito, Moguntinorum cauſam egit, illa aliquando (ſi operæ pretium viſum fuerit) in libro latine ſcripto accurate excutiemus. Nunc vero, quoniam liber iſte ſerius ad nos allatus eſt, hic pedem figimus, Deo benigniſſimo humillime ſupplicantes, ut hoc magnum beneficium in poſterum etiam Germanorum genti, maxime nobis Argentoratenſibus, quos primos illo ornavit, integrum ſervet ac tueatur.

NB. Sequuntur duo carmina germanica *Joh. Freinshemeri* & *Eſaiæ Rumpleri* in laudem typographiæ, quæ, quia prolixa ſunt, hic repetere nihil attinet.

Conciones tres Sacræ Euchariſticæ
in memoriam præſtantiſſimæ
ARTIS TYPOGRAPHICÆ,
An. cIↃCCCCXL duo Secula abhinc inſtinctu divino Argentorati inventæ,
ductu Pſ. CXI. 2.
Magna ſunt facta Dei, ſtupenda quibuscunque placent.
ſumma auditorum frequentia Argentorati an. 1640. d. 18. & 25 Aug. atque 1 Sept. habitæ, & pro multorum voluntate editæ à *JO. SCHMIDIO*, S. Th. D. & Prof. P. Argent. atque Conventus Eccleſiaſtici Præſide.
Argentor. ſumtibus *Eberh. Zetzneri*, Bibliopolæ, An. M DC XLI. in 4.
latine redditæ à *Frid. Ludov. BOECKERO*, Strel. Megapol. Gymn. Hamb. Cive præſtantisſimo.

Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo Prudentiſſimoque,
JOHANNI WENCKERO,
inclyti Collegii Tredecimviralis Argentinæ
Aſſeſſori eminentiſſimo,
Fautori, Affini & Compatri ſummopere colendo,
Gratiam, Pacem & Salutem à DEO & Patre Domini noſtri Jeſu Chriſti in Spiritu S. una cum precibus & officiis promtiſſimis.

Vir Nobiliſſime, Ampliſſime, prudentiſſimeque, Domine, Fautor, Affinis & Compater ſummopere colende!

de! Quanquam perditiſſimis hisce temporibus, proh dolor! omnia præſidia & ornamenta, quibuscunque Germania olim præ aliis regionibus & regnis celebrata, evecta & condecorata fuit, magis magisque in dies decreſcunt, & funditus fere evertuntur, ita ut, quæ celebris Epiſcopus *Salvianus* de ſuis temporibus lib. VI. de Gubernatione Dei pag. 239. ſcripſit: *Nihil nobis de priſtina proſperitate reliquum eſt; omnia, quæ fuerunt, aut ablata aut mutata ſunt, ſola tantum vitia creverunt;* ad noſtra hæc tempora recte applicari poſſint. Quamvis quoque plerique Chriſtiani, qui aliquid ſapiunt, vehementer dubitent, num Germania ante finem mundi priſtinam ſuam gloriam recuperatura & caput ſuum non ex pulvere, ſed ex ſanguine, quo obruitur, iterum erectura ſit, ſiquidem adhuc nihil certi reperitur, ex quo pii & probi meliora ſperare poſſint, imo ſpes, quæ adhuc fuit reſidua, nunc plane eſt præciſa; à nobis tamen, qui nunc vivimus, id nequaquam omittendum eſt, ut de priſtina felicitate & gloria patriæ noſtræ, nunc miſerrimæ, quavis occaſione grato animo recordemur, & ad ejusdem memoriam poſteros noſtros excitemus, num forſan eo adduci poſſint, ut ex præſcripto Dei pia & honeſta vita ſuſtentent, quod adhuc reliquum eſt, erigant, quod cecidit, & recuperent, quod perditum eſt.

Ad

Ad quam felicitatem & gloriam imprimis pertinet nobiliſſima & præſtantiſſima ars typographica, quam ſapientiſſimus Deus juſtis de cauſis, ipſi ſoli notis, fere quinquies mille & quadringentos annos occultavit, & ſanctos quoque ſuos celavit, nobis vero Germanis ante ducentos demum annos & inprimis majoribus noſtris hac in urbe detexit.

Quæ quidem præclara & nunquam ſatis celebranda ars quanquam in communi Romani imperii ruina inde à multis jam annis diminuta eſt, & adhuc indies diminuitur, quia multæ officinæ typographicæ ſunt diſſipatæ, typi ad globulos bellicos ex iis formandos conflati, artis hujus cultores ejecti, vel ad alia negotia tractanda compulſi, molæ chartariæ dirutæ, crematæ vel derelictæ, adeo, ut juvenes multi, qui alias hujus artis nobiliſſimæ ſtudio tenebantur, ab illa deterrerentur & adhuc deterreantur; noſtri tamen eſt officii, dum præ ceteris artem hanc præclaram novimus, vel ſaltem noſcere debemus, eamque olim in tota Germania egregie florentem vidimus, ut nequaquam ſilentio illam prætereamus, ſed potius ejus excellentiam, dignitatem & utilitatem hominibus plebejis, qui plerumque maxima beneficia divina oſcitanter admodum conſiderare ſolent, inprimis autem ſuccreſcenti juventuti, ob rationes modo allatas diligenter inculcemus.

His

His de cauſis, quum anno proxime præterlapſo non tantum recordarer, alterum jam Seculum inde à divina revelatione præſtantiſſimæ artis typographicæ ad finem properare, ſed etiam mecum reputarem, quod Deus clementiſſimus præcipue hanc civitatem liberam S. I. R. Argentinam ex mera gratia ornaverit, & per ejus incolas hanc ſæpius laudatam artem, vel ſaltem illius rudimenta, in lucem produxerit, (qua in re me prorſus confirmarunt tabularia & monumenta hujus civitatis, adeo, ut ſine omni dubitatione id affirmem, quicquid etiam alii contradicant) conſentiente Ampliſſimo Senatu & Magiſtratu hujus urbis, Fautoribus & Dominis meis ſumme colendis, ductu verborum *Davidis* Pſ. CXI. 2. *Magna ſunt facta Dei, ſtupenda quibuscunque placent*; tres conciones ſacras habui, eum quidem in finem, ut Deus pro eximiis ſuis beneficiis celebretur, ſimpliciores & præcipue juniores recta hujus artis cognitione inſtruantur, & ad debitam gratiarum actionem impellantur, omnesque & ſinguli ad hunc theſaurum pro virili ſua conſervandum & propagandum excitentur, quemadmodum ex ipſa tractatione apparebit.

Quas quidem tres conciones, quum multi is majoris utilitatis gratia typis exprimi popularent, Tibi, Vir Nobiliſſime & Prudentisſime,

ſime, demiſſe conſecrare & dedicare volui, tum quod ab eo tempore, quo in hanc Academiam Eccleſiamque vocatus ſum, favore ſingulari me nunquam non complexus es, & ſæpius maximis officiis Tibi me devinxiſti; tum quod cura artis Typographicæ, in hac urbe ab Ampliſſimo Senatu noſtro Tibi ſapienter demandata, abs Te vero diligenter geſta eſt, & adhuc geritur.

In ſpe certa ſum, fore, ut vile hoc munuſculum, quod ex grata mente debitaque animi obſervantia porrigitur, ſerena fronte excipias, meque Tua benevolentia in poſterum quoque dignum judices. De cetero Te & dilectiſſimam tuam uxorem, liberos totamque familiam præſidio divino, vere paterno, etiam atque etiam commendo. Scrib. Argentinæ, die S. Bartholomæi Apoſtoli, An. 1641.

Tuæ Amplitudinis & Prudentiæ

ſtudioſiſſimus

Johannes Schmidius,
SS. Theol. D. Prof. & Paſtor, Conventusque Eccleſiaſtici Præſes.

Con-

Concio ſacra I.

in dictum Pſ. CXI. 2.

Magna ſunt facta Dei, ſtupenda quibuscunque placent.

Quale opus ſit Typographia, & quid de illa judicandum?

Auditores in Chriſto dilecti! Inter alias urbes celebriores, quæ olim Iſraëlitis, & inprimis tribui regiæ Judæ in terra Chananæorum à Deo erant aſſignatæ, florentiſſimam quoque & pulcherrimam civitatem *Kiriath Sepher* relatam legimus in libro *Joſuæ* cap. XV. 15. Ad ipſam quidem hujus vocabuli originem reſpectu huius urbis quod attinet, variæ de illa inter eruditos feruntur ſententiæ, nomen tamen hoc à literis, à ſcriptura, & à libris derivandum eſſe apud omnes in confeſſo eſt, quia vox hebraica *Kiriath Sepher* proprie *civitatem Scriptorum*, & librorum indicat, atque hinc Interpretes Græci non male eam *πόλεως γραμμάτων*, & latini *civitatis literarum* nomine appellarunt, quod Germanice *Schreiber* - vel *Bücher Stadt* dixeris. Sunt quidem inter veteres Hebræorum doctores, qui perſuaſum ſibi habuere, civitatem hanc, alias *Debbir* & *Kiriathſanna* vocatam, inde nomen hoc inſigne *Kiriath Sepher* acceſſe, quod *Athniel*, heros ille fortiſſimus & Iudex

Iudex celeberrimus, in illa poſt ejus expugnationem doctrinam legis, à plerisque antea neglectam, contemptamque iterum reſtituerit, hancque pertractandam & explicandam curaverit. Aſt obſtat his ipſa hiſtoria, quæ nos docet, illam urbem, antequam ab *Athniele* expugnata fuit, hoc nomine jam appellatam eſſe. Alii aliter nominis hujus natales detegere conati ſunt, contendentes, illud ex eo ortum eſſe, quia urbs iſta quaſi tabularium & grammatophylacium Patriarcharum exſtiterit, in quo hi inde à diluvio varia rerum monumenta in poſterorum utilitatem condiderint & cuſtodiverint. Hiſtoria a) Scholaſtica tradit, cives & incolas hujus urbis arti ſcribendi multam quondam navaſſe operam, & in illa ſe quotidie exercuiſſe, ut aliis inſervirent, unde ortum ſit nomen *Kiriath Sepher*. *Nicolaus de Lyra* in ea opinione verſatur, literas, quibus Chananæi olim in legendo ſcribendoque uſi ſint, in civitate hac inventas, ibique ſcholas recte conſtitutas fuiſſe, quamobrem jure quaſi ſuo præ omnibus aliis urbibus nomen *Kiriath Sepher*, *civitatis literarum*, ſibi vindicare potuerit.

Veruntamen omnes has opiniones, quia dubiæ ſunt atque incertæ, haud dignas ulla inveſtigatione judicamus, ſed id tantummodo

a) vide *Dionyſ. Carthuſ.* in cap. XV. Joſuæ.

do exploratum atque evictum eſſe putamus, civitatem hanc, quæ uti jam ſupra monuimus, nomine quoque *Debhir* & *Kiriathſanna* appellata fuit, ideo nuncupatam fuiſſe *Kiriath Sepher*, quoniam incolæ ejus in ſcribendo operam præcipuam collocarunt, & in aliorum commodum libros utiles pro iſtorum temporum ratione literis conſignarunt. Quæ ſtudia egregia laudem ejus præclaramque famam ubique conſervarunt, inprimis apud eos, qui nobili flagrabant cupiditate legendi, ſcribendi, literisque vacandi, ut aliorum hominum & totius Reipublicæ utilitatibus recte inſervirent. Neque eam gloria ac fama æquiparavit *Kiriath Arba*, i. e. civitas *Arba*, urbs muris ac præſidiis probe munita, quam liberi *Enak*, gigantes iſti proceriſſimi & audaciſſimi, in poteſtate ſua habebant, uti elatum legimus in libro *Joſuæ* cap. XIV, 15. Quanquam enim homines cyclopici & ſanguinarii hanc maximi faciebant, civitatem contra *Kiriath Sepher* contemnebant, quemadmodum hodie plerique illorum, qui caſtra ſequuntur, loca munita & armamentaria bene inſtructa pluris æſtimare ſolent, quam templa, ſcholas ac Bibliothecas omnes; non tamen deerant viri liberales & pacis ſtudioſi, qui civitatem *Kiriath Sepher* reliquis omnibus urbibus præferebant. Nam in hac vivebant homines, hoc nomine omnino digni, utpote humanitatis ſtudioſi; ſed *Kiriath Arba* mon-

ſtris horrendis & gigantibus replebatur; iſta ſuppeditabat inſtrumenta & ſubſidia, quorum opera Reſpublicæ ordinantur, conſervantur, firmantur, bonisque variis cumulantur; hæc contra arma bellica varii generis miniſtrabat, quæ regionibus & civitatibus everſionem & ruinam inferunt.

Nomine hoc perhonorifico *Kiriath Sepher*, i. e. civitatis literarum, merito ornantur aliæ quoque regiones & urbes, in quibus unquam prodierunt & adhuc hodie prodeunt ſcripta utiliſſima, quæ ad doctrinam diviniorem diſſeminandam, artes & linguas propagandas, Reſpublicas gubernandas, omnemque generis humani ſalutem, cum in hac, tum in futura vita, promovendam maxime conducunt. Inprimis hoc nomen vindicare ſibi poterunt iſtæ civitates, quæ præter doctos סֹפְרִים (*Sopherim*) & auctores longe celeberrimos, nobiliſſimam quoque artem typographicam alunt ac fovent, cujus beneficio iſti utiliſſimi סְפָרִים (*Sepharim*) & libri brevi tempore & magno numero non per urbes & provincias tantum quasdam, ſed per totum terrarum orbem divulgantur, qui alias ob paucitatem exemplorum, calamo exaratorum, in conſpectum multorum venire haud potuiſſent. Maxime hoc nobili nomine appellanda eſt illa civitas, quæ non tantum Scriptoribus optimis & viris literatiſſimis nunquam non abun-

abundavit, artemque typographicam ſemper exercuit, ſed in qua ipſa etiam hæc ars, qua nulla præſtantior, nullaque utilior excogitari poteſt, primum ſingulari Spiritus S. inſtinctu afflatuque inventa, & ad omnes deinde gentes translata fuit. Maxime, inquam, tali civitati convenit nomen *Kiriath Sepher*, quoniam illa eſt fons, ex quo mira ſcriptorum, typis expreſſorum, copia ad omnes gentes pridem emanavit. Jam vero ſingulari Dei gratia factum eſt, ut Argentoratum noſtrum artis hujus primordia capere, & ſibi tanquam propria attribuere potuerit, dum an. M CCCC XL. atque adeo ducentos abhinc annos in hac urbe primum detecta, & deinde cum toto terrarum orbe communicata fuit.

Equidem non ignoro, eſſe permultos, qui, nobis contradicentes, hac ex urbe illuſtris artis typographicæ natales repetendos eſſe negant & pernegant. Ad quod, ut mihi quidem veroſimile fit, partim ignorantia impelluntur, dum totam rem ejusque circumſtantias non recte callent, partim invidia ac ambitione ſtultiſſima aguntur, qua laudem & gloriam tanti beneficii civitati noſtræ præripere ſtudent, eamque patriæ ſuæ, vel locis aliis, ex frivola propriæ laudis cupiditate potius, quam gloriæ divinæ ſtudio attribuere allaborant. Sunt enim non pauci, qui prima hujus artis ſæpius jam laudatæ initia ad ipſas adeo gentes barbaras, inprimis *Chinenſes*,

referre non dubitant, ſtatuentes, non Typographiam ſolummodo, ſed artem quoque tormentariam apud hanc gentem tamdiu floruiſſe, ut, quis utriusque auctor fuerit, nemo hucusque (ceu teſtatur *Mercator* pag. 626.) indicare potuerit. Neque etiam deſunt, qui inter Italos primum iſtius auctorem inveniſſe ſibi videntur; quinimo *Galli* quoque honorem hunc arroganter affectant; maxime autem *Moguntini* ac *Harlemenſes* in Belgio de hujus inventionis gloria acriter inter ſe contendunt, in quorum argumenta inquirere, injucundum & ab inſtituto noſtro alienum arbitramur. Veruntamen ſi quis antiquiſſima monumenta, annales & ſcripta, in tabulario inſtructiſſimo civitatis noſtræ aſſervata, (quæ diu ante hanc controverſiam motam à viris optimis collecta fuerunt, ut proinde auctor nullus illa vel temere rejicere, vel errorum ac mendaciorum inſimulare temere poſſit, niſi contrarium, non vanis narratiunculis & levibus conjecturis, ſed ſolidis atque certis argumentis probare queat) accurate perlegerit, & omnia ex ſincero veritatis amore ſigillatim perpenderit, fatendum ei omnino erit, nobiliſſimam b) typographiæ artem ſatis quidem celeriter Moguntiam & ad alia loca fuiſſe translatam, atque ibi magis magisque excultam & ornatam, prima tamen ejus fundamen-

b) Chronicon Argent. MStum.

menta Argentorati à quodam hujus urbis cive, divinitus quaſi inſtructo, fuiſſe jacta. Civis iſte appellabatur *Johannes Mentelinus*, cujus ædes ſitæ erant in loco, qui vulgo *am Fronhof zum Thiergarten, nahe beym Münſter*, vocabatur. Simulac ille opus hoc præclarum Dei inſtinctu ac providentia perpendere inceperat, ſtatim conſilia cum miniſtro ſuo *Johanne Gensfleiſchio*, homine ſagaciſſimo & callidiſſimo, communicavit, quia ejus ingenio & arte in negotio hoc perficiendo uti cupiebat. Verum perfidus ille, herum ſuum peſſime circumveniens, cum alio quodam, qui vocabatur *Guttenbergius*, & ditiſſimus erat, amicitiam contraxit, eique conſilia atque inventa arcana Domini ſui detexit, cumque illo clam Moguntiam ſe proripuit, ibique artem hanc Argentinæ excogitatam primus evulgavit. De his omnibus eruditi pariter atque illiterati in *Hiſtoria inventionis Typographiæ* hisce diebus in hac urbe in lucem edita plura reperire poſſunt.

Quoniam itaque ars hæc præclara inter præſtantiſſima gratiæ divinæ documenta, quæ Deus, à prima mundi origine, generi humano exhibuit, referenda venit, & quia Numen benigniſſimum, præ omnibus aliis totius terrarum orbis locis, noſtram præcipue civitatem Argentinam artis hujus primum inventæ gloria ornavit; jus fasque omnino eſt, ut nos, qui nunc hac in urbe vivimus, præ ceteris be-

neficium hoc mente grata perpendamus, ejusdemque memoriam, præcipue hoc an. 1640 recolamus, ſollenniterque ejus natalem ſecularem ſecundum celebremus, non quidem, ut nova quædam affectemus, aut laudis gloriæve vanæ cupiditati ſatisfaciamus, aut invidia fœdiſſima impulſi aliis, qui opem auxiliumque in arte hac excolenda, Deo adjuvante, cumulate præſtiterunt, præcipue Moguntinis, quidquam de laudibus ſuis debitis detrahamus, neque etiam, ut genio indulgeamus, luxuriamve ſectemur, ſed potius, ut Deo T. O. M. qui omnium ſcientiarum & artium fons eſt inexhauſtus, gratias agamus decentiſſimas, deinde, ut nosmet invicem nobiliſſimæ hujus artis typographicæ ortum, uſum ac ſcopum edoceamus, denique, ut poſteris noſtris, ſi qui porro exſtiterint, pulchrum exemplum ſuppeditemus, quomodo artem typographicam æſtimare, pro tanto beneficio gratias debitas Deo perſolvere, & hunc theſaurum ad poſteros atque adeo mundi finem propagare debeant. Quos ut obtineamus fines, breve effatum Davidis, quod modo recitavimus, pie ſancteque conſiderabimus, & quæ in iſto de operibus divinis generatim dicta ſunt, ad artem typographicam breviter ſimpliciterque applicabimus, omniaque, ductu verborum *Davidis*, ad tria inprimis capita revocabimus. Primum aget de artis Typographicæ natura & conſtitutione; alterum

rum de pretio, quod ei merito ſtatuendum ſit; tertium denique voluptatem oſtendet, quæ ex diligenti & accurata illius conſideratione cumulate in nos redundat. Faxit Deus, fons & origo bonorum omnium, per filium ſuum Jeſum Chriſtum, ut, quicquid hac de re diſſeremus, à Spiritu S. ad Numinis divini gloriam noſtrumque emolumentum dirigatur.

Quod itaque ad primum tractationis noſtræ caput attinet, quale opus ſit Typographia, & quid de illa judicandum? ad hanc quæſtionem breviter & generatim reſpondet Rex & Propheta *David: Magna*, inquiens, *facta ſunt Dei*; in qua univerſali propoſitione hæc particularis continetur: *Typographia magnum eſt opus divinum.* Quodſi quis hanc inferendi rationem minus probaret, atque Typographiam inter magna Dei opera referendam eſſe ideo negare vellet, quoniam neque in *Moſis*, neque in Prophetarum ſcriptis, neque apud Evangeliſtas, neque apud Apoſtolos ullum illius veſtigium deprehendatur, multo minus tanquam mirabile opus Dei celebretur; fatemur quidem, verba hæc non ῥητῶς & expreſſe in Sacris literis uſpiam exſtare, neque etiam in iſtis exſtare poſſe, quoniam libri Veteris pariter ac Novi Teſtamenti longe ante typographiam inventam jam fuerunt abſoluti, literisque conſignati. Sed paſſim in Scriptura S. dicta tam late patentia of-

offenduntur, ut propoſitio modo memorata particularis neceſſaria & legitima conſequentia ex iis elici queat. Quis enim eſt, qui illud Apoſtoli *Jacobi* cap. I. 17. ignoret? *Omne bonum donum omneque perfectum munus ſuperne eſt deſcendens à patre luminum*; hinc ſive bonum naturale ſit, ſive ſupernaturale, ſive ad corpus, ſive ad animam pertineat, ſive temporarium, ſive ſempiternum uſum præbeat, Deo id omne in acceptis referendum eſt. Quocum etiam conſentit Johannes Baptiſta Joh. III. 27. *Nihil uſurpare poteſt homo, niſi ſit ei de cœlo datum.* Jam vero nobiliſſima ars typographica inter opera Dei bona, imo optima, locum obtinet, quod nemo, cui eſt mens ſana, facile impugnare poterit. Non tamen defuerunt homines futiles & temerarii, qui palam affirmare haud dubitarunt, artis hujus inventum Reipublicæ Chriſtianæ exitioſum eſſe. Aſt hi impii atque ingrati ipſi Reipublicæ exitioſi, communique utilitati noxii cenſendi, ideoque minime tolerandi ſunt, dum voces prorſus abſonas & abſurdas proferre non verentur. Quicquid enim de malis, ex arte typographica redundantibus, blaterant, id omne ab ejus abuſu ſumtum eſt. Clamitant nempe, hujus artis ope errores varios ac hæreſes diſſeminari, ſcripta, colloquia & carmina inania, laſciva & obſcœna ad mores juvenum ingenuorum & hominum egregie cordatorum corrumpendos divulgari, optimis

mis viris ſæpe infamiæ notas ſcriptis famoſis inuri, & rixas atque lites multas inter eruditos moveri, ali & augeri. Verum enim vero, ſi ipſam rem propter ejus abuſum damnare fas fuerit, nihil ſane ſupererit bonum, nihilque, quod amplius tolerari debeat. Etenim recte c) Philoſophus ille paganus dixit: *Nihil invenies tam manifeſtæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.* Alioquin cœlum ſane & terra, ſol, luna, ſtellæ, elementa & quicquid in hac rerum univerſitate cernitur, imo ipſum ſanctiſſimum Dei nomen, peſſime ſæpenumero adhibitum, pro rebus perniciofis habenda eſſent. Abſit vero, ut ſic ſtatuamus! Abuſus rem ipſam per ſe non reddit noxiam & pernicioſam, ſed potius contrarium probat, illam ſcilicet bonam per ſe eſſe, quia veriſſimum eſt axioma illud: *rei per ſe malæ nullus datur abuſus.* Recte proinde ab abuſu magno, qui arti typographicæ adhæret, ad internam iſtius bonitatem dignitatemve concludere licet, utpote quæ eſt eo præſtantior, quo pejor ejus abuſus reperitur, quem non artis ipſius indoles, ſed hominum pravitas ei adſperſit. Jure itaque ars typographica in numero donorum bonorum habetur, & inter ſingularia Dei beneficia primo loco ponitur. Eſt illa immenſæ lucis & ſapientiæ divinæ radius ſplendi-

c) *Seneca* lib. VI. nat. quæſt.

diſſimus, qui per Dei providentiam in ſummam hominum utilitatem ſuperne deſcendit.

Quod ut ii, qui tardioris ſunt ingenii, clarius perſpiciant, nos autem juſto ordine & ſigillatim rem totam, quod nempe Typographia Dei omnipotentis opus ſit, demonſtremus, primo ſtatim loco obſervandum nobis venit, literas, è quibus ſingulæ voces componuntur, ſummis & mirandis Dei beneficiis annumerari debere, ſive illarum figuram externam, ſive ſonum & valorem internum reſpexeris. Enimvero divinæ Sapientiæ accepta referenda ſunt ipſa literarum primordia, quæ alphabetum vulgo ita dictum conſtituunt, ex quibus, quamvis illa numero perpauca ſint, mirifica quadam transpoſitione integræ voces, tam multæ, tamque diverſæ componuntur, ut omnem ſane captum hominum excedat, & ſummam admirationem mereatur, licet pauci ſint, qui animum rite ad hæc intendant. *Cicero* lib. I. Tuſcul. Quæſt. de animo ejusque origine divina diſputans, in admirationem abreptus quærit: *Quis ſonos vocum, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit.* Quod quum homo paganus explicare minus potuit, nobis id datum eſſe intelligimus & ſcimus, auctorem illius rei eſſe ſolum Deum, à cujus infinita ſapientia prima literarum elementa originem duxerunt, vel, ſi hominum more de his loqui licet, in cujus immenſo intelle-

ctu

ctu & arcana Bibliotheca ante jacta mundi fundamenta illæ literæ reconditæ fuerunt.

Quisquis hoc in dubium vocaverit, evolvat Exod. XXI. & Deuter. X. & mentis oculos in ipſum Deum conjiciciat, qui legem ſanctam & decem præcepta in duabus tabulis propria quaſi manu in ſede ſua cœleſti inſcripſit, & facile cognoſcet, Deum ipſum literarum eſſe auctorem. Enimvero initium ſcribendi fecit a litera א vel A, quæ adhuc omnium prima eſt, in his verbis: אנכי יהוה אלהיך *Ego ſum Deus Dominus tuus.* Sed dicat fortaſſe quiſpiam, hebræas literas à Deo originem ducere, & propria illius manu exaratas eſſe, non quidem negari poſſe; id tamen nequaquam affirmandum eſſe univerſe de linguis reliquis omnibus, quandoquidem quælibet natio propriis literarum notis utatur, ſicuti Syrorum, Arabum, Græcorum & Romanorum ſcripta & monumenta ſatis ſuperque demonſtrant. Sed probe tenendum eſt, literas per ſe & pro interno ſuo valore non niſi unius eſſe generis. A unam eandemq; ſemper ſervat ſignificationem, itidemque B. C. & reliquæ literæ omnes; neque Syri, Græci & Romani novas excogitarunt literas, ſed antiquas novis tantummodo notis deſignarunt, quas tamen omnes, ſi illarum figura paulo accuratius inſpiciatur, & ſingulæ ſedulo inter ſe comparentur, à literis habraicis derivatas eſſe cuilibet patebit.

bit. Hæc itaque propoſitio prima eſt firma & ſtabilis: Deus ipſe literarum in omnibus linguis auctor eſt, quod ad illarum valorem attinet, ſed in ebraica lingua ipſas illarum notas manu quaſi ſua exaravit.

Quemadmodum autem prima elementa literæque ſingulæ Deo ſuos debent natales, ſic verborum quoque ex literis compoſitorum origo ab eo eſt repetenda. Uti enim propriis viribus quisquam hominum literas effingere haud potuit, ita ex illis nullas unquam voces formaſſet, niſi Deus ipſe omnipotens eum hac facultate inſtruxiſſet. Ars ſcribendi, æque ut literæ ipſæ, ſunt mirabile Dei donum; & quemadmodum in hac rerum univerſitate Deus T. O. M. non elementorum ſolummodo, ſed omnium quoque rerum ex iis productarum, ſive illæ vita ſenſuque fruantur, ſive minus, creator ſapientiſſimus appellandus eſt, ita quoque eidem literarum non ſolum ſingularum, ſed etiam inter ſe connexarum inventio erit adſcribenda. Ipſe enim hujus artis primus & unicus auctor fuit, utpote qui decem ſancta præcepta propria manu & θεοπρεπῶς tabulis lapideis inſculpſit, hocque donum cum hominibus communicavit.

Silentio d) autem hic non ſine gravi ratione prætermittimus varias veterum & hodierno-

d) *Polydorus Virgilius* lib. I. cap. 6.

ernorum eruditorum ſententias de primo artis ſcribendi inventore, quia nihil certi ex illis expiſcari poſſumus, & ſufficere id arbitramur, quod ſciamus, artem ſcribendi eſſe mirabile Dei donum: Interim ſi omnia, quæ huc pertinent, rite perpendantur, veriſimile certe ſit, primum hujus artis inventorem, quisquis demum fuerit, ſive *Adamus* ipſe, ſive *Sethus*, quos *Joſephus*, rerum Judaicarum Scriptor, lib. I. Antiqq. Jud. cap. 3. haud obſcure innuere videtur, ſive alius quispiam, hoc donum ſingulari ratione à Deo accepiſſe, qui non ſolum literas ipſas, ſed etiam modum eas rite conjungendi docuerit. Temporibus Novi Teſtamenti, poſtquam in Græcia quoque doctrinam evangelicam divulgare divinæ ſapientiæ & bonitati placuit, ſingulari Spiritus S. afflatu concitati ſunt Chriſti diſcipuli & Apoſtoli, qui vel omnes, vel plerique, literarum adeo rudes erant, ut *Petrus* & *Johannes* Act. IV. 13. *ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται illiterati & rudes* inde à juventute appellentur. Hinc evenit, ut illi tam linguarum peritia, quam ſcribendi arte imbuti, græco ſermone mentis ſuæ cogitata apte & concinne exprimere potuerint. Eadem fortaſſis ratione primus quoque literarum Scriptor à Deo ſingulari quodam inſtinctu ſcientiam literas effingendi & ex illis ſententias integras formandi nactus fuit.

Quo-

Quoniam autem in officinis typographicis recta typorum diſpoſitio, cujus ope integræ ſyllabæ, voces, verſus & paginæ componuntur, atque ordinatim excuduntur, ad ſcribendi artem omnino pertinet, imo dignitate eam, quæ calamo fit, longe antecedit, illa jure ſuo in numero operum divinorum ratione originis collocatur. Qua in ſententia mirifice nos confirmant multæ aliæ artes & ſcientiæ, utiles quidem & egregiæ, dignitate tamen multo inferiores, quam ars typographica, quas originem à Deo ipſo ejusque inſtinctu habuiſſe, inter omnes conſtat. Quum Deus ab Iſraelitis in deſerto ſanctuarium & domicilium ſibi exſtrui vellet, & ad tabernaculum illud ſplendide & affabre conficiendum, aurificibus, fabris ærariis, ferrariis lignariisque, tornatoribus,lapicidis aliisque artificibus prudentibus ſolertibusque opus eſſet, ipſe duumviros *Bezaleelem* & *Abaliabum* huic rei deſtinavit, illosque per Spiritum ſuum ſanctum ſcientia aurum, argentum & æs fabrefaciendi, gemmas ſculpendi & apte concludendi, ligna fabricandi, omneque opus conficiendi inſtruxit; qua de re ipſius Domini verba leguntur Exod. XXXI. 1. *Delegi nominatim* Bezaleelem, *eumque omnis artificii prudentia*, *ſcientia & peritia divino afflatu cumulavi*; ubi expreſſe dicitur, artifices hoſce peritiam ſuam ex & à Spiritu S. accepiſſe. Quin & figulorum quoque ac textorum mentio

o fit honorifica 1 Chronic. IV. 23. Immo ervatoris noſtri pater nutritius fuit faber gnarius, à quo ille opificium hoc addidiſſe, in juventute diligenter exercuiſſe, & ; ſententia *Juſtini M.* in dial. cum *Tryphone* præpue juga & aratra fabricaſſe fertur. Idem uc. V. 4. *Petrum* ad piſcandum adhortatus t, ut oſtenderet, hanc quoque artem ab ſo eſſe inſtitutam. *Paulus* Apoſtolus fuit ntoriorum opifex, atque hanc artem non olum exercuit, antequam ad munus Apoolicum vocaretur, ſed etiam officio iſto ncto rite jam defungens, illam non penis neglexit, cujus rei teſtimonium exſtat ct. XVIII. 2. ſq. ubi diſerte narratur, *Paulum*, oſtquam Corinthum venerat, apud Judæum uendam, nomine *Aquilam*, manſiſſe, & uia ejusdem artis erat, nempe tentoriom opifex, una cum illo operatum eſſe, mnibus tamen Sabbathis in ſchola docuiſ:, ut cunctis manifeſtum fieret, & Apoſtomunus & opificium quodvis honeſtum a Deo originem ducere. Quibus quoque onſona ſunt, quæ generatim dicit *David* ſ. CIV. 20. *Oritur ſol, & prodit homo ad opus unusque ſuum*; & ſtatim ſubjungit: *& quam ulta ſunt opera tua, o Deus, ſapienter omnia feiſti.* Negotia enim & opificia quævis viliſſina, ſi modo honeſta & utilia fuerint, Deum apientiſſimum auctorem profitentur. Id uod ex parte jam olim ipſi gentiles ductu ſanæ

ſanæ rationis cogitando aſſecuti ſunt, vel ſaltem ab aliis, qui puriori doctrina divina imbuti fuerunt, acceptum approbarunt. Egregium prorſus teſtimonium *Seneca* lib. IV. de Benefic. cap. 6. & 7. exſtat, quando ait: *Deus tot artes commentus eſt, Magiſter Deus ex occulto producit ingenia.*

Quandoquidem igitur liquet, omnes artes, etiam leviores, quæ ad hominum utilitatem ſpectant, Deum omnipotentem auctorem agnoſcere; quanto certius hoc de arte typographica omnium nobiliſſima credere & affirmare licebit? Hæc ergo veritas firmiſſimo nititur fundamento, illam eſſe artem divinam. Pertinet enim illa ad dona Dei bona; Deus ipſe eſt auctor literarum, & illas ex theſauro ſapientiæ ſuæ expromſit, atque mirifice adhuc conſervavit, easdemque connectere docuit; à Deo orta eſt ars ſcribendi, quæ manu exercetur, atque adeo ars quoque typographica, quam haud immerito multis de cauſis Scripturæ reginam appellare licet.

His itaque evictis ſponte ſua ſequitur, typographiam eſſe מעשה גדול *magnum opus*, id quod ſecundo loco nunc conſiderandum erit. Omnia opera divina ſunt magna opera. *Magna ſunt opera Dei*, ait hoc loco *David*, quod univerſe de omnibus operibus eſt intelligendum, non eo quidem ſenſu, ac ſi opera Dei omnia magnitudine & excellentia eſſent

eſſent inter ſe æqualia, ſed quod in ſe & in genere ſuo quodvis exiſtimandum ſit magnum & præclarum, tametſi præſtantia atque magnitudine alterum alteri ſæpius præſtet. Sic pulvis minutiſſimus in aëre volitans eſt magnum opus, quia nulla res creata ne minimum quidem pulviſculum ex ſe producere poteſt. Immo culices tenuiſſimi ſunt magnum opus, quia vivunt & diſcurrunt, etſi oculorum noſtrorum fere fugiant aciem. Recte pronunciamus, animal quodvis, quo ſubtilius ſit, eo majus eſſe, ſi mira ejus membra conſiderentur. Gramen denique ipſum, quod pedibus conculcamus, teſtatur, potentiſſimum & ſapientiſſimum eſſe ſuum creatorem, adeoque omnia opera divina, licet nonnulla tenuiſſimam præ ſe ferant ſpeciem, & ab aliis excellentia atque magnitudine longe ſuperentur, per ſe ſunt magna.

At quærat forſan quiſpiam, utrum ars typographica *ſimpliciter* tantum & *in genere ſuo*, an vero, ſi etiam cum aliis artibus, quæ manu exercentur, conferatur, magna & excellens, immo reliquis omnibus major & præſtantior appellanda ſit? Hoc poſterius merito affirmandum cenſemus, artem ſcilicet hanc nobiliſſimam non per ſe tantummodo magnum opus Dei eſſe, ſed etiam multo excellentius, quam multa alia, immo ſpeciatim omnibus artificiis opificiisque, quæ vel unquam exſtiterunt, vel adhuc hodie

exſtant, multum præſtare. Magna quidem ars eſt & inſignis, qua fabri aurarii varias figuras & imagines in auro ſolertiſſime effingunt, ut illarum ſubtilitatem nemo ſatis admirari queat. Magna utique ars eſt, quam vocant pictoriam, utpote qua artifices periti rei cujusvis imaginem adeo accurate exprimere ſolent, ut hæc quandoque pro ipſa re fuerit habita. Tradunt hiſtorici, *Zeuxin*, pictorem antiquum celeberrimum, uvarum imaginem tam feliciter pinxiſſe, ut aves quoque ad illas decerpendas advolaverint. Eundem ajunt certamen ſibi aliquando inſtituiſſe cum pictore *Parrhaſio*, qui, quum illud ſubiret, domum ſe conferens, tegumentum quoddam in tabula tam artificioſe depinxit, ut eminus contemplanti velamentum verum, textile & mobile eſſe videretur. Quod quum *Zeuxidi*, qui eum ad certamen provocaverat, eminus oſtendit, idque ſuum eſſe artificium prædicavit, hic, aliquandiu tabulam oculis uſurpans, poſtulavit, ut tegumentum, quod tabulam, adeoque ipſam artem occultet, removeret, cui *Parrhaſius* reſpondit: in eo vere excellit ars mea, quod tu, qui artem pingendi egregie calles, velamina depicta pro veris habuiſti. His verbis convictus *Zeuxis*, & adverſario cedere coactus, dixit: Viciſti, fateor, *Parrhaſi*, ego enim uvis meis tantummodo aves, tu tegumento tuo ipſum artificem decepiſti. Hujusmodi exempla plu-

ıra in libris hiſtoricis. reperiuntur. Per-
ˌgna porro ars adhibita eſt in conſtruendis
, quibus hodie utimur, horologiis, utpo-
quæ elegantem imaginem providentiæ di-
ıæ repræſentant, præſertim, ſi motus illo-
n prorſus mirabilis reſpiciatur, quo tot
:æ majores minoresque, inter ſe conne-
, tam accuratum ſervant ordinem, ut
n tantummodo horas, ſed etiam totius
:li, ſolis, lunæ ac planetarum omnium cur-
n motumque indicent, cujusmodi artifi-
ım in æde cathedrali noſtra conſpicitur,
ıod optimis haud immerito eſt annume-
ndum. Magna etiam, immo maxima,
ıſtra ætate, incrementa ceperunt artes,
ıas dicunt hydraulicas, quæ variis in locis
ı excultæ ſunt, ut non ſolum variarum a-
ım voces imitentur, ſed etiam varia opi-
:ia, quin ipſa inſtrumenta muſica expri-
ant, atque omnibus ſpectatoribus admi-
tionem ſummam moveant. Taceo com-
ures alias artes egregias, quæ, quamvis per
ſint præſtantiſſimæ, non tamen magnitu-
ine cum typographia comparari poſſunt,
uæ omnibus longe antecedit.

Quodſi quis dixerit, id facilius affirmari,
uam probari, placere cuilibet ſuum artifi-
ium, hoc ſolum ab illo laudibus in cœlum
fferri, qui contra ægerrime, niſi argumen-
is ſolidis & perſpicuis convictus fuerit, aliis
rtibus primas, quas ſuæ attribuit, concedat;

huic reſpondeo, noſtræ ſententiæ veritatem nobis ſtatim patere, ſi modo ad largam & ineffabilem utilitatem, quæ hac ex arte in omnes homines redundat, animum rite advertamus. Omnes certe artes bonas Deus cum hominibus ideo communicavit, ut ipſorum commoda promoverentur. Veriſſima eſt concluſio, quam *S. Baſilius* regul. fuſius diſput. interrog. 55. pag. 303. infert: *Uniuscujuslibet artis ſuffragium nobis à Deo in auxilium datum eſt.* Hinc quæcunque ars nos gratiſſimis & maximis utilitatibus cumulat, illa pro omnium præſtantiſſima & optima omnino eſt habenda. Jam vero omni dubio caret, inter omnes artes, quæ inde à mundi principio manibus exercitæ ſunt, vel adhuc exercentur, nullam reperiri, quæ tam præclare, tam varie, tam abunde, tam late utilitates præbeat, quam Typographia noſtra, quacum ſi ars auraria, pictoria, aliæque, quas ſupra commemoravimus, reſpectu utilitatis conferantur, arctis ſane limitibus hæ omnes ſunt deſcriptæ.

Ars typographica hanc præcipue utilitatem egregiam præſtat, quod ejus ope Veteris ac Novi Teſtamenti libri, in quorum lectione & ſcrutatione ipſa ſalus æterna innititur, ubique fuerint divulgati. Quamvis enim jam ante ejus inventionem hi literis conſignati extiterunt, tamen paucis in locis, in paucorum manibus & in paucis quoque linguis re-

eriebantur. Non enim cuivis licuit, ad
:grum codicem ſacrum deſcribendum li-
rios conducere, utpote quod vix hodie
ſumptus infinitos fieri poſſit. Hinc, ſi
ıpora priſtina, & duo vel tria ſecula proxi-
præterita recogitemus, liquet ſane, Biblia
:ra nuſpiam fere in privatorum ædibus ad
neſticos uſus, ſed tantum in ſcholis, cœ-
biis, aliisque ejusmodi locis exſtitiſſe. Ma-
es inprimis noſtri adeo infelices fuerunt,
ınte Typographiam inventam multa mil-
illorum diem ultimum obierint, qui Co-
em Sacrum nunquam ne oculis quidem vi-
'unt. Quinimo jure dubitatur, num an-
:ypographiam inventam tota Scriptura Sa-
germanice verſa ſit, quamvis non de-
t, qui *Ulfilam*, Hungariæ Epiſcopum, id
ıltis jam ſeculis ante præſtitiſſe, & è græca
gua in noſtram vernaculam Biblia Sacra
nſtuliſſe affirment. Codices hebraici,
eci ac latini Scripturæ Sacræ manu exara-
ılim quidem reperti ſunt, & hodie adhuc
:enduntur. Interim tamen f) integra
ɔlia Sacra germanice in uſum Germano-
m eſſe reddita, vix quispiam certo de-
ɔnſtrare poterit.

Credo, multos hic adeſſe, qui in Bibliothe-
ſ præſtantioribus partim intra, partim extra
ermaniam, varios variis linguis compoſi-

) *Matheſius* conc. 13. de vita *Lutheri* p. 142. a.

tos Bibliorum Sacrorum Codices, qui ante duo vel tria ſecula ſcripti fuerunt, viderint; dubito tamen vehementer, num quis in Biblia Sacra Germanica ante tempora Typographiæ ſcripta inciderit; equidem me talia unquam videre haud memini. In Bibliotheca præſtantiſſima, quæ exſtat Auguſtæ Vindelicorum, monſtratur quidem codex, at iſte an. 1449 demum in noſtram linguam eſt converſus. conf. *Zeilerus* in Itinerario Germaniæ cap. 12. pag. 273. Quum itaque res majorum noſtrorum tam inique atque miſere comparatæ eſſent, facile conjicere licet, quam exiguæ fuerint eorum de Deo rebusque divinis notitia, quantaque laborarint mentis cœcitate, adeo, ut malis quibusdam afflicti aut tentati, quo ſolatio ſe conſolarentur, non habuerint, utpote qui dictis & exemplis è Scriptura Sacra repetendis caruerunt, atque hinc in agone mortis conſtituti, incerti prorſus atque metu perculſi, immo deſperantes, vitam infeliciter ſæpenumero finiverunt. Sed miſeram hanc inopiam & egeſtatem ſuſtulit per Dei gratiam Typographia noſtra præſtantisſima, quippe quæ fecit atque effecit, ut in omnium manibus hodie verſentur Biblia Sacra Germanica, & iis quaſi abundemus, atque innumerabilia illorum exempla, variis formis excuſa, in promtu habeamus. Proſtant enim illa in formis, quas vulgo vocare ſolent in *folio*, in *quarto*, in *octavo* & in *duodeci-*

imo, ad uſum adeo accommodata, ut ea
e ullo incommodo ubique nobiſcum fer-
queamus. Habemus quoque illa figuris
gantiſſimis ornata, & gloſſis atque obſer-
ionibus inſtructa; neque magni veneunt,
que ingentibus, ut olim, ſumptibus quin-
aginta, ſexaginta, octoginta & centum tha-
orum ad comparandum unum illorum
emplum MStum opus eſt, ſed pretio ſes-
ithaleri aut duorum codicem multo ele-
ntiorem, quam qui olim manu exaratus
it, nunc emere licet. Quinimo varii quo-
e Scripturæ S. libri, exempli gratia, No-
m Teſtamentum, Pſalmorum liber, *Salo-
nis* Proverbia, ſingulatim exſtant ad uſum
ſtrum impreſſa. Prodierunt præterea pe-
tentim multi alii utilitatis haud vulgaris li-
i, qui ex Scriptura S. excerpti & collecti
nt, verbi cauſa, B. *Lutheri* Catechiſmus, Biblia
a parva, meditationes & contemplationes
cræ, librique innumeri precum, quarum
us in graviſſimis caſibus omnis generis eſt
egius. Ut breviter dicam, nos Germa-
os, ſi modo id perpendere recte velimus,
nni cognitione atque doctrina abundantes
ddidit Typographia, adeo ut, quum olim
llæ quaſi penuariæ majorum noſtrorum
l prorſus inanes eſſent, vel paululum mo-
o panis atri ſuppeditarent, nunc nobis il-
e omni alimento cœleſti refertæ ſint, de quo
liis quoque impertire queamus. Id ſane

 nul-

nulla ars alia, quamvis excellens, unquam præſtitit, aut præſtare potuit.

Hæc ſufficere poſſent, ut appareat, Typographiam eſſe magnum Dei opus, quin etiam inter artes reliquas maximum & præſtantiſſimum, quamvis nullum alium fructum præſtaret præter illum, quem jam indicavimus. Verum, quemadmodum uſus iſte, de quo nunc egimus, reſpectu animæ eſt prorſus egregius, ita ars laudata communi hominum vitæ plurimas & maximas commoditates præſtat. Inſervit enim mirum in modum regimini civitatum, magiſtratibus eorumque conſiliariis, Legisperitis, aliisque, dum eis ſapientiſſimorum Regum ac Legislatorum veterum ſtatuta, leges & actiones ante oculos ponit, in quibus ut in ſpeculis cernere poſſunt, quomodo ipſi rempublicam prudenter regere & ad ejus emolumentum juſtitiam & pacem tueri debeant. Multum illa inſervit Medicinæ, dum veterum medicorum experientiſſimorum monumenta, ſcripta, cogitata & conſilia in lucem producit, quæ hodie in multis quotidianis caſibus, tam ipſis medicis, quam ægrotantibus, uſui maximo eſſe poſſunt, ut nunc libros medicos recentiores, quos itidem hæc ars divulgat, ſilentio prætercam. Multum inſervit Philoſophiæ cultoribus, præſertim iis, qui naturæ vires ſcrutantur, cœlum, ſtellas, elementa, montes ac valles, herbas & arbores,

s, homines & animalia, eorundemque
oprietates contemplantur, qui ſi veterum
ilosophorum ſcriptis carerent, in ſpiſſis
huc tenebris oberrarent. Immo in quan-
nos verſaremur omnium rerum ignorati-
ie, quæ ab origine mundi in quatuor illis
onarchiis magnis in utraque republica,
clesiaſtica nempe & civili, unquam geſtæ
nt, niſi Typographiæ beneficio omnium
mporum hiſtoriam in manibus teneremus?
uid quæſo inter nos & Lappones aliasve
arbariſſimas gentes diſcriminis intercede-
et!

Sed latius adhuc uſum ſuum exſerit typo-
raphia, eundemque in plurimas quoque a-
as artes cumulatiſſime effundit. Interrogo
harmacopolas, fabros aurarios, pictores,
liosque artifices, annon multis in rebus hæ-
erent, ſi libris plane omnibus deſtituti eſ-
ent. Magno etiam illa adjumento eſt agri-
olis, hortorum cultoribus, quin etiam il-
is, qui militiæ nomina dederunt. Ergo,
it jam dixi, artes quidem reliquæ omnes ſu-
s finibus ſane exiguis continentur, certisque
antummodo in rebus, plerumque ad hanc
olum vitam pertinentibus, uſum ſuum præ-
ſtant, typographiæ autem utilitas omnes to-
tius terrarum orbis fines, omnesque homi-
num ſtatus & officia penetrat, atque non ſo-
lum hujus, ſed etiam futuræ vitæ felicitatem
auget.

Hæc in cauſa fuerunt, cur optimis & ſapientiſſimis viris, quandocunque in mentionem typographiæ inciderunt, verba deficere viderentur, quibus pro dignitate eam extollerent.

Magnus noſter *Lutherus* in Tiſchreden cap. 37. pag. 386. b. eam ſummum & poſtremum donum appellat, quo Deus rem Evangelii in dies promovet, immo flammulam extremam ante exuſtionem mundi.

Quibus conſonant, quæ *Melanchthon* ſcripſit in Chronico lib. V. ſub Friderico III. *Artificium eſt divinitus humano generi communicatum. Cardanus* rotunde dicit lib. XVII. Subtilit. *Ars excudendorum librorum nulli nec utilitate, nec dignitate, nec ſubtilitate cedit*; cui ſuffragatur *Bodinus* method. hiſt. cap. 7 his verbis: *una hæc ars cum omnibus omnium veterum inventis certare facile poteſt.* Ut cetera clariſſimorum virorum teſtimonia taceam.

Hæc ſunt, quæ ad ductum textus noſtri de prima, quam attulimus, quæſtione monenda nobis fuerunt; Quale ſcilicet opus ſit Typographia, & quid de illa judicandum? Oſtendimus primo, illam eſſe opus Dei O.M. qui eſt fons omnium donorum bonorum, & in his literarum & artis ſcribendi, cum hominibus communicatorum; deinde eſſe etiam opus magnum, quod omnes reliquas artes magnitudine, præſtantia & excellentia longe antecedit ob inſignem utilitatem, quam verbis

s exprimere ſatis vix ac ne vix quiſpiam po-
r:it.

Ceterum ex his nos omnes, cujuscunque mus ætatis, quam præſtans Dei bonum & ⟨imium beneficium ſit ars literas & voces re ac calamo exprimendi, præcipue autem pis eas promulgandi, cognoſcere debe- ιus. Verendum tamen eſt, ne pauci ad- ιodum ſint, qui unquam hæc rite perpen- erint. Quippe dum in conſuetudinem quo- dianam apud nos venit, verſari circa lite- ıs, eas pingere, libros ſcribere, atque pis exprimere, plerique hæc omnia flocci ıciunt, quemadmodum cetera quoque ſum- ıi Numinis beneficia, quibus quotidie per- uimur, in minimis poni ſolent. Quis enim, uæſo, quando prima literarum elementa ut ipſe intuetur, aut à puerulis illa pronun- iari, & ex iis ſyllabas componi audit, in ma- num illud, quod in his reconditum eſt, my- erium inquirit, vel ad radios, qui ex iis elu- ent, ſapientiæ divinæ ſplendidiſſimos mentis ciem rite intendit? Jam vero, quid in ad- nirationem magis nos rapere deberet, quam juod ex paucis admodum literis, uti ſupra bſervatum fuit, tot vocabula & tot libri in mnibus linguis compoſiti ſint, & adhuc omponi poſſint? *Neſcio, an aliquid*, exclamat vir quidam egregius, hæc omnia ſecum re- putans, *magis admiratione dignum in rebus creatis!* Id quoq; in numero maximorum miraculorum ha-

habendum eſt, intellectum noſtrum, ſimulac characteres nonnulli, vel ſigna, i. e. literæ in charta aut calamo aut typis expreſſæ, oculis percipiuntur, ſtatim reddi certiorem de iis, quæ vel Deus ipſe, vel homines longiſſimo à nobis intervallo remoti loquantur, poſtulent atque agant. Cujus quidem rei mirandæ ſenſu nos, quibus illa eſt vulgaris & pervulgata, parum admodum movemur. At Indi barbari timore & admiratione perculſi ſunt, ubi viderunt, Europæis advenis ex variis notis & characteribus in charta depictis pateſcere, quæ aliis in locis gerantur, quæque alii procul ab illis disjuncti exigant. Narrant enim g) rerum Indicarum ſcriptores, illos conjecturis ſuis eo progreſſos eſſe, ut partim ſibi perſuaſerint, ineſſe libris ac epiſtolis loquendi potentiam, vel aliam ſingularem quandam divinam virtutem, atque hinc aures ad illas admoverint, cupidi quaſi, arcanum quid ex iis audiendi; partim crediderint, epiſtolas omnia videndi aliisque enarrandi facultate eſſe præditas, quod exemplis ſpeciatim corroborari, noſtri inſtituti ratio haud patitur. Aliquid tale profecto nobis quoque accidiſſet, ſi quem, nullam unquam literarum, epiſtolarum ac librorum notitiam habentes, varia è charta narrantem & in-

g) *Benzon.* lib. II. de nov. orb. p. 243. *Lælius Biſciola* lib. VI. cap. 12.

dicantem offendiſſemus. Quapropter
noſcere par eſt, quantum uſum literarum
ripturæ & Typographiæ inventio afferat,
ıantumve ſit donum, quod nos literas cala-
o vel typis expreſſas diſtinguere queamus,
ı quidem, ut earum ſignificatio ſine ulla
›nfuſione eadem nobis ſemper maneat;
›n temere dico, ſignificationem literarum
mper eandem manere, neque nobis mox
›c, mox aliud indicare. Non dubito, eſſe
a levitate nonnullos, qui hæc omnia ride-
ıt, & fieri prorſus non poſſe exiſtiment, ut
ı literis vel notis certis percipiendis quiſpi-
n adeo hallucinetur, ut A id eſſe putet, quod
nnes alii pro B accipiant, vel X & L inter ſe
›nfundat. At enim vero, qui ita cenſet,
recordetur turrim iſtam Babylonicam,
ıam exſtruendam homines temerarii ſuſce-
:rant, ubi documento prorſus ſingulari id,
ıod diximus, confirmatum deprehendet.
ui enim huic operi manus admovebant,
uum antea lapides, calcem, cæmenta, reli-
uamque omnem architectandi materiam
ropriis nominibus ſingulatim diſtingue-
ent, horum repente ſunt obliti, atque
rorſus alia iſtis rebus impoſuerunt, unde,
erturbati penitus & confuſi, ab opere hoc
ontinuando ſunt præpediti. Idem ſane no-
›is omnibus in diſtinguendis literarum notis
ontingeret, ut ubique hæreremus, & ne
erbulum quidem aut ſyllabam componere
atque

atque pronunciare poſſemus, ſi Deus lumen cognitionis perpetuæ literarum, quas olim didicimus, nobis iterum ſubtrahere vellet.

Hæc igitur omnia, quæ parvi hactenus fecimus, probe perpendenda & menti noſtræ ſedulo inculcanda ſunt, ut, quoties prima literarum elementa, vel ore prolata, vel calamo aut typis expreſſa, oculis & auribus percipimus, toties admiratione compulſi, verbis Regis ac Prophetæ noſtri utamur: *Magna ſunt opera Dei*; inſignis & ſumma eſt ejus in nos gratia, dum mirabili hac ratione amice nobiscum colloqui, & voluntatem ſuam, resq; alias utiliſſimas patefacere nobis non fuit dedignatus. Inprimis vero nos, qui urbem hanc incolimus, exclamare decet: Magna ſunt Dei opera in noſtra Republica & civitate edita, quippe in qua primum, uti ſupra jam commemoravimus, nobiliſſima ars typographica, ſingulari Spiritus S. inſtinctu & afflatu, à quodam ejus cive eſt inventa. *Sic ſane aliis non fecit.*

Quando mens noſtra ſpatium præteriti temporis quinquaginta vel ſexaginta annorum, aut unius, aut duorum, aut trium ſeculorum reſpicit, & ſecum reputat, quomodo hanc urbem regere Deo O. M. placuerit, ſumma ſane & ſingularia beneficia plurima deprehendemus, quibus illam præ ceteris omnibus ornavit. Ipſa ſane regiminis conſtitutio, optimaque Reipublicæ noſtræ forma,

ı, quam) vix alibi in tota Germania offen-
s, longe lateque in multis ſcriptis palam
lebrata fuit. Spectant huc mira Reipubli-
noſtræ per tot ſecula conſervatio, cultus
perſtition abrogatio, doctrinæ puræ & ſa-
aris inſtitutio, una cum ordinatione &
nventu eccleſiaſtico, qualem in nulla alia
om S. Imperii civitate reperire licet, Scho-
& Academiæ fundatio & propagatio, quin
orum præſtantiſſimorum de ſcholis & ec-
ſia meritiſſimorum magnus numerus, alia-
e plurima. His merito quoque annume-
ur firmiſſimum illud & mirum divinum
æſidium, quo civitas noſtra, tota fere
ermania jam cadente, protecta eſt, & con-
iis inopinatis ſæpenumero munita, quum
nni jam auxilio deſtituta videretur, quin
riculis præſentiſſimis erepta, quum illa ef-
giendi ſpes omnis præciſa eſſet, de quibus
nnibus alibi prolixius nobis diſſerendum
it. Denique in hoc ſingularium benefi-
orum numero reponenda quoque eſt ars
a typographica, cum urbe noſtra Argen-
ıa ejusdemque cive quodam, præ omnibus
iis gentibus, ceterisque Germaniæ civitati-
ıs, primum à Deo communicata.

Jam vero beneficia ſingularia, ſingulares
ıoq; & ſummas gratias merentur, uſumq; re-
um donorum iſtorum, in omnibus civitatis
rdinibus, & à cujuscunque conditionis atq;
ortunæ hominibus accurate obſervandum,
ne

ne beneficia ſingularia, quæ in nos collocata ſunt, ſingulares & extraordinariæ pœnæ, contumeliæ & contemptiones aliquando conſequantur. Etenim ſic judicia ſua excercere conſuevit Deus, Judex ſupremus, ut nempe à gentibus & civitatibus, ſi illæ beneficiis maximis, quibus eas affecit, peſſime utantur, graviſſimas quoque & atrociſſimas pœnas repetat, cujus rei innumera ubique exſtant exempla in hiſtoria rerum politicarum pariter ac eccleſiaſticarum, quæ alio tempore proferri ſolent. Agnoſcat itaque quilibet, cujuscunque ordinis ſit, beneficia à Deo nobis impertita, eademque pia ſemper & gratiſſima mente, verbis & factis recolat.

Qui gubernacula reipublicæ tractant, id inprimis curent, ut conſtanti & fortiſſimo animo ſemper verum Dei cultum tueantur, falſo autem naviter reſiſtant, juſtitiæ quoque, fidei germanæ & priſcæ ſimplicitati ſtudeant ipſi, & ſtudere doceant omnes cives, ne dum ipſi clavum tenent, antiquæ famæ & gloriæ Reipubl. noſtræ quicquam detrahatur. Nos qui munere ſacro in Eccleſia fungimur, debemus curare, ut ſacroſancta & pretioſiſſima noſtra religio integra & intemerata maneat, ad id contendere, hoc efflagitare continuis & ardentiſſimis precibus, ſollicitam pro Chriſti grege curam adhibere, lupos curſitantes fortiter repellere, auditores noſtros admonere, & caſtigare quavis occa-

ſione,

ne, ſive commoda illa fuerit, ſive minus, nobis vel tacentibus, vel diſſimulantibus, vitam perditam & diſſolutam agentibus, doctrina Chriſti aut diſciplina eccleſiaſti- detrimenti quid accipiat, ſed ita ſemper amus, ut rationem tanti muneris nobis ldendam arbitremur. Profeſſores autem Præceptores id ſibi negotii inprimis datum iſtiment, ut juventutem fidei ſuæ commiſ- n omni doctrina & præcipue vera ac ſalu- i Dei cognitione inſtruant, vitam probe decore agere doceant, & ab atheiſmo, em vocant politicum, qui hodie mirum modum invaluit, ſedulo abſterreant. Quin- q generatim quoque omnium urbis no- æ civium & incolarum officium eſt, ut iguli, quicquid ad urbis hujus celeberri- æ res civiles & eccleſiaſticas firmandas & gendas facere poſſit, id omne ſincere & nctis quaſi viribus curent, & ad Reipublicæ lutem, operam ac ſtudia ſua conferant

Jacobus Wimphelingius, vir gloria & eruditi- ne inſignis, libro ſuo, qui inſcribitur *Ger- ania*, quem CXIX. abhinc annnos noſtro lagiſtratui dicavit, præfigenda curavit urbis ujus inſignia, cum hiſce verſiculis:

Argentina, tuas ut ſerves, inclyta, vires,
Neve tuæ forſan diripiantur opes.
Fac, privatus amor deſit, diſcorsque ſimultas,
Factio, vis, faſtus, mœchia, luxus edax.

 Nec

Nec tibi diſpliceant juſtum, ſapientia, mores,
Relligio, virtus, ars, bona ſcripta, fides.

Qui ſane digniſſimi ſunt, ut memoriæ mandentur, & in uſum convertantur.

Ergo, uti quilibet pro conditione ſua atque officio ex grato erga Deum animo id operam dare debet, ut totius civitatis felicitas & gloria in rebus omnibus conſervetur, ita quoque id in propaganda arte typographica obſervandum erit, ut hæc omnium artium quaſi regina, & ſummum ornamentum, in Dei gloriam, civitatis hujus laudem, & noſtrum poſterorumque noſtrorum emolumentum porro conſervetur, de quo argumento, Deo volente, octo poſt dies plura dicere conſtitui. Ceterum nunc finem concioni huic impoſiturus, Deum ſupplex veneror, ut omnia hæc felicitati noſtræ æternæ inſerviant, idque faciat propter dilectum filium ſuum Jeſum Chriſtum in Spiritu S. Amen.

Concio II.

De Typographia debito honore proſequenda.

Quemadmodum nullum eſt dubium, quin Deus T. O. M. omnium bonorum fons & origo ſit, nemo autem inter mortales vel à ſe ipſo, vel ab alio

ɔ quodam tanquam primo auctore quidpi-
accipiat; &,quamvis ſtudia atq; operam al-
alteri præſtet, verbi cauſa, ſubditis impe-
ıs, auditoribus docentes, liberis parentes,
ıperibus divites,nemo tamen hoc, quod in
ɔs confert, ex peculio ſuo promit, ſed id
ım mutuo quaſi datum à Deo clementiſ-
ıo accepit, monente illud S. *Petro* 1 ep.IV.
ſic etiam certiſſimum eſt, Deum bona,
e fuerit largitus, haud pro cujusque arbi-
ɔ adminiſtrari velle, ſed potius quemlibet
ſtrinxiſſe ad dona, quibus ornatus fuit,
collocanda, ut Dei voluntati ſatisfiat,
sque gloria promoveatur. Id, quod opti-
: docet Servator noſter in egregia illa para-
la Luc.XIX. de decem ſervis, quibus Rex
:em talenta dederat, non eum in finem,
illa in terra abſconderent, vel ſibi ipſis
rum ex illis facerent, aut ea in proprium
nmodum converterent, ſed ut potius aliis
nori darent, dominoque, domum rever-
.ti, quæſtus magnos uberesque ſuppedita-
ıt. Pari quoque ratione Deus hominibus
na ſua diſtribuit, alterumque his, alterum
is ornavit, non quidem, ut vel turpiter
ı negligerent, vel jactantius de iis gloria-
ıtur, aut quocunque alio modo illis abu-
entur, ſed, ut ea in laudem & gloriam Dei,
ɔmini noſtri, cui hæc ipſa debent, uſurpa-
ıt. Quæ etiam in cauſa ſunt, cur in Scri-
ıra S. nusquam hominem quempiam bo-

G 2 no-

norum, quæ poſſedit, Dominum eminenter dictum legamus, qui potius eorum tantum adminiſtrator & diſpenſator ubique appellatur. Quamvis etiam nonnunquam in literis ſacris propriæ commemorentur poſſeſſiones, quemadmodum *Abrahamus* agrum proprium ſibi acquiſiviſſe, Gen. XXIII, 18. *Jacobus* gregem proprium à ſocero accepiſſe, Gen. XXX, 36. & Iſraëlitis terram Cananiticam, ut propriam addictam fuiſſe, Gen. XLVIII, 4. dicitur; hæc tamen omnia certis conditionibus adſtringenda, & nonniſi reſpectu aliorum hominum, qui jure in aliorum bona excluduntur, intelligenda eſſe, omnes norunt. Dei enim reſpectu quis audebit ſe bonorum ſuorum, prout lubeat, adminiſtrandorum dominum appellare? qua de re Deus ipſe voluntatem ſuam declaravit, quando diſerte ad Judæos ait Levit. XXV. 23. *Terra eſt mea, & vos mihi peregrini eſtis & hoſpites.* Terram quidem Chananæam Iſraëlitarum propriam appellat Exod. VI. 8. *terra, quam* Abrahamo, Iſaaco *&* Jacobo *me daturum eſſe promiſi, poſſeſſionem vobis tradam*; hanc tamen illis ita pollicetur, ut in iſta non, uti antea in Ægypto, tanquam peregrini & ſubditi commorarentur, ſed in illa habitarent & regnarent, ſicut Pſ. CXIV. 1. legitur: *Quum Iſraëlitæ ex Ægypto, quum Jacobæa domus emigraret ex populo barbaro, Judæi & Iſraëlitæ Deo fuere ſanctitati & poteſtati.* Etenim Deus illos in terram

ram Chananæam, quam promiſerat, deduxit, & ita gubernavit, ut neque in rebus, quæ ad eccleſiam, neque in iis, quæ ad politiam ſpectant, alieno magiſtratui obedire debuerint. Cultus illorum religioſus plane ab aliarum gentium ritibus ſacris diſcrepabat, è gente ſua ſibi eligebant, qui faſces imperii tenerent, adeoque plena libertate gaudebant. Interim quandocunque coram Deo apparebant, ingenue profitebantur: Domine, tua, non noſtra, eſt terra, quam pede premimus, nos vivimus in ea, ut peregrini & hoſpites, nos terræ noſtræ, omniumque bonorum, quæ in ea fidei noſtræ commiſiſti, diſpenſatores ſumus & adminiſtratores.

Eadem ratione quemlibet coram Deo loqui oportet, qui recte loqui cupit. Quid enim eſt, quod ei non debeamus? nihil omnino, quod ad dona bona pertinet, ſive in nobismet ipſis, ſive extra nos reperiatur, noſtrum proprium eſt. Ne animæ quidem noſtræ nobis propriæ ſunt. *Omnes animæ ſunt meæ*, inquit Dominus Ezech. XVIII. 4. Propterea haud licet facultates illius, intellectum, rationem, voluntatem, appetitum & ſenſus externos ad rem quamcunque pro noſtro arbitrio adjungere, ſed illæ unice & ſemper ad Deum dirigendæ ſunt. Nec corpus plane noſtrum eſt, nec in noſtro arbitrio prorſus poſitum eſt, illo & membris illius, præcipue ore, lingua, oculis, auribus, manibus

bus pedibusque uti, quemadmodum lubet; *ſunt* enim *Domini*, *& ut hoſtia vivens*, *ſancta & Deo accepta eſt præſtanda*, Rom. XII. 1. Idem Apoſtolus *Paulus* 1 Cor. VI. 19. ſq. totum hominem, cum partibus ejus eſſentialibus, corpore & anima, commemorans, ait: *Vos non eſtis veſtri*, *quippe pretio emti*, *propterea honorate* ſane *Deum veſtris & corporibus & animis*, *quæ Dei ſunt.* Sic quoque officia & munera, quibus fungimur, è noſtro pendent arbitrio, ſed ad Deum, à quo inſtituta ſunt & nobis demandata, pertinent. Eccleſiæ miniſtri & doctores ſunt οἰκονόμοι, divinorum arcanorum diſpenſatores, 1 Cor. IV. 1. Verbum & ſacramenta nequaquam ſunt ipſorum, ſed Dei theſauri, quos fideliter adminiſtrare debent, neque grex, cui præpoſiti ſunt, eſt illorum proprius, ſed Dei, utpote quem ipſe ſuo ſanguine redemit, *Act.* XX. 28. Nec Principes & Magiſtratus ita poſſident terram, quam regunt, ut pro voluntate ſua omnia in illa immutare poſſint, ſed Dei ſunt vicarii, cui aliquando rationem reddere debent. Quocirca gravi eos ſermone alloquitur auctor libri Sapientiæ VI. 2. ſq. *Audite Reges, & attendite, diſcite rectores finium terræ, auſcultate, qui multitudini imperatis. Vobis ſane à Domino imperium, & à Supremo poteſtas eſt data, qui veſtra & facta excutiet, & conſilia examinabit.*

Similiter quoque res in ſtatu domeſtico ſe habent. Nihil eſt, quod parentes & domi-

mini ut proprium à Deo acceperunt. Ipſi liberi, qui ex eorum lumbis egrediuntur, filii Dei audiunt, & quicquid in illis deperditur, Deo deperdi cenſendum eſt, uti ipſe teſtatur Ezech. XVI. 20. *Meos mactas liberos, immolasque idolis.* Sic quoque bona quævis, alimenta, veſtimenta ac opes omnes Dei ſolius ſunt, de quibus itidem ipſe *Hoſ.* II. 8. hunc in modum loquitur: *Ipſa quidem Iſraël neſcit, me ſibi ſuppeditare frumentum, muſtum, oleum, argentique multum & auri dare, quibus* Baali *operantur, qua de cauſa rurſus frumentum muſtumque meum ſuo anni tempore intercipiam, lanamque & linum meum auferam.*

Idem generatim & univerſe de omnibus artibus utilibus pronunciandum eſt, quas nempe Deus mera gratia adductus cum hominibus ad ipſorum emolumentum communicavit. Sunt manentque Deo propriæ, ut unico fonti, ex quo profluxerunt. Homines, qui eas callent, quique exercent, & in uſum ſuum convertunt, tantum pro administratoribus ſunt habendi, nec pro arbitrio ſuo circa eas verſari poſſunt, ſed ut fideles reperiantur, ad Dei honorem & proximi utilitatem illas tractare debent. Jurisperiti, (nam de Theologis jam ſupra diximus) Medici, Philoſophi, Oratores atque Poëtæ, quicquid artis & experientiæ poſſident, id omne Deo debent, ad cujus laudem atque gloriam omnia revocare illos o-

portet, cujus officii ſi ſunt immemores, & proprium commodum, gloriam vel avaritiæ pabulum ſibi tantummodo quærunt, Deum quaſi defraudant, vel ſaltem perfidi adminiſtratores fiunt, qui bona Domini ſui negligunt & perdunt. Sic nobiliſſima ars muſica eſt cariſſima quaſi Dei filia, quam ipſe ſanċte & caſte coli atque obſervari cupit. Hac ſi quis vel voce, vel inſtrumentis abutitur, illamque Veneri vel Baccho, laſciviæ, intemperantiæ, ebrietati & luxuriæ conſecrat, vim & ſtuprum quaſi illi infert, in ſuam ipſius perniciem & condemnationem, quia certiſſime petulantes cantilenas & modulationes æterno planċtu atque dentium ſtridore luet. Neque aliter ſe habent ceteræ artes omnes atque opificia, hominibus ex divina inſtitutione utilia, quocunque illa nomine appellentur, & quam vilia etiam multis videantur. Omnes, qui illa didicerunt & exercent, non ſe exiſtimare debent illorum dominos abſolutos, ſed tantum diſpenſatores in fabricis & officinis ſuis, quemadmodum miniſtri verbi divini ſunt in cathedra ſacra, & in tribunalibus judices; non ſane illis pro arbitrio ſuo agere quidvis, laborare, emere ac vendere licet, ſed prout id norma gloriæ Dei & amoris erga proximum exigit.

Eadem denique eſt conditio Typographiæ, artis omnium præſtantiſſimæ, quam Deus ſub finem mundi & ultimis his diebus patefecit.

ſecit. Neque hæc poteſtati noſtræ conceſſa, ſed mutuo tantum data eſt, neque eum in finem detecta, ut illa pro prava libidine noſtra abutamur, ſed ut eam ad Summi Numinis, cujus opus eſt, gloriam, & ad proximi utilitatem adhibeamus, ne alioquin Deum eo adducamus, ut beneficio hoc, quo nos ornavit, iterum privet, & priſtinam barbariem, rerumque ſacrarum inopiam gravius prorumpere ſinat. Huc ſpectat ſcopus, quem nobis hodie præfixum habemus. Quum enim ante octiduum ad ductum textus noſtri ipſam artis typographicæ naturam conſideraverimus, eamque Dei eſſe opus, idque magnum, inſignique abundans utilitate, luculenter perſpexerimus, ordo jam poſtulat, ut nunc edoceamur, quomodo erga magnum hoc Dei opus & donum nos gerere debeamus, ut illius fructum ſemper capiamus. Huic noſtro inſtituto adſit & benedicat Deus O.M. atque Spiritus ejus gratioſus, propter Chriſti meritum!

Quomodo igitur nos erga magnum illud Dei opus, artem typographicam intelligo, gerere debeamus, ut rite & decenter illo utamur, id ſtrictim docet *David* paucis, quæ modo recitavimus, verbis: *ſtupenda ſunt*, (vel: *qui inquirit in ea.*) Sedulo itaque inquirendum eſt in magna Dei opera, atque adeo in nobiliſſimam artem typographicam. In lingua ſancta uſurpatur vox דרושים, quæ pro-

 prie

prie ſignificat *exquiſita*, *inveſtigata* & *explorata*, ut eo redeat ſenſus: Delectant excelſa opera Dei omnes, qui rite ea attendunt, & accurate perpendunt. *Johannes Piſcator* quidem in verſione B. *Lutheri* non acquieſcens, uti aliis in locis pluribus, ſic hic quoque, ſuo ingenio indulget, quocum longam inſtituere diſputationem operæ pretium haud fuerit. Sufficit ex ipſis religionis ſuæ aſſeclis *Abrahamum Scultetum* illius nullam rationem habuiſſe, ſed in concionibus ſuis in librum Pſalmorum verſionem B. *Lutheri* in textu pariter ac explicatione ipſa ad verbum retinuiſſe.

Poſtulat itaque Deus, ut magna, quæ edidit opera, in ſummo quoque apud nos ſint pretio, imo poſtulat, ut erga omnia omnino opera ejus decenter nos geramus, ſingula diligenter contemplemur, & rite quoque uſurpemus. Artifex quiſque, pictor, faber aurarius & horologiorum confector artificium ſuum, quod accurata diligentia affabre fecit, in publico ponit, illudque oculis non conniventibus, ſed acutis & intentis conſpici vult, ut ſibi ex accurata totius artificii contemplatione debitam laudem & gloriam acquirat. Ægre fert *Zeuxis*, pictor celebris, Helenam ſuam, exquiſita arte depictam, à prætereuntibus vel plane non, vel obiter tantum, aſpici; gaudet contra vehementer, quando acutus *Nicoſtratus* oculos in eam

eam cupide conjicit, illam omni ex parte accurate contemplatur, atque propter inſignem, quæ in ea eminebat, artem maxime admiratur. Pari quoque ratione Deus omnia ſua opera contemplanda nobis proponit, ut ea probe conſideremus, & ex illis majeſtatem atque potentiam ſummi ac ſapientiſſimi auctoris plene cognoſcamus, laudibusque celebremus. Ideo fabrica illa admirabilis cœli & terræ nobis ante oculos poſita eſt, cum omnibus iis, quæ in illa reperiuntur; ideo ſol, luna ac ſtellæ lucent; ideo aër avibus, piſcibus aqua, variique generis herbis & animalibus tellus repleta eſt, ut à conſideratione unius ad alterum pedetentim procedentes, ſingula, quo valent pretio, maximo æſtimemus.

Noſtrum autem, de quo agimus, opus præ ceteris præclarum ut attingamus, jam antea monuimus, nos donum illud divinitus propterea accepiſſe, ut recte id contemplemur & æſtimemus. Id quod duplici præcipue ratione fieri poteſt; primum *theoretice*, ut juxta ejus naturam & omnes, quæ circumſtant, res illud ponderemus, quinimo, uti octo dies abhinc docuimus, reputemus, non mere humanum eſſe inventum, ſed Deum ipſum habere auctorem, non eſſe leve, ſed magnum plane opus, immo artem artium, quæ nunquam inde ab origine mundi ſimilem ſui habuit, neque in poſterum forſan ha-

habebit; eſſe opus, quod fructus præbuit uberrimos, & adhuc præbet, qui non in hac tantummodo ſed ad futuram quoque vitam multum profunt; denique eſſe opus, quod nos Germanos præ ceteris nationibus & gentibus omnibus felices effecit.

Ad hanc ejus theoriam pertinet quoque, excellentiſſimum hoc Dei opus à mundo condito cunctos ſapientiſſimos, quin etiam ſanctiſſimos viros latuiſſe, nobisque demum ſub finem mundi detectum eſſe. Inſigni quidem & plane admirabili ſapientia veteres illos Patriarchas ab *Adamo* usque ad diluvium Deus exornavit; in quibus *Adamus*, ut ex omnibus ejus actionibus colligere licet, primas tenuit, qui, licet ſapientia inſigni ſibi innata, qua potior imaginis divinæ pars continebatur, ſe poſterosque ſuos propria culpa privaverit, à Deo tamen poſt lapſum quoque intelligentia adeo ſingulari eſt inſtructus, ut varias artes, quæ ad vitæ commoda pertinebant, ſuopte ingenio excogitare, excolere, & non ſine felici ſucceſſu exercere potuerit; ſed ipſe hujus artis plane ignarus fuit. *Noachus* ſine dubio ſapientia & acumine ingenii primo homini, *Adamo*, proximus fuit. Etenim quemadmodum hic ante diluvium plurimarum rerum utilium communis auctor & inventor fuit; ita *Noachus* poſt illud his de rebus optime meruiſſe omnino exiſtimandus eſt, ſicuti non deſunt, qui eum poſt Dei cul-

cultum agriculturæ, Phyſicæ, arcanarum rerum inveſtigationi, Aſtrologiæ & omnibus reliquis artibus diligentem operam navaſſe affirmant; ars tamen, quam modo conſideramus, eum quoque latuit *Noacho Abrahamus* ſapientia proximus merito cenſetur, utpote qua eum ſingulariter præditum fuiſſe, omnis ejus hiſtoria abunde docet. Narrat *Joſephus* lib. I. Antiqq. cap. 9. illum, quum in Ægyptum perveniſſet, ibique occaſionem cum viris ſapientibus converſandi nactus fuiſſet, hos plurima ſua ſapientia imbuiſſe, & inprimis Arithmeticam & Aſtronomiam docuiſſe, quas ſcientias Ægyptii antea prorſus ignoraverint; quæ ſententia quum adhuc dubia & controverſa ſit, nobis ſufficit, *Abrahami* ſapientiam ſummam ex aliis certis documentis luculenter apparere; nihilominus hæc noſtra ars ei ignota fuit. *Moſem* in omni Ægyptiorum doctrina inſtitutum fuiſſe teſtatur *Lucas* Act. VII. 22. quibus *Philo Judæus*, qui vitam *Moſis* copioſe deſcripſit, hæc adjungit, eum in prima ſtatim pueritia, quum præceptoribus erudiendus fuerit traditus, omnia pro ſummo ingenii acumine ſtatim penetraſſe, quin brevi temporis ſpatio omnes iſtos ſapientia viciſſe, adeo, ut *reminiſci viſus fuerit, non diſcere.* At enim non eſt neceſſum, ut *Philonem* hac in re, qui, pariter ac *Joſephus*, modo commemoratus, haud raro à veritate aberrat, audiamus. Ipſæ ſum-

ſummi hujus viri actiones admirabilem, qua in divinis humanisque & naturalibus rebus uſus fuit, ſapientiam ſatis demonſtrant; hic tamen noſtræ artis peritia itidem deſtitutus fuit. *Salomo*, quum à Deo prudentiam ad gubernandum populum ſupplex petiiſſet, tanta rerum cognitione fuit ornatus, ut omnium, non quidem hominum, at regum ſapientiſſimus fuerit, & ſui ſimilem neque ante, neque poſt ſua tempora, unquam habuerit. Hiſtoria Sacra docet, eum præter ſummam ſapientiam, quam in adminiſtranda Republica, in obſervanda juſtitia, litibusque dirimendis adhibuit, naturæ quoque vires accurate perſcrutatum eſſe, omniumque arborum, herbarum & animalium claram habuiſſe notitiam, & proinde Phyſices peritiſſimum, nec non præſtantiſſimum artificem & architectum fuiſſe; non tamen ad artis typographicæ peritiam unquam pervenire potuit; quam etiam haud aſſecutus eſt *Bezaleël*, artifex omnium clariſſimus & præſtantiſſimus, cujus ante octo dies mentionem fecimus, neque alii, quotquot olim in Eccleſia Dei prudentia & ſapientia excelluerunt.

Illos etiam, qui extra eccleſiam vixerunt, Deus quandoque pro liberrima ſua voluntate ſingulari mentis intelligentia & ingenii acumine inſtruxit, ut proprio marte varias artes utiles excogitando produxerint. *Jubal*, *La-*

Lamechi filius, muſicam, quam vocant inſtrumentalem, primus invenit, artem admiratione profecto dignam; ei, inquit *Moſes*, tibicines & citharœdi ſuam debent originem. Frater ejus *Tubalcain* omnis ærarii & ferrarii opificii fabricator fuit, & hanc artem primus docuit, Gen. IV. 20. ſq. Sic quoque inter gentiles ratione recte utentes multi rerum variarum inventores fuerunt, qui artes & inſtrumenta, pacis & belli temporibus inſervientia, excogitarunt, de quibus ſingulares libri exſtant. Nemo tamen illorum tanto valuit ingenio, ut inveſtigare potuerit, qua ratione typis exprimendi ſint libri, adeoque breviſſimo temporis ſpatio ſpiſſa volumina absque calami ope divulgari queant. Supremum & benigniſſimum Numen, dona ſua libere diſpenſans, tanti pretii artem tamque præclarum opus poſtremis mundi temporibus reſervavit, nobis, qui Germaniam incolimus, patefecit, adeoque noſtram nationem præ ceteris omnibus hoc honore decoravit, quæ quidem omnia nobis præſertim in hac urbe, ſi magnum hoc opus rite agnoſcere velimus, *theoretice* intelligenda & perpendenda veniunt.

Quodſi quis quæſiverit, quænam in cauſa fuerint, cur Deus opus tam inſigne tamdiu occultaverit? quid majores noſtri, qui ante tres, quatuor, quinque, ſex & plura ſecula vixerunt, peccaverint, ut tanto theſauro

ſauro carere debuerint? quum tamen ſine dubio, ſi hæc Dei gratia eis obtigiſſet, multo citius à tenebris ad lucem, à barbarie ad humanitatem, & ab idololatria ad verum Dei cultum ſe convertiſſent; ſi quis, inquam, hæc cogitaverit, is recordetur triti illius: *digito compeſce labellum.* Nam Deus, uti multis aliis in rebus, ſic hic quoque, ſanctis & juſtis cauſis adductus, hominibus quibusdam dona ſingularia diſtribuit, aliis minus, quas quum ipſe omnibus occultaverit, curioſius in eas inquirere nos minime decet. Deus cuilibet ad vitam honeſte, caſte & ſancte agendam, quin ad ſui quoque cognitionem æternamque beatitudinem conſequendam ſufficientia ſubſidia ſubminiſtrat, qua de re copioſe ac ſolide agit D. Apoſtolus *Paulus* Rom. I. 20 & II. 14 ſq. itemque Act. XIV. 11. ubi probat gentiles aliquando condemnandos ἀναπολογήτους eſſe, quod utique haud affirmaſſet, niſi iſti ſubſidiis ad fidem veram & beatitudinem æternam conſequendam ſufficientibus fuiſſent inſtructi. Extraordinaria autem & ſingularia fidei ac ſalutis æternæ remedia omnibus ſingulisque non largitur, ſed diſtribuit hæc, prout juſtiſſima ſua & optima fert voluntas, cujus rei exempla habemus in populo Iſraëlitico, & florentiſſima urbe Ninivitarum. Qui autem hujusmodi donis præ reliquis hominibus affecti ſunt, eos non decet, curioſius inveſtigare, quamobrem

rem illa in alios etiam haud collata fuerint. Illorum potius officium eſt, ut iſtam largam Dei benignitatem pie colant, gratias pro ea decentes perſolvant, & magna cum cura atque cautione illam uſurpent; quemadmodum in his veſtigia nobis premenda reliquit Rex & Propheta *David* Pſ. CXLVII. 20, ubi nempe extraordinaria Dei beneficia, populo Iſraëlitico præ ceteris omnibus nationibus exhibita, perpendit, & ab omni curioſa rationum atque cauſarum inveſtigatione animum revocans, debitas Deo gratias his verbis agit: *Id quod* (uti nobis) *non fecit ulli ceterarum gentium, nec illæ jura norunt*; quibus mox addit *Halleluja*, prædicate, laudate Dominum, qui hæc fecit.

Ita quoque adverſus artem typographicam nobiliſſimam nos gerere debemus, videlicet ut caveamus, ne importuna curioſitate abrepti, ſecreta Dei conſilia, cur ars illa non prius detecta ſit, perveſtigemus, ſed potius laudes Deo debitas & *Halleluja* illud decantemus, atque gratiam hanc ſingularem nobis exhibitam recte collocemus.

Quinimo ut *practice*, quod alterum concionis noſtræ caput eſt, nos in omnibus civitatis ordinibus rite erga eam geramus, & ſemper finem reſpiciamus, quem Deus, quando ex ſingulari benevolentia erga Germaniam hanc artem primum patefecit, intendiſſe videtur. Heic ampla occaſio nobis

datur fuſius exponendi, quid cuilibet, qui pro vitæ ſuæ ſtatu, vel in arte typographica verſatur, vel illa fruitur, obſervandum ſit, ut ipſe eam rite æſtimare omnibus videatur; quod tamen omne ſtrictim modo attingere temporis & loci ratio poſtulat. Primum itaque de ipſis Scriptoribus, qui opera ſua typis exprimi, & in lucem edi cupiunt, atque adeo in hoc negotio primas tenent, obſervandum erit, illorum officium eſſe, ut id operam dent, ne dum artem typographicam honorare ſtudent, eam reapſe dedecorent. Explorare igitur vires ſuas debent, num libris conſcribendis ſint pares, idque eo magis, quo pauciores huic operi rite tractando manus admovere queant. Qua in re non ſuo tantum ingenio animique affectionibus obſequi, ſed aliorum etiam doctorum & prudentium virorum conſilia ſibi expetere debent, quibus ex officio ſuo libri alicujus promulgationem ſuadentibus aut urgentibus, omnia ex ſententia per Dei gratiam ſuccedent. Peſſimus & non excuſandus artis typographicæ abuſus eſt, quando multi, vanæ gloriolæ cupiditate ardentes, libros quoscunque componendos ſibi ſumunt, & quicquid ipſis in mentem venit, omnibus obtrudunt, prelaque enecant, quod ipſum Reipublicæ haud leve detrimentum affert. Id tamen quotidie fere fieri intelligimus, juxta tritum illud: *Tenet inſatiabile multos ſcribendi cacoëthes*;

unde

inde frequenter accidit, ut libri veteres opti-
ni prorſus negligantur, & in eorum locum
iovi longe viliores ſubſtituantur; quod B.
utherus Tom. IV. Jen. p. 291. jam olim que-
lus eſt, vereque prædixit in præfat. ad An-
ott. in Matthæum: ***Brevi tempore multitudo non
ɩtimorum librorum obruet paucitatem optimorum;***
uæ vaticinatio, annon noſtris temporibus
itis ſuperque ſit impleta, illi judicent, qui
præjudiciis & partium ſtudio ſunt alieni.

Porro, ſi quis ſe viribus ad libros bonos
ribendos neceſſariis inſtructum, & pro ra-
one officii ſui ad id obligatum eſſe ſenſerit,
caminare quoque rem ipſam debet, quam
ertractandam ſibi ſumſit, num illa homi-
em Chriſtianum deceat, num honeſta ſit,
ım Deo probetur, num generi humano u-
itatem afferat? Librorum auctor quisque
generis humani Præceptor eſſe debet, ita,
omnes, qui iſtos legerint, cumulate ex il-
utilitatem hauriant; hinc opus eſt, ut non-
ſi utiles & egregias res conſcribat. Omnes
tem illi prela conſpurcant, qui doctrinas
lſas, Scripturæ S. repugnantes, & in Deum
eo ipſum injurias, vel etiam vanas, futi-
, turpes & obſcœnas narratiunculas, car-
ina libidinoſa, & fabulas quascunque abſur-
s typis exprimi curant.

H 2 In-

h) *Senec.* epiſt. 64. lib. 8.

Inprimis autem omnes, qui libros componere volunt, finem ſuum ſemper reſpicere debent, ne quicquam aliud, niſi gloriam Dei & utilitatem proximi ſui intendant; hanc enim ſolummodo ob cauſam Deus ſingulare hoc beneficium nobiſcum communicavit. Hinc, qui in hoc ſanctiſſimo opere propriam gloriam affectat, famam ſuam ubique celebrari cupit, ut quisque, digitis illum monſtrans, dictitet: Hic eſt vir iſte doctiſſimus, qui tot libros ſcripſit, cujus nomen in omnibus catalogis nundinalibus librorum atque officinis librariis memoratur; is impium, perfidum & fraudulentum beneficiorum divinorum adminiſtratorem ſe præbet. Nec melioris ſunt notæ, qui turpiſſimo lucri ſtudio impulſi, Typographiam tanquam aureum hamum ad opes divitiasque capiendas uſurpant. Acerbe quidem, ſed rectiſſime ait B. *Lutherus* in principio libri germanici, qui inſcribitur: i) *Daß die Worte Chriſti, das iſt mein Leib, noch feſt ſtehen: Caveant ſibi, qui ad libros conficiendos ſupra modum ſe applicant, à Diabolo, qui venenatis & igneis ſuis ſagittis librorum auctoribus nimium ſecuris inſidias ſtruit.* Quosdam enim capit & convertit ad gloriæ cupiditatem, ut in omnibus negotiis inſtitutisque ſuis ſibimet ipſis placeant, atque laboribus ſuis *euge* illud ipſi acclament, & perinde ac fictor

i) Tom. III. Operum Ien. German. p. 378. a.

fictor ille idolorum Pſ. XLI. 7. quisque illorum dicat: *bonum erit opus*; ejus gratia multis placebo, ad famam & gloriam meam id maxime proficiet. Alios è contrario opum avaritiæque aculeis ſtimulat, ut illis ſtimulati, id tantum elaborandum ſibi ſumant, quod ad quæſtum faciendum eſt aptiſſimum. Hi non tantum accurate computant, quantum pretium pro ſingulis librorum ſuorum plagulis pendere eis debeat bibliopola, ſed id inprimis agunt, ut iſtos viris bene numatis dedicent, qui illis officia ſua largiſſime remunerare velint.. Quotquot k) his illecebris Satanæ aures patulas præbent, gloriæ autem divinæ & hominum emolumenti prorſus immemores, ſuam tantum gloriam & utilitatem quærunt, omnes illi Typographiam, quantum in ipſis eſt, injuria & ignominia afficiunt, & quamvis eorum labor fuerit utilis, ipſi tamen in numero illorum, qui Dei obliviſcuntur, ſunt ponendi; perinde ut olim gentiles, qui laudabilia quidem multa, ſed non laudabiliter patrarunt, nec non uti Phariſæi, qui optima quæque absque bona animi intentione peragebant, de quibus adeo Chriſtus ipſe hanc ſententiam tulit, *eos jam habere ſuam mercedem*, Matth. VI. 2. & 5. S. *Hieronymus*, quando illorum meminit, qui propria tantum gloria

H 3 aut

k) Conf. *Clementem Alexandr.* lib. I. Strom. pag. 271. & *Salvian.* præf. in lib. de gubern. pag. 2.

aut utilitate inducti libros conſcribunt, recte ſtatuit, eos hoc in mundo gloria quidem & laude multa affici, aliquando tamen immenſis doloribus & angoribus excruciatum iri, atque adeo in illos demum quadrare apte hæc verba: *Laudantur, ubi non ſunt*, (nempe in mundo) *& cruciantur, ubi ſunt*, (nempe in inferno.)

Proximum auctoribus & librorum ſcriptoribus locum merito occupant omnes magiſtratus Chriſti nomen profitentes, qui gubernacula Reipublicæ tractant, quorum officium eſt, (ſi artis typographicæ rationem recte habere velint,) æſtimare l) illam, ut opus eximium, quod, quamvis ipſis nihil debeat, ſuos tamen fructus eis, immo toti reipublicæ, cumulate largitur, alere eam omni ſtudio in regionibus ſuis & fovere, illius cultores, qui illam honeſte & fideliter exercent, ſingulari honore & amore complecti, eosque, præ ceteris artificibus, præmiis lautis & privilegiis exornare; quemadmodum etiam notum eſt, typographorum ædes paſſim certis immunitatibus & beneficiis frui, quin etiam librorum impreſſores æquo & pari jure cum literarum cultoribus ceterisque Academiarum civibus vivere; quod dum perpaucos ex auditoribus meis ignorare arbitror, non opus

l) vid. *Cothmanni* Conſult. Academ. Conſil. 18, 2. & 40, 12.

pus erit, ut civitates iſtas & Academias, in quibus hic mos laudabilis obtinuit, commemorem.

Caveant autem inprimis omnes Reipublicæ moderatores, ne in regionibus & urbibus ſuis libri impii & ſuperſtitionis pleni, qui Chriſtianæ religioni nocere poſſunt, vel etiam obſcœni, turpes & laſcivi, qui honeſtatem & pudicitiam lædunt, atque inprimis juvenes corrumpunt, vel denique libelli famoſi, viris bonis famam præclaram detrahentes, typis exprimantur; quamobrem conſtituendi ſunt ab illis Cenſores librorum, viri experientes, probi & auctoritate pollentes, quibus typographi, ſi vel minimum dubium de ſcripto, quod excudendum ad eos defertur, obortum fuerit, id ſtatim indicare, & conſilium ſibi expetere debent, quid faciendum omittendumve fuerit, uti in noſtra urbe fieri ſolet. Quodſi etiam ſcripta noxia & prohibita clanculum prelo ſubjicienda homines temerarii typographis ſubminiſtraverint, atque hi illa typis expreſſerint, hos pariter ac illos graviſſima pœna afficiant, libros fiſco adjudicent, vel palam comburi curent, ut odium ſuum erga eos ſeveritatemque aperte declarent, qua de re legimus Act. XIX. 19. multos illorum, qui Epheſi nomen Chriſti profitebantur, libros omnes, magiam & artes illicitas exponentes, in unum locum congeſtos, in omnium præſentia cremaſſe, quo-

rum pretio computato, comperta ſunt nummorum quinquaginta millia, i. e. ducatorum quinque millia. Immo ipſi gentiles hoc fecerunt, nempe Athenienſes. Quum enim *Protagoras* Philoſophus librum ſcripſiſſet, cujus prima erant verba: *De Diis ſcire non poſſum, utrum ſint, an non ſint!* librum igni tradiderunt, & hanc quoque pœnam de ipſo auctore ſumpſiſſent, niſi hic ſaluti ſuæ fuga conſuluiſſet. Similiter *Theodoſio* M. Imperatori Romano æternæ vertitur laudi, quod impii *Porphyrii* libros, quibus in Chriſtianam religionem invectus erat, flammis conſumi curaverit, his uſus verbis notatu digniſſimis: *Omnia ſcripta, Deum ad iram provocantia, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire debent.*

Tertio ipſi Bibliopolæ, qui ſumptus edendorum librorum ſubminiſtrant, obſervent præcipue, ne omne, quicquid ipſis prelo ſubjiciendum affertur, & ex quo lucrum capere poſſunt, ſtatim, delectu omni & diſcrimine remoto, arripiant, ſed potius pro virili ſua manifeſto comperire ſtudeant, num iſta ſcripta veræ religionis præceptis ſint conſona & Reipublicæ utilia; probe ſecum reputantes, omne detrimentum, quod Eccleſiæ & Reipublicæ per libros impios & obſcœnos adfertur, ipſis quoque magna ex parte eſſe imputandum. Quemadmodum enim ſtatuarius, pulchrum & artificioſum ſimulacrum Dei

Dei cujusdam fabricans idololatræ & homini ſuperſtitioſo, ut hic illud in ſacrario poſitum cultu religioſo proſequatur, precibusque quotidianis fatiget, ipſe quoque idololatriæ reus ſit, quod diſerte affirmat auctor libri Sapientiæ cap. XIV. v. 8. *Simulacrum manufactum deteſtabile, tum ipſum, tum ejus fabricator; hic, quoniam fecit; illud, quoniam quum ſit interiturum, Deus nominatur. Nam æque inviſa ſunt Deo & impius & ejus impietas; etenim opus una cum opifice punietur;* ita quoque Bibliopola quisque, qui libros impios, erroneos, obſcœnos, laſcivos & famoſos, lucro vel aliis injuſtis cauſis adductus, impenſis ſuis excudi & divulgari curat, una cum peſſimo auctore hujusmodi ſcriptorum, ſocius & conſors eſt ſceleris iſtius, damnorumque omnium, quæ ex illo oriuntur, atque typos, chartam, atramentum, omniaque reliqua, quibus ad libros excudendos opus eſt, turpiter inquinat & corrumpit. Porro in emptione æque ac venditione amorem erga proximum ſemper reſpicientes, æquum & mediocrem quæſtum quærant, libros immodico pretio nemini vendant, nec proprium commodum unice & ubique ſectentur, ne nobili illo gloriæ divinæ inſtrumento ad avaritiam turpiſſimam abutantur. Quo etiam ſpectat, ne quis inhoneſte in damnum aliorum bibliopolarum, & nulla neceſſitate urgente, libros recudat; notabiliter dico, inhoneſte & nulla ne-

neceſſitate urgente, quia non raro accidit, ut utiliſſimi alicujus libri in remotioribus terris excuſi exemplum vel prorſus non, vel non ſine impenſa magna, comparari queat. Tunc demum de bonis literis non male merentur illi, qui talia ſcripta prelo iterum ſubjiciunt, ita tamen, ut ſalva ipſorum conſcientia id fiat. Etenim qui nullam divinæ gloriæ rationem habentes & propriæ tantummodo utilitati inhiantes libros recudunt, illi graviter omnino peccant, in quos ſevere animadvertit B. *Lutherus* in præfatione ad Biblia ſua germanica, quæ in omnium manibus verſatur.

Quarto huc pertinent Typothetæ atque impreſſores, quorum officium, ſi artem, quam tractant, recte honorare cupiunt, eo redit, ut manus ſuas ſcriptis tantum bonis & utilibus excudendis admoveant, malos autem & noxios libros typis exprimendos neque ipſi ſponte ſua ſuſcipiant, neque ſi tales ab ipſorum ſuperioribus obtrudantur, horum voluntati obtemperent, ſed potius palam profiteantur, pluris ſe æſtimare artem ſuam, quam ut illam ad res turpes & vanas divulgandas adhibere velint. Porro omni fide ac diligentia curare debent, ut typos ſervent puros & nitidos, attritos reparent, atramento impreſſorio illos recte imbuant, atque literas integras luculenter exprimant. Præcipue autem, quando vel omnes vel nonnulli

nulli tantum Scripturæ S.libri recudendi ſunt, ſecum reputent, quantum opus tractent, ideoque omnem cautionem adhibeant, ne literulam ullam, multo minus voces integras transponant, vel prorſus omittant. Nam ſi in ea re, ob quam ars typographica præcipue in lucem prolata eſt, negligentes & oſcitantes ſe præbuerint, graviſſime in Deum peccant, arti ſuæ ipſi labem adſpergunt, & ab omnibus, qui ſcripta mendis referta legunt, merito vituperantur, artisque tam excellentis miniſtri indigni & improbi judicantur

Quinto occurrunt nobis correctores, quorum curæ committitur, ut libros à mendis, quæ fortaſſe irrepſerint, purgare, eaque corrigere & emendare ſtudeant. Quoniam enim fieri vix poteſt, tametſi omnem curam ac diligentiam adhibeant typothetæ, quin paſſim irrepant menda, quibus ipſa, ad quæ exiguntur, exemplaria obſcure ſæpius ſcripta occaſionem præbere ſolent; neceſſe utique fuit, ut in officinis typographicis, rite inſtructis, inter alias operas, correctores quoque conſtituerentur, qui *probas*, quas vulgo vocare ſolent, primas, ſecundas tertiasve accurate & lynceis quaſi oculis perluſtrarent, &, ſi qua errata reperta fuerint, emendarent & corrigerent. Hi ſane graviſſimo coram Deo pariter & hominibus officio funguntur, & utilitatem prorſus inſignem afferunt, ſi pruden-

denter & diligenter in munere ſuo verſantur, & nullum comma vel punctum facile ex oculis amittunt; nocent autem ſummopere, quando obiter tantum ac fugitivo quaſi oculo ſcripta excuſa percurrunt, præcipue, ſi Biblia S. inprimis illa, quæ literis Ebraicis exprimuntur, negligenter tractent, qua incuria ſæpe controverſiis circa religionem movendis occaſionem præbent. Minimum enim punctum linguæ hebraicæ, ſi proprio ſuo loco movetur, vel prorſus omittitur, integrum ſenſum, uti inter omnes eruditos conſtat, facile mutare poteſt, quare omnes, qui correctoris munus in officinis typographicis ſuſtinent, ſemper cautos & diligentes eſſe oportet, ſi rite artem typographicam æſtimare velint. Librarii, qui olim libros deſcribere ſoliti erant, quum ad hunc laborem præſtandum admitterentur, obteſtationibus & execrationibus prius obſtringebantur, quarum formula vulgaris fuit: *Adjuro te, quicunque hos deſcripſeris libros, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ejus glorioſum adventum, in quo veniet judicare vivos & mortuos, ut conferas, quod ſcripſeris, & emendes ad ea exemplaria, de quibus ſcripſeris, diligenter.* In horum locum, quum quodammodo ſucceſſerint correctores, licet ſolenni juramento fidem ſuam non adſtringant, illam tamen ſponte ſua præſtare, omnemque diligentiam adhibere debent, idque eo magis, quo majora illorum fidei

ſunt

ſunt commendata & concredita. Etenim non in uno tantum exemplari, ſed in multis centenis vel millibus ſimul accurandis verſantur, & quando unum exemplum ab iis rite examinatur & corrigitur, cetera quoque omnia ſunt accurata, unum vero illud, ſi negligenter emendatum fuerit, omnia reliqua exſtant corrupta.

Denique ipſi librorum lectores hic quoque admonendi ſunt, quomodo artem typographicam magnipendere debeant. Hos ſcilicet decet, quotieſcunque libros intuentur, qui ipſorum ſaluti inſerviunt, quales præcipue ſunt Veteris ac Novi Teſtamenti libri, Deo pro hoc magno beneficio debitas gratias agere, illos hilare & libenter legere, atque ſedulo ſecum reputare, quanto feliciora ſint noſtra tempora priſtinis iis, quæ arte typographica caruerint; quandocunque autem impios, malos, ſceleratos & deteſtabiles libros offendunt, ſtatim ab iis abhorrere, atque ex animo dolere, quod tantus artis typographicæ abuſus datur, idque inprimis curare, ut illi omnium oculis ſubtrahantur, ne in eos imprudens & incauta juventus incidat.

Hæc ſunt, quæ ad alterum dicti noſtri caput ſpectant, quomodo quisque præſtantiſſimam artem typographicam rite æſtimare debeat, ut ſcilicet *theoretice* quidem ejus præſtantiam, dignitatem & utilitatem probe

per-

perpendat, & ſimul conſideret, Deum ſapientiſſimum ac mirabilem ſanctis ac ſapientibus primorum temporum hominibus eam occultaſſe, demum autem cum nobis, qui Germaniam incolimus, benigne communicaſſe; *practice* vero, ut omnes, qui in ea arte verſantur, hominum ordines, nempe auctores librorum, magiſtratus, bibliopolæ, typographi, correctores & ipſi denique lectores omni fide & honore eam colant.

Quoniam itaque ea omnia, quæ ſatis prolixe hactenus diximus, eo tendunt, ut, quæ de arte typographica obſervanda nobis ſunt, rite perpendamus, id tantummodo reſtat, ut hæc etiam omnia in uſum ſedulo revocemus, & artem noſtram, uti ſæpe monuimus, magnifaciamus & colamus. Tantum vero abeſt, ut hæc hactenus à nobis obſervata ſint, ut quotidiana potius experientia his reclamet, doceatque, eam minoris, quam decet, fuiſſe æſtimatam, & inprimis à librorum ſcriptoribus neglectam, qui finem, quem præcipue reſpicere debebant, relinquentes, ſuæ tantum gloriæ, utilitati atque avaritiæ ſtuduerunt.

Salvianus, Epiſcopus, eloquentia pariter & integritate conſpicuus, de auctoribus librorum, qui ante illum floruerunt, in præfat. ad libros de Providentia divina pag. 2. ita ſcribit: *In ſcriptis ſuis cauſas tantum egerunt ſuas, & propriis magis laudibus quam aliorum utilitatibus con-*

conſulentes, non id facere anniſi ſunt, ut ſalubres ac ſalutiferi, ſed ut ſcholaſtici ac diſerti haberentur; itaque *ſcripta eorum aut ſunt vanitate tumida, aut falſitate infamia, aut verborum fœditatibus ſordida, aut rerum obſcœnitate vitioſa.* Equidem interrogo omnes, quotquot nomen eruditorum profitentur, annon noſtris quoque temporibus in omnibus ſcientiarum generibus Scriptores hujusmodi plurimi reperiantur, qui ſuæ magis, quam Dei gloriæ ſtudioſi, nullam virtutis pietatisque rationem habuerint. Hoc ſi quis in dubium vocare voluerit, eum veritatis vel ignarum, vel hoſtem eſſe oportet, quia res ipſa eſt in aperto & propatulo loco poſita.

Illi quoque, qui magiſtratus munere funguntur, ſe nimium indulgentes ac ſecuros præbuerunt, dum in terris, quæ in ditione ac imperio illorum ſunt, libros excudi & vendi facile paſſi ſunt, qui non tantum uſu plane omni caruerunt, ſed præterea obſcœni ac noxii fuerunt, religionis Chriſtianæ propagationem impediverunt, omnemque honeſtatem læſerunt.

Equidem ægerrime ſæpe tuli, hac adeo in urbe libros prorſus inutiles & viliſſimos, in quibus numerandi ſunt libri germanice editi: *der Rolwagen*, *die Schildwacht*, *die Shafferey* &c. cumulate divulgari, quemadmodum non noſtra ſolummodo urbs, ſed etiam tota circumjacens regio & remota adeo loca fu-

futilis iſtius libri, qui inſcribitur *der Eulenſpiegel*, ſæpius excuſi, innumeris exemplis abundant; quod ſane nullam neque apud Deum gratiam, neque apud nosmet ipſos conſcientiæ tranquillitatem, neque apud prudentiores homines laudem gloriamque nobis conciliare potuit. Jam vero abuſum hunc abolitum eſſe arbitror, qui ſi denuo irrepſerit, per Deum oro quæſoque magiſtratum noſtrum, qui Chriſti nomen profitetur, ut divinæ gloriæ cauſam agat, & peſſimum hunc typographiæ abuſum penitus tollat.

Bibliopolas, qui libros impenſis ſuis edi curant, avaritia & quæſtus cupiditate ſæpenumero abreptos eſſe inter omnes conſtat, quod minime illos tangit, qui honeſtatis ſunt ſtudioſiſſimi. Sit quilibet pro ſua conſcientia ſui ipſius judex & teſtis, atque ſe ipſum vel abſolvat, vel condemnet.

Libros negligentia & oſcitantia illorum, qui correctionem emendationemve ſuſceperunt, turpiter ſæpe depravatos fuiſſe, ſat abunde liquet. Et quid dicam de iis, qui librorum lectione delectantur? annon iſti in libris potius vanis, quam in Bibliis S. vel aliis ſcriptis utilibus legendis tempus conſumſerunt? Dolet propter hunc abuſum ipſa quaſi ars typographica celeberrima, pariter ac cetera Dei beneficia, vanitati invitiſſime inſervientia, & cum illis Deum ultorem implorat. Obviam igitur cuncti peſſimo huic abuſui

ea-

eamus, atque illum junctis quaſi manibus aboleamus, ut ſalvum & incolume retineatur præſtantiſſimum hoc opus, neque nos in numero ſtultorum habeamur, *qui Dei opera nequaquam perpendunt.* Notabile eſt, quod infert Rex & Propheta David, Pſ. XCII. 6. ſq. *O Deus! quam magna ſunt opera tua! ſed hoc neſciunt ſtupidi, hoc non intelligunt inſani*; atque adeo eos omnes, qui Dei opera non decenter æſtimant, ſtultos & inſipientes appellat.

Quorum in numero ne reponamur, neque verbera, quibus vapulant ſtulti, nobis ultro accerſamus & attrahamus, juſto ſemper æſtimemus pretio, uti cuncta reliqua Dei beneficia, ita typographiam quoque, & hanc debito cultu proſequamur, ut Deus eam, Germaniæ & inprimis urbi noſtræ dono primum datam, in noſtrum & poſterorum emolumentum usque ad finem mundi imminentem conſervare & propagare pergat. Sapienti ſat eſt! Deus autem, Pater cœleſtis benignus, inſtruat nos omnes, in quocunque etiam ſtatu vivamus, Spiritu ſuo ſanctiſſimo, ut agamus, quæ ei beneplaceant, quo & nos per Chriſtum & in hoc & in futuro ſeculo ipſi probati reddamur.

Oratio ſacra III.

de inſigni fructu, qui ex debita erga Typographiam obſervantia redundat.

Auditores in Chriſto dilecti! Quando Propheta *Zacharias*, divino Spiritu actus, cap. XIV. de ſtatu eccleſiæ militantis, & præcipue de eccleſia Novi Teſtamenti, inde ab adſcenſione Chriſti in cœlum ad mundi usque finem vaticinatur, inter alia, hæc pauca quidem verba, ſed notatione digniſſima, profert: *Tempore veſpertino erit lux.* Non vero naturalem diei veſperam intelligit, quando ſole occidente nox jam ingruit, ſed mundi veſperam, vel poſtrema tempora, quæ extremum judicium proxime antecedunt, reſpicit; neque de naturali ſolis lumine, quod diei cauſa eſt, loquitur, ſed de gratioſa luce evangelii, quæ tenebras internas nobis congenitas diſpellit, fidei lumen ſalutare accendit, alit & ſuſtentat, hominesque ad lucem cœleſtem & æternam ducit. Senſus itaque verborum Prophetæ hic eſt: Irruente mundi veſpera & ultimis temporibus imminentibus, vaticiniis plerisque jam impletis, & die extremo appropinquante, lux Evangelii radiis ſuis mirum in modum ſplendeſcet, doctrina ſalutaris ubique percrebreſcet & divulgabitur. Quamvis etiam ſpiſſæ falſarum doctrinarum tenebræ vehementer reſiſtere,

&

& lumen vel plane exſtinguere, vel ſaltem obſcurare nitantur; irritus tamen erit illarum conatus, & lux demum erumpet, ac tenebras diſpellet.

Equidem non ignoro, verba Prophetæ modo laudata ab eccleſiæ doctoribus ulterius extendi, & de ſtatu eccleſiæ in hoc mundo explicari, eo quidem ſenſu, quod eccleſia variis mutationibus, reſpectu ſcilicet exercitii religionis Chriſtianæ, obnoxia ſit, quod quandoque magna virtute & multo ſplendore fulgeat, uti ſol meridie lucet, ſed non multo poſt atris nubeculis falſæ doctrinæ obtegatur; lucem tamen non penitus amittat, ſed nubes illas diſpellat, & propriis radiis iterum coruſcet; quæ interpretatio noſtræ ſententiæ nequaquam repugnat, ſed cum illa recte conſtare poteſt.

Hoc autem vaticinium Spiritus S. de veſpertina luce ad majores noſtros & nosmet ipſos ex ſingulari Dei benevolentia præcipue ſpectat. Etenim nos Deus veſpertino demum vel ultimo mundi tempore naſci voluit. Ad nos inprimis pertinent verba *Johannis* I.ep.II. 18. *Filioli! adeſt ultima hora*; nec non Apoſtoli *Petri*, 1.ep.IV. 7. *Omnium rerum finis inſtat*; & S. *Jacobi*, cap. V. v. 9. *Judex præ foribus adeſt*; immo ipſius Judicis, nempe Chriſti, Apoc. III 20 *Equidem præ foribus aſto & pulſo.* Quocunqne igitur, verbo divino admoniti, his temporibus oculos vel aures converti-

mus, ibi multos ejusmodi nuntios deprehendimus, qui finem omnium rerum inſtare nobis indicant. Nobis quoque mira Dei miſericordia contigit, ut tempore hoc veſpertino, in quo vivimus, ſalutaris lux evangelii apparuerit, ac lætum ſplendorem longe lateque emiſerit.

Quam tetris contra tenebris, quæ etiam Ægyptiacas longe ſuperarunt, obducti & circumfuſi fuerint miſeri noſtri majores, quum papatus, ex juſto Dei judicio, ad ſummum faſtigium ſuum perveniſſet, id alibi copioſe exponi ſolet. Interim neminem noſtrum latet, nec latere quempiam debet, ſed memoria ſedulo ab omnibus repetendum eſt, lumen Scripturæ S. & verbi divini, ſub hocce Papæ imperio, Laicis vel popularibus, quibus ipſi adeo Imperatores, Reges, Principes, ac Domini annumerabantur, magna cum cura atque diligentia ex oculis & manibus fuiſſe ereptum, & quaſi ſub modio occultatum, quoniam à codicis ſacri lectione prohibebantur. Vix quiſquam repertus eſt, qui Biblia S. unquam oculis uſurpavit, id quod non tantum de plebejis, ſed de ipſis adeo Clericis, uti vulgo vocabantur, eſt intelligendum; quinimo Doctores Theologiæ & Sacrarum literarum non raro creati ſunt, qui nunquam Scripturam S. perlegerunt, multo minus ejus verum ſenſum perceperunt: è quorum numero fuit quoque *Caroloſtadius*, uti hiſtorici

fide

fide digni tradunt. E contrario in locum ſalutaris luminis Scripturæ S. traditiones, apparitiones nocturnas, ſomnia & revelationes falſas, è tenebris in lucem revocatas, ſubſtituerunt, quæ tamen miſello populo, neque utilia præcepta, neque firma ſolatia præbebant. Interea Deus his quoque temporibus in mediis tenebris lumen ſui verbi, ne plane exſtingueretur, conſervavit, quin pro gratuita ſua promiſſione conſervare quoque debuit, quamvis illud ſub modio pauliſper fuerit occultatum, ejusque notitia ad pauciſſimos pervenerit. Quemadmodum enim tempore tenebrarum Ægyptiarum, quæ adeo ſpiſſæ erant, ut palpare eas manibus omnes potuerint, nec loco quisquam ſuo ſurgere temere auderet, ſol ipſe curſum ſuum & ſplendorem ſervavit, licet radiis ſuis terram iſtam non colluſtraret; ſic ſalutare etiam verbum divinum in mediis papatus tenebris integrum quidem manſit, etſi parce admodum fuerit propoſitum, auditum & perceptum. Nam humanæ potius traditiones & fabulæ ubique increbuerunt, & omnibus fere in locis prædicatæ ſunt, quibus etiam ipſa Scriptura S. locum cedere debebat, quod multi illorum, qui ſub graviſſimo jugo tyrannidis papalis adhuc vivebant, ſed per ſingularem Spiritus S. gratiam in ſpiſſis ſuperſtitionis tenebris lucem veritatis divinæ aliquantum perſpiciebant, ægerrime tulerunt,

palam doluerunt, & graviſſime conqueſti ſunt; cujusmodi exempla plurima catalogus teſtium veritatis cumulate exhibet. In his jure etiam ſuo numeratur Theologiæ Doctor quidam, cujus nomen fuit *Kayſersbergerus*, qui ex hoc ſuggeſto ſacro olim permultas conciones habuit, & quanquam denſiſſimis adhuc tenebris ſuperſtitionis papalis immerſus erat, tamen verbum Dei & ſcripta Prophetarum atque Apoſtolorum omnibus aliis anteponenda, manibus omnium ſedulo verſanda, & pro unica vera luce habenda eſſe cenſuit, & ingenue profeſſus eſt; contemtores autem Scripturæ S. qui ejus ambiguitatem criminabantur, illamque cum naſo cereo comparabant, in ſtultorum catalogum merito retulit, ut in ejus a) *Navi ſtultifera*, idque in cohorte undecima, videre licet. Quinimo eo audaciæ proceſſit, ut ipſum adeo Papam, triplici corona ornatum, ob regimen Eccleſiæ peſſime adminiſtratum, in iſta navi collocare non dubitaverit.

Veruntamen horrendas iſtas tenebras Deus O. M. pro infinita ſua potentia & ſapientia, veſpertino hoc mundi tempore diſcuſſit, quum B. *Lutherum* noſtrum excitavit, & Spiritu ſuo inſtruxit, ut ille non ſolum errores &

a) *Kayſersberg*. Narren-Schiff, die 11 Schaar, pag. 39. b. & 200. a.

& abuſus Eccleſiæ papææ peſſimos clam doluerit, & palam conqueſtus ſit, ſed etiam eos maſcule oppugnaverit, & ex Scriptura S. ſolide confutaverit. Vnde factum eſt, ut innumera hominum millia, quinimo integra regna, regiones & Principatus lumen veritatis hilare & libenter reciperent; uti nos quoque ad veſperam mundi ſervati præclara hac Dei gratia adhuc uſi ſumus, qua, ut perpetuo & usque ad extrema mundi tempora fruamur, Deus T. O. M. faxit.

Quemadmodum autem ad lumen aliquod in tenebris accendendum, & in candelabro ponendum, opus eſt certis inſtrumentis, igniario ſcilicet, ſilice & chalybe, ſic Deus pro liberrima ſua voluntate lumen evangelii ſub veſperam mundi accenſurus, ſubſidiis ad hunc finem maxime accommodatis eſt uſus. In his numerari merentur heroica illa ingenia, quæ in utroque ſtatu, eccleſiaſtico pariter atque civili, emicuerunt, ſtatimque ad B. *Lutherum* acceſſerunt, & una cum illo pro veritate propugnaverunt, id quod hiſtoria illorum temporum abunde docet. Huc etiam pertinent artes utiles & linguæ è tenebris quaſi erutæ, ſummoque ſtudio ac fervore excultæ, quum antea barbaries & turpis ignorantia ubique terrarum invaluerit. Maximo autem adjumento lumini ſub veſperam mundi accendendo præcipue fuit præſtantisſima ars typographica, qua ſcilicet non mo-

do Biblia S. ſed alii quoque bonæ frugis libri divulgati, & ubique diſſeminati fuerunt. Hac enim ſi caruiſſent B. *Lutheri* tempora, plurima ſane ſcripta, quæ ſalutaris doctrinæ cauſam agebant, & Papatum oppugnabant, vel lucem prorſus non vidiſſent, vel apud paucos conſervata fuiſſent; illa autem omnia beneficio hujus artis, brevi temporis ſpatio, in totam Germaniam, quinimo multas quoque regiones transmarinas emanarunt, non ſine inſigni effectu, qui omnibus notus eſt & pervulgatus. Etenim fuerunt quaſi lucernæ ſplendidiſſimæ, quæ lucem ubique diffundebant, tenebrasque dispellebant. Quæ quidem omnia, uti arctiſſime nos ad maximas gratias Deo veraciſſimo pro lumine ſalutaris doctrinæ in veſpera mundi iterum accenſo perſolvendas obſtringunt, ita noſtrum erit officium, ſubſidia etiam, quibus Deus ad hoc opus perficiendum fuit uſus, animo grato diligenter nobiscum reputare, ea admiratione debita ſuſpicere, & in quocunque demum civitatis ſtatu vivamus, rite uſurpare, ut Deus, omnis lucis fons & origo, verbum ſuum ſanctum lumenque, quod apud nos iterum exoriri juſſit; conſervet porro atque tueatur, donec veſpera quoque mundi tranſierit, diesque extremus illuxerit; quin etiam cuncta, quæ ad illud propagandum & conſervandum facere poſſunt, integra & à corruptione atque interitu libera præſtet.

Huc

Huc ſpectant, quæ hoc anno 1640. de præſtantiſſima arte typographica agenda nobis ſumſimus, nimirum, ut Deo immortali ex animo gratias habeamus & agamus decentiſſimas, quod eam his temporibus ultimis cum Germania & præcipue noſtra urbe Argentina communicavit, ejusque beneficio lumen verbi divini ad ſplendorem & nitorem priſtinum revocavit. Enimvero nos jam in duabus concionibus prolixe tam de excellentia artis typographicæ, tanquam operis Dei, ob inſignem, quam præſtat, utilitatem prorſus eximii, quam de honore, quo quisque, cujuscunque etiam conditionis ſit, complecti eam debet, diſſeruimus. Nunc reliquum eſt, ut uſum quoque & fructum inſignem oſtendamus, qui ex debita typographiæ æſtimatione in nos redundat. Quibus quidem conatibus noſtris annuat benigne Deus T. O. M. & impleat nos Spiritu ſuo ſanctiſſimo, ut quicquid in medium proferamus, gloriam ipſius & noſtrum omnium emolumentum promoveat, idque faciat propter filium ſuum Jeſum Chriſtum dilectiſſimum!

Ad argumentum igitur noſtrum tractandum ut accedamus, quod fructum ſpectat, qui ex debita typographiæ æſtimatione emanat, eum deſignat Rex & Propheta David duobus tantum verbis in dicto noſtro: *ſumma voluptas. Magna*, inquit, *ſunt facta Dei*,

qui in ea inquirunt, ſummam ex illis hauriunt voluptatem. Quæ quidem verba, dum in textu hebræo paulum obſcuriora eſſe videntur, alii ſic reddere ſolent: *Opera Dei ſunt ſtupenda, quibuscunque placent.* Verum ſenſus utrobique eſt unus idemque, & utraque interpretatio verba *Davidis* accurate exprimit. Qui enim hilare & libenter conſiderationem operum divinorum ſuſcipit, et in illa inquirit, iſti illa ſunt ſtupenda, vel iſte illa magna eſſe intelligit; ſimiliter magna iſta opera divina nunquam non delectant, quando rite conſiderantur. Immo ſi jam inde à principio meditationis voluptas quædam ſentitur, hæc in progreſſu ſenſim augetur, atque in cujusque, opera ſingula aſſidue conſiderantis, animo quaſi duplicatur. Ut breviter dicam, oſtendere vult *David* noſter, magnis Dei operibus inſitam eſſe vim delectandi homines, & voluptatem eo magis augeri, quanto ardentius ſit ſtudium illa perſcrutandi, aut quo majora ea eſſe ſtatuamus. Quæ quidem verba reſpexiſſe videtur ſapiens morum magiſter *Siracides*, quando divina opera & ſigillatim ſolem ejusque lumen & calorem, lunam ejusque phaſes mirabiles, cœlum ſtellasque fulgentes, pulcherrimam iridem, nivem, ventos, nubes, cetera meteora, nec non mare, inſulas, cetos animo oculisque contemplatus, exclamat: *ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητά· quam deſiderabilia ſunt opera illius omnia!*

omnia! Certe ſunt adeo amœna & jucunda, ut quo accuratius ea perſpexeris, eo majore voluptate afficiaris, neque unquam ſatureris. Quod ſpeciatim in artem noſtram typographicam convenit, quæ magnam parit jucunditatem & voluptatem iis, qui digne eam æſtimant, immo quæ reliquarum omnium artium maxima eſt atque præſtantiſſima, majorem quoque, quam ceteræ omnes, jucunditatem affert.

Pariunt quidem illæ artes, quas jam commemoravimus, aliæque plures, jucunditatem atque lætitiam. Sic, exempli cauſa, ars auraria delectat non minus eum, qui illam exercet, quando nempe opus, quod tractat, ipſi ex ſententia ſuccedit, quam illum, qui opus contemplatur, quod multa & perpolita arte eſt elaboratum. Pictor ingenio & arte valens vehementer lætatur, quando varias imagines hominum, animalium, arborum, herbarum, regionum &c. ad vivum ita exprimere poteſt, ut res quaſi ipſæ ſpectandæ ſiſtantur; at majorem adhuc voluptatem ex ejusmodi pictura percipit ſpectator artis peritus, cujus animus in contemplando adeo detinetur, ut vix avocari poſſit, ſed ſemper in alia atque alia adſpectu digna incidat. Juvat etiam intueri pulchrum aliquod horologium, quod artificioſa manus fabricata eſt, inprimis quod non tantum gnomome ſonoque horas indicat, ſed cœli quo-

quoque motum, ſolis & lunæ curſum, itemque hiſtorias varias Veteris & Novi Teſtamenti aliarumque rerum imagines mobiles repræſentat. In horum numero ponitur merito illud, quod in hac æde cathedrali conſpicitur, & jam innumerorum millium oculos pavit, multosque quotidie illud contemplantes adhuc delectat. Similiter reliquæ etiam hujusmodi artes ſenſum voluptatis movent jucundum, omnium vero maxime typographia noſtra, ceterarum artium regina. Voluptas, quam iſtæ excitant, vana ſæpenumero eſt, brevis & vaga. Inſignis pictura & perpulchrum horologium, ſi ſemel, bis terve ad ſummum oculis uſurpata fuerint, non amplius delectant, neque magni æſtimantur, quemadmodum nos horologium noſtrum mira arte confectum prætereuntes, vix oculos ad illum convertere ſolemus, quoniam bis terve illud intuiti ſumus, & formam ejus tam internam quam externam cognitam habemus. At jucunditas, quam typographia parit, ſolida eſt & conſtans; hujus opera, ſi illa rite uſurpentur, atque æſtimentur, perpetuo ſunt oblectamento. Bonus enim liber & utilis, quamvis ter quaterve lectus fuerit, tamen non abjicitur, ſed eo magis amatur, juxta tritum illud: *Lectio lecta placet, decies repetita placebit.* Sic etiam voluptas, quæ ex aliis artibus oritur, plerumque eſt vana, inanis, & nihil allud niſi mera vo-

voluptas, quæ quidem oculos, aures, animumque aliquandiu jucunditate explet, at utilitate fere omni caret; illa autem, quam typographia præbet, utilis eſt voluptas, in qua utile cum jucundo ita conjungitur, ut animus emendetur ſimul & oblectetur.

Quæ quidem ut clarius pateant, in promtuque ſint omnibus, neceſſum habebimus, ut varias artis noſtræ nobilis circumſtantias ſigillatim perpendere, & quantam ex ſingulis iis voluptatem percipere queat pius & diligens illarum rerum obſervator, indicare. Primo ſtatim loco non parum delectamur, quando auctorem & datorem hujus artis conſideramus, nempe ſummum Deum, qui hoc in negotio *mirabiliter ſapientem* ſe præſtitit, quoniam lumen ſplendidiſſimum infinitæ ſapientiæ divinæ ex arte hac noſtra elucet. Artes quidem omnes, quæ commodis atque utilitatibus hominum inſerviunt, ſapientiam divinam celebrant, & ab ea originem ſuam habent, neque tenuiſſimum quidem & viliſſimum opificium aliunde deſcendit. Quod de minima re à Deo creata, herbis & floſculis contemptiſſimis, Poëta ille cecinit: *Eminet in minimis maximus ipſe Deus*, id in quamvis artem bonam & utilem apte quadrat. Maxime autem ex hac arte noſtra, ſi illam recte conſideremus, divina eluceſcit ſapientia, cujus beneficio Deus nos edocuit, quomodo brevi temporis ſpatio facilique negotio

tio egregia ſapientiæ vehicula, nempe libros & ſcripta omnia, quæ illam nunquam non ſuppeditant, conficere, & inter tot hominum millia divulgare poſſimus. Obſtupeſcerent ſine dubio ſapientiſſimi illi viri, qui annis abhinc multis centenis & millibus vixerunt, *Moſes*, *David*, *Salomo*, ipſi adeo Prophetæ, & Apoſtoli, quotquot libris conſcribendis operam navarunt, lubentesque confiterentur, tanta gratia, quanta è theſauro ſapientiæ divinæ nobis obtigerit, ipſos non eſſe affectos, ſeque manu propria non ſine magno labore deſcripſiſſe, quæ nos typis cumulate excuſa habemus. Rex populi Judaici quilibet, quando imperium capeſſebat, librum legis propria manu deſcribere à Deo juſſus erat; Exultate igitur vos omnes, qui tanto beneficio ornati eſtis.

Præſtat ſe porro pater cœleſtis hac in arte *ſingulariter erga nos* benignum, ſingulariter, inquam, benignum, quia hoc magnum beneficium, quo neminem antea, uti crebro jam commemoravimus, intra quinquies mille & quingentos annos affecerat, neque ipſos ſanctos Patriarchas, qui vel ante vel poſt diluvium vixerunt, neque populum Iſraeliticum, quem præ ceteris diligebat, neque etiam ſanctiſſimos Prophetas & Apoſtolos divinitus inſpiratos complexus erat, demum ultimis mundi temporibus in nos Germanos contulit, ante centenos aliquot annos gen-

gentem adhuc rudem, maxime barbaram & feram, quæ propterea ceteris nationibus ludibrio & deſpectui erat. Hoc profecto fuit ſingulare & inopinatum Dei beneficium! Quando *David* infimæ conditionis homo, & à fratribus quoque ſuis contemptus, ab ovilibus atque ovibus lactantibus avocabatur, & Rex conſtituebatur; quando *Amoſo* vaccas paſcenti & intra moros latitanti munus propheticum demandabatur; quando *Petrus*, *Jacobus*, *Johannes* & *Andreas* ex piſcatoribus Apoſtoli creabantur; gratia omnes ſingulari & extraordinaria afficiebantur, quod ipſi quoque grato animo ſemper agnoverunt. Sic nos quoque Germani gratia fruimur ſumma & ſingulari, dum præ ceteris gentibus omnibus excellentiſſima ars typographica nobis donata fuit, & propterea maxima affecit lætitia omnes, qui hæc rite ſecum reputant. Dona quidem & beneficia cuncta divina multam ſecum lætitiam ſemper apportant, quem in finem Deus ipſe illa hominibus largitur, ſed quæ in iis extraordinaria, ſingularia & inopinata ſunt, omnium maxime delectant. Hinc quemadmodum Rex & Propheta *David*, ſingularia Dei, quæ in populum Iſraëliticum extabant, beneficia recte ponderans, exclamat: *Sic cum nulla gente agit Deus*, & ſtatim ex ſumma animi lætitia addit: *Hallelujah*; Deo ſit gloria, celebrate Dominum; ita etiam, dum nos Germani, inprimis

in

in hac urbe, animis noſtris memoriam beneficii iſtius ſummi, artem typographicam intelligo, recolimus, fieri aliter non poteſt, quin in gaudium abrepti lætante animo exclamemus: *Hallelujah.*

Delectamur porro mirum in modum arte typographica, ſi in ejus interiora atque officinam penetramus. Alliciunt hic animum oculosque noſtros ad ſeſe duo plurave prela ad excudendos libros apprime accommodata, & omnibus rebus neceſſariis inſtructa. Huc atque illuc poſitæ ſunt capſæ librariæ, aut ciſtæ longæ & latæ, loculamentis ſeu forulis permultis diſtinctæ, qui typos variarum figurarum & magnitudinum variarumque linguarum v. c. hebraicæ, græcæ, latinæ, germanicæ recipiunt. Hic adeſt, qui typos componit, isque exemplar excudendum accurata diligentia legit relegitque, in paginas columnasve illud diſpertit, earundemque numerum ſollicite computat. Accedit porro ille ad menſam vel arcam iſtam, in cujus forulis aſſervantur typi, quorum indiget, ſive majuſculæ ſive minuſculæ formæ ſint, ſive linguæ latinæ, ſive germanicæ, exemplar in retinaculo præfigit oculis, hosque in illud aſſidue intentos tenet, & hinc mirifica celeritate typos expromere & conjungere incipit, atque volantibus quaſi digitis, perinde ac ſi inſtrumentum muſicum pulſaret, in ictu fere oculi literas vocem inte-

tegram conſtituentes conſtruit, idque agere pergit, donec integræ lineæ ſeu verſus, & ex his integræ paginæ ſive columnæ coordinatæ fuerint. Interea alii aliis diſtinentur laboribus, ſuntque nonnulli, qui chartam præparant, ad numerum exemplorum excudendorum ſeponunt, ordinatim explicant, madefaciunt & atramento typico recipiendo adornant. Alius ipſum hunc liquorem temperat, ne vel craſſior, vel tenuior fiat. Alius prelum ad formam libri excudendi inſtruit. Alius columnas ordine diſpeſcit, marginibus ferreis indit, & cochleis clauſoriis ita coarctat, ut ne punctum quidem, vel Comma, nedum litera ulla dimoveri poſſit, deinde hanc ipſam formam preli abaco ſive pluteo imponit, & ne ex loco ſuo cedere queat, cohibet. Alius manibus ambabus pilas tinctorias, quæ vocantur *melantheres*, tenet, quibus liquorem plerumque nigrum, quandoque rubrum, excipit, iterumque temperat, & illo totam formam omnesque typos probe illinit. Tunc impreſſor operculum, cui charta pura & humida affixa eſt, typis imponit, hisque illud vecte ſive ſuccula arcte apprimit, ſignatamque per omnia chartam, operculo remoto, prelo eximit, in qua non ſine ſumma voluptate tota forma cum ſingulis vocibus, literis & punctis nitide expreſſa conſpicitur. Poſtremo formam hanc excuſam manu verſat cor-

rector, accurate cum exemplari autographo confert, diligenter perluſtrat, & errata in margine certis notis indicat, quam ita correctam impreſſori reddit, & ambo non ante quieſcunt, quam omnia recte curata fuerint. Quibus omnibus obſervatis, mira celeritate ipſa excudendi libri ratio procedit, ita ut intra paucas horas mille vel ſesquimille ejus exempla typis exprimantur. Hoc imprimendi opere abſoluto, forma probe abſterſa ex prelo aufertur, lixivio mundatur, & typothetæ redditur, qui ſingulis lineis ſeu verſibus manus iterum admovet, typosque mira celeritate in forulis ſuis reponit. Hæc ſunt, quæ ad artem typographicam ex parte deſcribendam in imperitorum gratiam proferre operæ pretium eſſe cenſuimus, ita profecto comparata, ut omnes, qui recte animadvertunt, mira illorum delectatione ducantur.

Maximam autem jucunditatem movet ars hæc nobiliſſima pulcherrimis ſuis operibus, libris nempe utilibus & ſalutaribus, quos in variis ſcientiis, artibus, linguis, hiſtoria ſacra & profana in medium producit. Magnam ſane percipit lætitiam homo quisque vere Chriſtianus, pius & fidelis, quotiescunque ipſe (ut à libris ſacris exordiar) Biblia Sacra, ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum manu verſat, in iis attentiſſime legit, atque illa pretioſiſſimum ſuum theſaurum & jucun-

cundiſſimam voluptatem eſſe exiſtimat. Si erudiri vult, quomodo unum & verum Deum cognoſcere atque colere debeat, Biblia Sacra evolvit; ſi ſcire cupit, quæ officia proximo præſtanda ſint, quæ ipſi fugienda, accedit ad S. Biblia, quæ illum de omnibus accurate admonent; ſi in calamitatibus, anguſtiis & doloribus verſans, ſolatio conſilioque indiget, ad Biblia Sacra confugit, quæ illum mira conſolatione ſuſtentat. Ut ſummatim dicam, omnibus in caſibus, in ſecunda & adverſa fortuna, omni tempore & omnibus in locis delectat illum Codex ſacer, in quo Deus ipſe loquitur, atque adeo ille ex ſententia omnium vere Chriſtianorum, (improborum enim hic nulla habetur ratio) reliquis libris longe eſt præferendus.

At dixerit aliquis, hoc eſt opus ſolius Spiritus Sancti, qui hæc omnia in animis hominum efficit, typographia autem nequaquam tantum valet, ut mentem hominum erudire, conſolari & inſtruere queat. Eſto! hoc noſmet ipſi lubentes concedimus, id omne eſſe & manere Spiritus S. opus, quod ad mentem illuminandam, erudiendam & confirmandam conducit. Attamen Spiritus S. pro libera ſua voluntate, quemadmodum olim Prophetarum & Apoſtolorum lingua, manu & calamo, ita hodie nobiliſſima typographia tanquam inſtrumento utitur, ut hæc opera ſancta peragantur. Unum idemque

eſt verbum divinum, quod Spiritus Sanctus olim ſingulari inſtinctu afflatuque ſuo cum animis Prophetarum & Apoſtolorum communicavit, quod ipſi prædicaverunt, & vel propria manu literis conſignarunt, vel aliis dictarunt, quod alii ex avtographis deſcripſerunt, & quod tandem ultimis his temporibus typis expreſſum eſt, & adhuc indies exprimitur; unum, inquam, verbum eſt, quod ſemper inſitam habet vim erudiendi, adhortandi, redarguendi, corrigendi & inſtruendi, ut perfectus evadat homo Dei, & ad omne opus bonum bene inſtructus. 2. Tim. III. 16. ſq. Quemadmodum itaque olim lingua, os, manus & calamus ſanctorum virorum Dei, quia tanquam egregia organa & inſtrumenta verbum divinum hominibus annuntiabant, recte dicebantur eos docuiſſe, erexiſſe, & ad felicitatem æternam præparaſſe; ita quoque typographiae merito eadem iſta tribuuntur, utpote quæ, perinde ac Prophetarum & Apoſtolorum calami ceteraque inſtrumenta, quibus in ſcribendo uſi fuerunt, ſtylus Spiritus Sancti eſt appellanda. Quando præfectus iſte *Candacæ*, reginæ Æthiopum, in curru ſuo ſedens, librum Prophetæ *Eſaiæ* literis conſignatum legit, ipſum Prophetam videre, & loquentem audire ſibi videbatur, ideoque ad *Philippum* dicebat: *Quæſo te, de quonam loquitur Propheta?* Act. VIII. 34. Similiter hodienum, quando pius quidam homo Biblia

Biblia Sacra excuſa domi tractat, *Moſen* ipſum, *Eſaiam*, *Matthæum*, *Paulum*, ceterosque viros ſanctos ac delectos Dei teſtes audire ſe credit, atque adeo non ſolum doctrina divina egregie inſtruitur, ſed etiam ſummo gaudio & ſolatio afficitur.

Præter Scripturam S. quæ merito liber librorum appellatur, multos alios libros utiliſſimos ſuppeditat typographia, in quibus exempli gratia ſacræ meditationes, ſvaviſſimi hymni, formulæ egregiæ precum &c. reperiuntur, quæ omnia piorum animis veram & interiorem voluptatem afferunt, & tantam quidem, ut præ illa reliquarum omnium ucunditatum, quæ ex rebus mundanis oriunur, ipſos tædeat, id quod optime quisque ius, propria experientia edoctus, affirmare ɛ teſtari poteſt.

Magnæ porro jucunditati ſunt libri utiles eliquarum ſcientiarum profanarum omnius illis, qui rite eos uſurpant, quod erudiıs quisque de diſciplina & doctrina ſua reiſſime gloriatur. Delectantur omnes, qui ıris ſunt periti, multis tam antiquis, quam centioribus auctoribus, qui de variis reıs, quæ ad hæc ſtudia pertinent, egregie ripſerunt, easque explicarunt & illuſtrarunt. quoque Medicis, Philoſophis, Poëtis & Otoribus in arte ſua contingit. Maxime aun exhilarantur viri eruditi, omnesque, qui ıdia & artes liberales tractant, quando ele-

gantes & bene inſtructas Bibliothecas oculis uſurpant, quas vel ipſi poſſident, vel ſaltem in uſum ſuum libere adhibere poſſunt. Veteres ideo Philoſophi gentiles, fortuna adverſa tentati, in iis omne quaſi ſolatium ſuum poſuerunt, & ad ea tanquam ad aſyla confugerunt. *Fabius Quintilianus*, b) mortem filii ſui vehementiſſime dolens, libros ſuos *unicum adverſorum ſolatium* appellat. *Cicero* c) ad ſuum amicum *Atticum* ſcribit: *Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti*, tanquam delicatiſſimo cibo, additque, ſe à ceteris voluptatibus deſeri, literis autem ſuſtentari & recreari, malleque ſedere in ſedecula quadam inter & apud libros, quam alia oblectamenta quærere. Propterea etiam Principes & viri eruditi, qui jam olim Bibliothecis merito delectabantur, magnis ſumtibus eas ſibi compararunt, adauxerunt & exornarunt, illisque varia nomina jucunda impoſuerunt. *Diodorus Siculus*, celeberrimus hiſtoricus, lib. I. Bibliothecæ ſuæ hiſtoricæ pag. 45. ſplendidiſſimum regis Ægyptiorum *Oſymandua* monumentum ſepulchrale, quod decem ſtadia adeoque dimidiam fere partem milliaris germanici complexum fuit, deſcribens, & varia ejus ædificia ſtatuasque enumerans, tandem ejus Bibliothecam commemorat, atque *ἱερὰν βιβλιοθήκην Bibliothecam ſacram*

b) *Quintil.* in prooem. lib. VI. pag. 327.
c) *Cicero* ad Attic. lib. IV. ep. 9.

cram appellat, cujus inſcriptio fuerit ψυχῆς ἰατρεῖον, *animi pharmacopolium.* Nomen profecto optimum, & apprime ad rem hanc accommodatum. Etenim Bibliotheca libris doctrinae ſalutari & utilitati communi inſervientibus repleta ad omnes animi morbos curandos præclara remedia ſuppeditat.

Si quis morbo ignorantiæ laboret, atque hoc illudve rerum ſacrarum vel profanarum argumentum ipſi vel memoria exciderit, vel intellectu difficile obvenerit, is conſulere poteſt Scripturam Sacram, & in illam commentarios à Theologis probatis ſcriptos, multosque auctores in diverſis ſcientiis exercitatos, JCtos, Medicos, Philoſophos, Oratores, qui omnes muti quidem, fideliſſimi tamen præceptores ſunt, & egregia præcepta ſuppeditando, ignorantiam pedetentim tollunt. Si quis pravis animi affectionibus tentatus fuerit, quæ pietati & omnibus virtutibus adverſantur, his quoque Bibliotheca bene inſtructa medetur, regulis nempe vitæ probæ & honeſtæ, quæ in Scriptura S. aliisque libris continentur, quibus miſcenda ſunt exempla virorum ſanctorum & piorum hominum, qui adverſus vitia fortiter & maſcule dimicarunt, & victoriam glorioſam ſunt conſecuti. Si quis propter adverſam fortunam triſtitia excrucietur, abunde habet, unde ex libris utilibus, uti jam diximus, ſolatium hauriat. Itaque boni libri merito ap-

pellantur ψυχῆς φάρμακα, *animæ remedia*, quo titulo *S. Chryſoſtomus* olim Scripturam S. ſpeciatim inſignivit. Bibliotheca CPolitana, quæ triginta & tria millia librorum complexa eſt, appellabatur ἄλσος ἀγλαοφύτευτον παντοδαπῆς σοφίας, *denſa & amœna ſylva omnis ſapientiæ plena.* Quemadmodum enim tempore verno, quando arbores frondeſcunt, & variæ aviculæ, luſcinia, alauda &c. ſub frondibus, vel in aëre volitantes, dulciſſimos cantus modulantur, nos omnes, in ſylvis ambulantes, intimo gaudio afficimur; ſic voluptatem ſummam ſentiunt viri eruditi & diſcendi cupiditate flagrantes, quando Bibliothecas inviſere, libros varios perluſtrare, & quid illorum auctores, muta licet voce, canant aut doceant, percipere queunt. Pluribus hujusmodi nominibus jucundis Bibliothecas olim appellarunt, earumque fores ornarunt veteres, quorum commemoratione hoc loco ſuperſedendum videtur. Hæc omnia propterea fecerunt veteres, ut omnibus manifeſtum fieret, quanta voluptate utiles libri afficiant illos, qui eruditionem & artes liberales amant. Hæc vero jucunditas, typographia inventa, magna incrementa cepit. Etenim quum antea libri manu librariorum deſcribi deberent, vix una alterave Bibliotheca in plerisque regnis reperta fuit, hodie autem multæ & variæ in ſingulis regionibus reperiuntur, atque adeo hæc virorum eruditorum voluptas mirifice crevit.

In

In ædibus hominis privati tantam ſæpe librorum copiam offendimus, quantam admirari ſatis non poſſumus. Conſpicitur ibi theatrum quoddam ſane bellum, quod totum mundum repræſentat. Poſſeſſor hujus Bibliothecæ, ſi diligens, doctus & ſapiens fuerit, ſedet quidem in ſedecula ſua, ſed ſimul orbem omnium terrarum ſuo modo peragrare poteſt. Etenim ad utrumque ejus latus in promtu ſunt libri, hiſtoriam rerum ſacrarum & civilium optima fide exponentes, illumque accurate docent, quomodo mundus inde ab ejus creatione omni tempore gubernatus ſit; deducunt eum ab Adamo ad diluvium, deinde ad ſingulas monarchias, & ad omnia illa, quæ tam pacis, quam belli tempore memoratu digna geſta fuerint, recenſent deſcribuntque omnes regiones & earum incolas, horumque mores, ritus & leges, quæ omnia ſummopere delectant. Dantur etiam alii libri, qui ad cœlum usque eum evehunt, ut motum cœli, ſolis, lunæ & ſtellarum contempletur, ſeque illis delectet. Quodſi animus rerum cœleſtium conſideratione exſaturatus fuerit, iſti eum reducunt ad elementa, oſtenduntque, quomodo in aëre varii generis meteora, pluvia nempe, ventus, nix, tonitru, fulmina generentur, & quot avium genera ſub dio circumvolitent; deinde eum traducunt ad ipſum oceanum, imamque ipſius profunditatem, ibique con-

templandos præbent mirum ejus motum, fluxum & refluxum, itemque innumerabilem rarorum, quæ in illo vivunt, animalium multitudinem. Porro eum in montes & valles, prata & agros transferunt, atque varia arborum, herbarum, florum terræque frugum genera, una cum ſingulorum efficacia & viribus demonſtrant, quin eum in montes altiſſimos & vaſtas rupes, ubi metalla, aurum & argentum effodiuntur, immo in ampliſſimas urbes, caſtella, palatia, ædes & hortos totius terrarum orbis introducunt, ut his omnibus oculos quaſi ſuos paſcere poſſit. Hæc pluraque alia conſpicienda præbet bene inſtructa Bibliotheca, ſi illa diligenter utamur, adeoque voluptatem, quæ omnium dulciſſima eſt, parit. Quibus omnibus accedit etiam hoc, quemvis librorum amatorem hac honeſta voluptate non tantum pro ſua parte frui, ſed & cum aliis eam communicare poſſe, & reapſe communicare, quando in honeſtis congreſſibus, converſationibus & conviviis ampla occaſio variis de rebus, quæ in medium proferuntur, ſermones inter ſe habendi datur. In his ſane optimum ferculum eſt, quando viri ſapientes de rebus utilibus, ſacris & profanis inter ſe conferunt, & unus ex hoc, alter ex altero auctore varia proponit. Tale convivium recte dicitur ſvave & jucundum, quod uti *Timotheus* apud *Plutarchum* lib. VI. Sympoſ. de cœna *Platonis* Philo-

ſophi

ſophi dixit, poſtridie ejus diei, imo multis diebus poſt adhuc delectat.

Unum adhuc reſtat, quod hic ſilentio prætereundum non eſt, idque præcipue ſpectat ad lætitiam, quam percipiunt pii parentes ex infantibus ſuis, filiis nempe & filiabus ſuccreſcentibus, quando hi libellos ſuos et primo quidem *Abecedarium*, deinde catechiſmum, tum Pſalmorum librum, mox pericopas Evangeliorum & Epiſtolarum dominicalium, tandemque ipſa Biblia Sacra tractare incipiunt, atque in iis literas primo dignoſcere, deinde eas conjungere ſibi invicem, porro ſyllabas lente & ſenſim, tandem vero promte pronunciare diſcunt. Fieri aliter non poteſt, quin pii parentes intimo gaudio afficiantur, & ex nulla alia re tantam capiant voluptatem, quantam ex hoc liberorum ſuorum exercitio ſentiunt. Certe hæc voluptas omnem operam, curam & laborem, quem parentes liberorum cauſa ſuſcipere ſolent, non levem ſolummodo, ſed dulcem quoque & jucundum reddit, uti omnes pii parentes ingenue & aperte fatentur.

Hæc itaque ſunt, quæ pro temporis & loci hujus ratione veram, utilem & ſalutarem voluptatem declarant, quam ex magno illo opere divino, arte nempe typographica nobiliſſima, ſi quidem recte adhibetur, animo capere licet. Delectat illa magis, quam ceteræ artes omnes. Delectat, ſi divina ſapientia

pientia & bonitas, ex quibus profluxit, reſpiciantur. Delectat, ſi ipſa per ſe & in effectibus ſuis conſideretur. Delectat ſummopere, ſi eximia opera, quæ edit, libri videlicet utiles de rebus ſacris & civilibus, quibus temporaria æternaque felicitas innititur, rite ponderentur & uſurpentur. Delectat in proſpera & adverſa fortuna, delectat juvenes & ſenes, delectat non tantum in hoc mundo, ſed etiam quodammodo in futura vita æterna. Nam *beatus eſt, qui legit dicta oraculi* (Scripturam Sacram) *& cuſtodit quæ in eo ſcripta* (excuſa) ſunt. *Apoc.* I. 3,

Quæ quidem omnia, uti inprimis ad meliorem artis typographicæ præſtantiſſimæ cognitionem nos cunctos deducere debent, illam ſcilicet non tantum magnum, præclarum, utile & ſalutare, ſed & jucundum ac deſiderabile Dei opus eſſe, atque paradiſum quaſi Dei, ex quo varii fructus dulces & amœni depromi queant; ſic quoque poſtulant, ut animo gratiſſimo ſapientiſſimum & benigniſſimum Deum proſequamur. *Guſtate & videte, quam bonus* (& jucundus) *ſit Deus!* inquit *David* Pſ. XXXIV. quando opera gratiæ divina conſiderat. Hæc verba nos merito ad typographiam, cujus dignitatem & utilitatem hactenus perpendimus, applicantes, exclamamus: *Guſtate & videte, quam benignus ſit Deus*, qui nobis Germanis, & inprimis hujus urbis civibus, hanc patefecit & adhuc con-

conſervavit, percipite ſuavitatem ſapientiæ & benevolentiæ divinæ erga nos, ſuauitatem tot fructuum jucundiſſimorum, quibus nos beneficio hujus præſtantiſſimi doni delectat, ſatiat & cumulat. Sed percipite illam ita, ut ore & corde gratos vos præbeatis. Nemo facile reperitur, vel ſaltem reperiri debet, qui reſpectu corporis ſui, à Deo bene paſtus, & optatis ſatiatus, uti loquitur *David* Pſ. CXLIV. 15. ſq. aut cibis & lætitia expletus, quemadmodum Apoſtolus *Paulus* Act. XIV. 7. dicit; ſe hoc beneficio non obſtrictum & obligatum agnoſcat, gratumque animum his verbis teſtetur: *Gratias agite Deo, quia eſt benignus, & gratia ejus in æternum usque durat*; aut læta voce hunc hymnum canat: Sis benedictus, Deus, accipe maximas gratias! cibo & potu nos ſaturaſti. (*Herr Gott nun ſey gepreiſet, wir ſagen dir groſſen Danck, du haſt uns wohl geſpeiſet, und geben guten Tranck &c.*) Sic etiam partes noſtræ præcipuæ multo magis erunt, Deo gratias maximas perſolvere, quandocunque nos tot donis ſpiritualibus & animi cibis à Deo, beneficio artis typographicæ, jam pridem cumulatos eſſe & adhuc cumulari ſentimus. Non tamen ſatis nobis eſſe debet, ſi ore tantummodo laudes Dei decantemus in pervulgatis iſtis hymnorum formulis: *Te Deum laudamus*; *Celebra Dominum o anima mea*; *Soli Deo in excelſis ſit gloria*; quæ, ſi nihil aliud ad illas acceſſerit, Deo place-

re

re non poſſunt, ſed reapſe referendæ ſunt Deo gratiæ, & quidem pro iis omnibus, quæ ante octo dies commemoravimus, ita inprimis, ut jucundiſſimos fructus, quos benigniſſimus Deus typographiæ ope nobis porrigit, ſumma obſervantia accipiamus & uſurpemus, non vero floccifaciamus, vel prorſus rejiciamus.

Quivis etiam unus inferioris conditionis homo, ſive urbanus ſit, ſive ruſticus, hac felicitate ita perfrui debet, ut & ipſe artem libros legendi diſcat, quod hodie facili negotio fieri poteſt, & ut liberos ſuos, ſi quos habet, ſimulac illi erudiri poſſunt, illa inſtitui curet, quem in finem publicæ ſcholæ ſunt conſtitutæ. His rite obſervatis, id operam dare debet, ut ſibi comparet librum omnium librorum, ſcilicet Biblia Sacra, quæ ipſa per ſe integram Bibliothecam præſtant, vel ſaltem Novum Teſtamentum & Pſalmorum librum, quos omnes vili admodum pretio emere licet; ut hos attentiſſime legat relegatque, & ſuos etiam legere jubeat, ex illis egregia dicta, facta & exempla diligenter notet, & in uſum revocet. Quicunque talem in his ſe eſſe ſtuduerit, is demum ſe reapſe gratum præſtabit, ipſe ſolus optimam ex hac arte capiet utilitatem, nimirum doctrinam, inſtitutionem, adhortationem, & ſolatium, felicitatemque in hac atque altera vita. Ut paucis dicam, accipiet אשרי,

Aſch-

Aſchreh, beatitudines illas, quæ in primo Pſalmo omnibus, qui lege divina delectantur, ſancte promittuntur.

Magiſtratibus omnibus politicis præter illa, quæ ante octo dies docuimus, ut ſcilicet nobiliſſimam typographiam in ſuis regionibus propagent & conſervent, proxime incumbit hoc negotium, ut dulces illius fructus ſedulo colligant & aſſervent, hoc eſt, ut publicas Bibliothecas inſtituant, conſervent & augeant, quod certiſſime toti Reipublicæ non tantum gloriam & honorem, ſed etiam multam utilitatem affert. In urbibus omnibus celebribus armamentaria bellica extare ſolent, quæ arma ſuppeditant, quibus, ut occaſio datur, contra hoſtes uti licet. Quanto itaque magis curandum eſt, ut armamentaria literaria inſtituantur, in quibus *τοξεύματα ἐκ μέλανος ſagitta ex atramento* formantur, uti *Gregorius Nazianzenus* orat. 20. loquitur, id eſt, boni libri communis uſus gratia reſervantur? Imo recte faciunt ex mea quidem ſententia iſti magiſtratus, quibus hæc magis quam iſta curæ cordique ſunt. Iſta enim Reipublicæ inſerviunt tantummodo in rebus periculoſis & lubricis, hæc vero omni tempore & in omnibus caſibus uſum præſtant. Tempus non permittit, ut ex hiſtoriis repetamus exempla, quibus probetur, maximos olim principes, qui pietate, ſapientia & prudentia excelluerunt, talia arma-

mamentaria, Bibliothecas intelligo, condidiſſe, & ingentes in eas ſumtus impendiſſe. Nemo facile erit inter eruditos, qui ignorat, quid in his præſtiterit *Ptolemaus Philadelphus*, Rex Ægypti, quid Imperatores Romani gentiles, *Julius Caſar*, *Auguſtus*, *Domitianus*, *Hadrianus*, itemque inter Chriſtianos *Conſtantinus* M. *Theodoſius*, *Carolus* M. *Maximilianus* II, aliique plures. Quibus merito addendus eſt d) *Alphonſus*, Rex Siciliæ, utpote qui aliquando profeſſus eſt, ſe pretioſiſſimas ſuas gemmas, quotquot etiam fuerint, & quantivis pretii æſtimentur, perdere malle, quam libros ſuos. Horum veſtigia laudabilia optime perſecuti ſunt Electores & Principes S. Rom. Imperii, Evangelicæ Religioni addicti, poſtquam lumen purioris doctrinæ iterum exortum eſt, multæq; civitates imperiales aliæque, inprimis illæ, in quibus Scholæ bene conſtitutæ, Academiæ & Gymnaſia extiterunt. Quod quidem præclarum opus omnes magiſtratus pii in gloriam Dei & patriæ commodum adhuc hodie continuare, atque cives ditiores, nobiles & ignobiles, pro virili ſua promovere debent, quemadmodum erga Bibliothecam urbis noſtræ ſe nonnulli liberales præbuerunt, quibus nunc publice gratias perſolvimus, & optamus, ut alii etiam ſponte ſua hæc facere pergant, atque ita gra-

d) *Panormit.* lib. IV. de rebus geſtis *Alphonſi.*

gratos ſe erga Deum demonſtrent, poſteriſque bonum theſaurum relinquant.

Non defuerunt in Germania, neque adhuc deſunt, qui omne librorum negotium, quo nomine, quicquid ad ſtudia literarum pertinet, comprehendimus, turpiter neglexerunt. Omnes quidem סחרים, *Socherim*, honorantur, & quicquid ad opes colligendas aptum eſt, æſtimatur; *ſi modo ſit dives, barbarus ille placet*. At ספרים, *Sopherim*, homines, qui in libris verſantur, negliguntur. Quinimo res literaria in Germania ita inclinata eſt, ut omnes fere, qui reliquis antecellere cupiunt, vel ſplendido atque nobili genere nati, vel etiam in civitate quadam melioris paulo conditionis homines ſunt, librorum atque ſtudiorum pudeat atque tædeat. Quamobrem Deus juſtiſſimus eximium hoc beneficium typographiæ, ejusdemque egregios fructus per aliquot jam annos in Germania, & adhuc magis magisque diminui ſinit. Multæ præclaræ & celebres officinæ typographicæ funditus perierunt, cæteræ multum ſunt imminutæ, neque dimidia pars earum reſtat, quas ante triginta, quadraginta & plures annos habuimus; imo in ipſa hac urbe illæ admodum attenuatæ ſunt, quod ii non ignorant, qui artis hujus ſunt periti, eamque adhuc tractant.

Florent & creſcunt quotidie aliæ gentes, quæ à nobis Germanis hanc artem adeptæ

ſunt, nos autem decreſcimus. Iſtæ ſunt *caput*, & nos *cauda*, uti loquitur Scriptura S. Eadem quoque eſt ratio Bibliothecarum, quibus Germania paucis annis ante abundavit. O quam multas barbaricum hoc bellum adhuc durans perdidit & diſſipavit! Mater illa omnium Bibliothecarum, non tantum in Germania, ſed etiam in multis aliis regionibus exſtantium, quæ Heidelbergæ in ſuperiore parte templi Spiritui S. dicati aſſervabatur, partim ſpoliata eſt, partim aliis modis perdita. Sola ejus e) Manuſcripta 80000 coronatis æſtimata ſunt, ut proinde optimus Germaniæ literatæ theſaurus appellari meruerit. Hæc, inquam, mater Bibliothecarum periit, Manuſcripta ejus diſciſſa ſunt, quin, uti nonnulli referunt, equis in ſtabulis ſubſtrata, ut omnis ullum eorum unquam recuperandi ſpes prorſus deficiat, quod in hodiernum usque diem eruditi vehementer dolent. Sane hoc fuit manifeſtum documentum graviſſimæ iræ divinæ, quam abuſus peſſimus hujus beneficii, qualis etiam & ubicunque adhibitus fuerit, inflammavit.

Præter hanc præſtantiſſimam Bibliothecam multæ aliæ in variis urbibus, academiis, ſcholis, cœnobiisque adornatæ perierunt; & quis enumerabit Bibliothecas omnes privatas, quibus Germania turbulentiſſimis hiſce temporibus

e) *Werdenhagen* Part. II. rer. Hanſeat. cap. 21.

ribus eſt ſpoliata. Apud multos Theologos, JCtos, Medicos, Philologosque doctos tantæ librorum gazæ extiterunt, ut illæ tribus, ex vel decem millibus florenorum æſtimaentur, quas vel majores ipſorum, vel paentes, vel alii ſenſim pedetentimque non ine ſumma induſtria collegerunt. Harum multæ perierunt, & ita perierunt, ut nulla pes oſtendatur, fore, ut unquam tales iteum colligantur. Nam de ceteris recuperandis & inſtaurandis aliquando rebus omnius, quas Germania jam pridem perdidit, & dhuc perdit, quanquam cuncta prope deperata ſunt, aliqua tamen ſpes nobis injiciir; libros autem multos, quos conſpicere obis adhuc contigit, nemo ex poſteris noris unquam videbit, quia funditus interient. Hoc ſane eſt exemplum memorabile æ graviſſimæ divinæ in miſeram Germanin, quæ, quoniam magna Dei beneficia & æclara ornamenta, quibus eam præ multis iis nationibus, immo in una alterave re æ reliquis omnibus decoravit, grata mennon accepit, ſed peſſime collocavit, nunc ; indigens prorſus ſpoliata eſt & denudata. Nos vero, quibus adhuc de tanto theſauro iquid reliquum eſt, id diſcamus & operam mus, ut eum honorificentius tractemus, ligentius cuſtodiamus, & gratiore in poſtem animo in ſolius Dei gloriam, & vitæ hoinum hujus & futuræ emolumentum uſur-

pemus. Sic ſe gerant, quotquot circa libros verſantur, qui eos ſcribunt, excudunt, vendunt & legunt. Hoc magiſtratus & ſubditi junctis quidem viribus agant, quemadmodum ante octo dies copioſius docuimus; ut Deus omnipotens puſillum illud, quod miſericordia ſua commotus nobis reliquit, etiam in poſterum ſervet, & literarum ſcribendarum & legendarum peritiam, inprimis autem artem typographicam, nunquam ſatis celebrandam, ejusque utiles, ſalutares, jucundos & ad hanc atque futuram vitam proficientes fructus, ad poſteros noſtros inprimis hac in urbe propaget, & usque ad inſtantem mundi finem conſervet. Fiat hoc, ut & in hac & in æterna vita *Hallelujah* illud cantemus!

Formula precum, quæ poſt conciones has recitatæ ſunt.

Omnipotens & æterne Deus, pater benigne, qui es unicus fons omnium donorum bonorum, nunquam exhauriendus. Celebramus hodie nomen tuum. & gratias tibi ex animo dicimus, cum pro omnibus bonis ſpiritualibus & temporariis, quibus nos adhuc pro immenſa tua miſericordia cumulate ornaſti, tum inprimis, quod ſub finem mundi præſtantiſſimam artem typographicam, quam ipſis Sanctis tuis occultaſti, in lucem produxeris, & ejus

be-

beneficio hiſce poſtremis temporibus humano generi magna & innumerabilia bona largitus fueris, & adhuc largiaris. Obſecramus te, ne propter ingratos animos ıoſtros, & peſſimum artis abuſum, hoc ›retioſum peculium & eximium beneficiım nobis iterum adimas, ſed per filium uum pacatus eam conſerves, atque ad poteros noſtros propages, nosque omnes & ingulos, quocunque in ſtatu vivamus, ınctiſſimo tuo Spiritu regas, ut magnum ıoc opus tuum magni ſemper æſtimenus, illud grato animo conſideremus, dque præcipue ad diſſeminandum verıum tuum, & doctrinam ſalutarem, tum d propagandas artes & linguas, humaıo generi utiles, adeoque ad tui nominis ;loriam, & proximi utilitatem adhibeamus, per filium tuum Jeſum Chriſtum, Dominum noſtrum,

Amen.

(o)

JOH. HENR. BOECLERI
Oratio *
Habita Kalend. Octobr. Anno
cIↄIↄ C XL.
Cum publice Magiſtros & Baccalaureos crearet;
IN QVA
De Typographiæ, Argentorati inventæ, divinitate & fatis, ſæculari pietate diſſeritur.

Inter vetera, quibus principes politæ antiquitatis, Athenienſes, Academiæ ſuæ gloriam quærebant & gravitatem, inſtituta, illud quoque poſterorum cognitione dignum *Ælianus* judicavit: quod ridere in tam ſolenni loco, nemini licere voluerunt. Cum enim virtutis, induſtriæ, bonæ artis mentisque propria & veluti conſecrata ſedes illa eſſet, prorſus debuit omni præſertim contumeliæ, laſciviæ, petulantiæ, denique ignaviæ, non ſpecimine modo, ſed ſpecie intacta, tam auguſti nominis decus illibatum conſervare. Non decuerit, Auditores, vel nos in iſta ſapientiæ parte vinci, ab iis, quibus in univerſum

* Exſtat in calce III. Concionum Euchariſt. à *Jo. Schmidio* in laudem typographiæ habitarum, & num. XI. pag. 323. ſqq. Orationum *Jo. Henr. Boecleri*, Argent. 1654. 8.

ſum anteſtamus: vel hoc ipſum Academici honoris domicilium, inferius majeſtate diſciplinæ, cujus veram vim Attica affectatio ignoravit, unquam exiſtimari. Verum, ut obtineatur veneratio publica, publicis opus eſt meritis, a) publico meritorum honore: quo fit, ut nemo contemnere audeat locum, quem à ſolo ſplendore, à præcipuo ſplendoris genere, novit. Vbi Virtus & Doctrina, rerum dominæ, ſuas opes exponunt, ſua theatra inſtruunt, eduntmunera, agitant feſta, proferunt pomœria. Quid hic irriſor improbus, illuſor ineptus, ſcurra mimicus? Quid ignavum pecus, aut petulcum animal? Nonne una voce, b) tanquam profanos, exeſſe, longeque abſiſtere diſſimillimarum rerum tractationibus, tum cetera loci religio, tum noſtri hujus diei cærimonia jubet? Qua producti in medium *Novem honeſtiſſimarum artium compotes Juvenes & Adoleſcentes, ſub auſpicio & numine, non Apollinis alicujus Attici, ſed DEI ter Opt. Max. facultatem præbente Inclyto Academico Magiſtratu, faventibus & gratulantibus omnibus piis, bonis, doctis (tales enim hoſpites & ſpectatores huc venire fas eſt) in ipſo Eruditionis Templo, inter pias preces & feſtos cantus, præmiis ſolennibus ornandi, & alteri quidem* Baccalaureatus *inſigni, alteri titulo* Magiſterii, *quod*

a) apud *Schmidium*: publica meritorum honorificentia: qua fit.

b) apud *Schmidium*: profanitatis damnatos exeſſe.

quod vocant, *& privilegiis donandi ſunt.* Veniat huc Anniceris aliquis, vitam in ludicris & riſu agere, præclara vero omnia faſtidire & ignorare doctus: næ is Platonem ſuum mox inveniet, aut ſi operæ pretium nemini cordato videbitur, à tyrunculis utilium ſtudiorum & ſapientiæ pullis, cum ineptiis ſuis ridebitur. Sed nos ordiamur, cum bono Deo, quod ſuſcepimus:

Tuum enim, ante omnia, nomen, c) *Deus ter maxime, Domine noſter, non fauſti modo ominis loco, feſtive inclamamus; ſed, ut auctorem noſtræ tum felicitatis, tum feſti, reverenter appellamus. Te largitore ac conſervatore, Reſpublica noſtra bonorum præcipuis hactenus floret: Tibi inter fluctus civitatum nationumque plus quam decumanos, ancoram & ſtationem debet hæc navis; tibi religionem templa; prudentiam Curia; artes Schola, & propterea vocem & grates omnia Auditoria, omnia ſuggeſta & pulpita debent. Ipſa Te hujus diei pompa loquitur; tuam bonitatem nobiscum decantant organa, balbutiunt pueri, oſtentant inſignia, denique vel cæcutientibus allucent cerei. Tui muneris eſt, quod hic convenimus: quod bonas artes profitemur, colimus, honoramus: quod amplificandæ Nominis tui gloriæ inſtrumenta conſecramus: imo vero quod tibi conſecranda adducimus, ac pie commendamus. Reſpice benigniori oculo, Pater Optime, ſex illos Juvenes, tres illos Adoleſcentes, ut artes, quas didicere, bonores, quos petiere, tibi devoveant in* ſe-

c) Jehova ter maxime, Domine Deus noſter. *Schmid.*

ſolidum dedicentque: ut his tanquam ſtimulis inſtigati, ad plura, ad majora tendant: ut obſequio hoc devincti, ad ea ſtrenue proficiant, quo conſilium tuum deſtinavit, & mox providentia viam praibit: ut myſteriis hiſce initiati, tuæ voluntatis placita, tui nominis laudes, in omni vitæ actu, in omni functionis opere, inveſtigent, meditentur, intelligant, ſequantur: ut pro Reipublicæ Argentoratenſis, & Scholæ incolumitate pia quotidie vota nuncupent, atque ita ſic diei hujus & præmiorum ſemper meminerint, prout eos decet, qui ad noviſſimi & magni diei gratuita, eademque æterna præmia ſedulo adſpirant. Exaudi vocem noſtram Domine! illumina faciem tuam ſuper nos, & benedic nobis, Amen!

d) Poſt interpoſitos concentus Muſicos.

Preces & religionem, qua hoc feſtum inchoandum fuit, pietati dedimus, Auditores: diſſertationem, quæ preces ſequitur, honorum diſtributionem antecedit, mori Academico dabimus & ſollennitati. Nec erat ſane quærenda nobis ex abdito materies. Ipſa *hujus anni veneratio*, qui duo admodum ſæcula complet, ex quo humano generi ex optatiſſimum, literato orbi utiliſſimum, Argentorato autem noſtro perpetua celebritate glorioſum, *Typographiæ inventum*, auſpiciis divinis, exordio hinc ſumto, gentes usquequaque politas peragravit ac devinxit, jucun-

 dæ

d) Hic interponebatur Muſica I. *Schmid.*

dæ auſcultationis, debitæque in Deum e) pietatis potuit nos admonere. Præſertim cum publica Magnifici Rectoris ac Senatus Academici, aliquid tale mihi demandantium, auctoritas accederet: non ſine magna ratione pro ſe & poſteritate ſolicita, ſi vel patriæ laudis curam negligenter ageret, vel ignorare venturas ætates pateretur, quam confidenter alii noſtram laudem hactenus ſibi vendicarint, reddita Auctoribus rei præclariſſimæ ea gratia, ut & nomen eorum & artem ſuppreſſum, quantum in ipſis erat, ac obliteratum irent.

Scilicet in omni re humana dominatur ambitio, neque negotia modo, dum geruntur, perturbat, ſed geſtorum plerumque veritatem corrumpit aut obſcurat. Eo facilius id ſane atque, ut multis videtur, excuſatius; quo ſpecioſiora conatibus ſuis vocabula ſive callide imponit, ſive liberaliter circumponit. Ipſius veritatis vindiciæ, & neſcio quæ jura intenduntur, ut aliena interim quisque deprædetur clanculum, ac pro ſuis ementiatur. Fruſtra deprehenderis eam artem: quæ dum ſemper metuit deprehendi, id inprimis cavet, ne deprehenſa etiam, erubeſcendum habeat. *Amore & ſtudio patriæ nihil eſſe honeſtius; nihil ad periclitandas ingenii vires illecebroſius; nihil ad figurarum commentique veniam im-*

e) gratitudinis. *Schmid.*

impetrabilius. Ita cœpit hoc malum antiquitas: & â tam plauſibili initio ad æmulationes, inde ad certamina præcellentiæ inter gentes; hinc ad contemtus mutuos & ſuperbiam; denique ad odia profectum eſt: quæ nunc unusquisque intendit aut remittit, prout famæ utilitatisve ſpe concitatur, aut diverſæ ſortis metu ſufflaminatur. Quo fit, ut rem ſimplici æſtimatione in vanitatibus vulgi ponendam, inter doctorum magnorumque virorum vel arcanas artes, vel feſtivos luſus hodie reperias. Niſi quod haud dubie gravius meretur appellari, cum neque probris neque convitiis abſtinet, & injuriam, quam aliis factum it, cum apparatu, paratragœdiantium ritu, in publico oſtentat. Intereſſet famæ gentium aliquot ac civitatum, nihil tale in re typographica, quam vocamus, eveniſſe. Hanc dum multi ambiunt proci, fit, ut neſcio quo amoris ſtimulo inſtincti, neque ſibi, neque aliis, neque adeo amicæ ipſi, quæ per iſthæc jurgia non parva interim f) contumelia afficitur, parcendum ducant. Nobiliſſimæ Harlemenſium Vrbi non invidemus ſuam gloriam, ſed gratulamur: auctiorem tamen exiſtimamus fore, ſi de aliena nihil decerpat, aut decerpentem privata opinione auſuque popularem ſuum, publicæ exiſtimationis periculo pro-

f) contumelioſe habetur. *Schmid.*

propugnet. Moguntiæ facilius ignoveris: decepit eam rumor vulgaris famæ, ut in talibus ſolet, quo incertior, eo confidentior. Acceſſit doctorum id adfirmantium numerus, junctæque umbone phalanges. Sed revera, numerus. Conſideret quæſo ſplendidiſſima civitas, ad quantam paucitatem, ſi vim & arma ſingulorum ſpectes, grande illud agmen tot nominum redigatur. Quis enim eruditorum ignorare poteſt, veluti traditam in manus alterum ab altero iſtam opinionem accepiſſe? plane ſicut & alias conſuevit fieri, ubi rem dubiæ arduæque inveſtigationis, malunt plerique aliena quam ſua fide aſſeverare, præſertim cum obiter & ex occaſione hæc talia alterius argumenti tractationibus inſeruntur, nec tractantur. Igitur ſæpiſſime quidem proditum aliquid hujus generis invenias, demonſtratum nusquam. Nimirum aliis voluntas probandi, ut alieno loco; aliis tempus laborioſe conquirendi probationes defuit: quosdam argumentorum inopia aut deſperatio ad alia præverti juſſit. Equidem ſatis de nonnullorum ingenio conſtat, qui vel cum certo intempeſtivæ & affectatæ digreſſionis periculo, ſuis ſcriptis inſulſiſſent, ſi quid ſuper re tanta odorari teſtimoniorum potuiſſent. Traxit poſtea error errorem, qui, cum temporis progreſſu radices in animis hominum egit, ac incrementa ſumſit, jure præſcriptionis

nis non tutus modo ſibi, ſed invictus videtur. Verum enim vero, nobis in præſentia non tam quid alii de alienis vel ſentiant vel diſſentiant; quam quid nos de noſtris ſentiendum hoc tempore habeamus, curæ eſt. Qua in re omni exceptione major eſt, ut a. ia, quæ ſuperſunt, cuncta deſint, annalium publicorum fides. *Hi* JOHANNEM MENTELIVM, *civem Argentoratenſem, artem imprimendarum fuſili charactere literarum librorumque, primum in Patria excogitaſſe atque protuliſſe* memorant. Hi *annum Sæculi Chriſtiani quartidecimi quadrageſimum* definiunt, *annique ſolennem notitiam Conſulatu* Nicolai Schanlitii, *Pratura* Spiegelii, Müllenhemii, Treubelii, Endigeri inſigniunt: *hi perfidiam famuli* Gensfleiſchii, *& herilis arcani enuntiationem, & ſociata cum* Gutenbergio *plagii conſilia & fugitivo immiſſam ultore Deo cæcitatem*, diſerte & bona fide denarrant. Ex his adeo habemus Auctorem inventi nobiliſſimi; habemus tempus & locum, habemus primam & furtivam demigrationem artis; qua effectum eſt, ut ſtatim circa initia Moguntinorum Civitas & nomen operis typographicis inclareſceret: habemus hæc & plura inquam, non ex vago & vetere rumore; non ex ambitioſi ſcriptoris ingenio & luſu; non ex fallacibus aut ambiguis inſcriptionibus; Sed ex ipſis Reipublicæ noſtræ commentariis & inſtrumentis: quorum nec auctoritas detractari à modeſto homine,

nec

nec ſimplicitas ſuſpectari à bono, nec perſpicuitas declinari à ſano poteſt. Nam cætera argumenta, oculatosque teſtes, monumenta, & quæcunque jam aliis collecta ſunt, non attingimus; accommodantes ſcilicet noſtram orationem propius ad inſtitutum Inclytæ Reipublicæ, quæ cum antiquiſſimis optimisque rebus plurimis ita abundet, perpetuoque ſuarum rerum in hunc diem incremento eo progreſſa ſit, ut nihil minus, quam de claritudine laborandum habeat: eam fortunæ ſuæ benignitatem tam generoſe didicit & æſtimare, & ferre, ut neque de ceteris ſuis bonis, neque de hoc ipſo, quod nunc celebramus, contendendum cum quoquam, aut ambitioſa vanitate altercandum cenſeat. Nam nec ignorare, quæ luculenta Dei bonitas nobis contulit, munera poſſumus: nec, quæ aliorum eſſe voluit, noſtra fieri deſideramus; quorum & illud ſtuporis ſit, & hoc pæne ſacrilegii. Dimicare autem cum homine imo cum ambitione, de eo, quod ſicut divinum eſt, ita arbitria pariter affectusque humanos excludit: irritum, inane, præpoſterum. Sicut reſpondere ei, qui neget, te accepiſſe à divina manu, quod accepiſti, & ut ſcias te accepiſſe, neminis potius intereſt, non eſſe, niſi dubitantis de præſenti favore Dei, merito dixerim. Quid igitur opus eſt, jacere dicteria, detonare minis, probra cumulare in quenquam, qui cum noſtra ſibi vindicat,

ſe-

ſecum potius, quam nobiscum pugnat? Nam aut quod neſcit, ſcire contendit; aut quod ſcit, averſatur ſcire. Nobis omiſſa prorſus conſectatione tam inquietæ præſtantiæ, & imitatione g) profani moris, hoc agendum eſt, quod agitur. Ad rem, inquam, & auctorem rei reſpicimus, felicemque annum, cujus, qui nunc voluitur, ſæcularem memoriam renovat, ſingulari, novo, inuſitato, Dei artium artificis, magiſteriorum magiſtri, munere, adeoque laudibus, gratibus, æſtimatione, pietate ſignamus. Quæ & multa nobis, & ſeria, & magna ſuppeditat. Si ad fata civitatis noſtræ, connexamque divina non gubernatione magis, quam beneficiis temporum ſeriem, cogitatione prævertamur: non ſæculorum modo, quæ antiquiſſima civitas haud pauca numerat, ſed ætatum ſingularum ornamenta præcipua; nec, ut iis placet, qui eventuum inania potius, quam cauſas auctoremque ſcrutantur ac obſervant, vicenarias, tricenarias, quinquagenarias periodos, ſed propemodum annos, amplificatis Reipublicæ opibus, gloria, præſtantia memorabiles poſſumus dare. Cumprimis autem poſtrema duo ſæcula, maximis auguſtiſſimisque nominibus dicenda ſunt: quorum altero, inventi poſt hominum memoriam celeberrimi felicitas, altero & hujus & ceteræ felicitatis conſumma-

g) profanitatis. *Schmid*,

matio & fructus, inſtitutione ſcholarum, cum ipſis Reipublicæ progreſſibus ſtrenue efflorescentium, nos beavit. Anteceſſit integro ſæculo Scholam Typographia; illa Scholarum paſſim plurium mater, & amica, & adjutrix futura: anteceſſit, ut nuntiaret felicioris ævi ortum, civesque noſtros de feſtinantibus ad majora civitatis ſucceſſibus admoneret, imo ut locum illis metaretur. Anteceſſit, ut ſplendore ſuo, de ſecuturis talem Dominam pediſſequis, quid pediſſequas loquor? de opibus, paratu, divitiis, quas, ut in pompa ſigillatim traductas, in Schola denique conjunctas ſtitit conſecravitque, publice & in anteceſſum veluti teſtaretur. Quanquam potiora ſunt, quæ ad communis Germaniæ fatum pertinent, omina. Cujus majeſtatem Imperii huc translata ſedes primo celebravit; mox acceſſere bonorum, artium, monumentorum præcipua, donec ad ſummum jam faſtigium properantia augmenta, hoc inſtrumentum ſui operis viriumque adepta, facile ſuo ſtatui adjecere, quod deerat: eruditionis videlicet & clariſſimorum ſtudiorum dignitatem atque copiam, id eſt, ipſum pignus & robur potentiæ ad altiſſima profectæ, quo Romani, quo Græci nominis magnitudo æſtimari cenſerique olim voluit, cum circulum ſuæ felicitatis complevisset. Licebitque perpetua obſervatione, copulatas florentiſſimis publice rebus, gentiumque validiſſimarum opi-

ɔpibus literas animadvertere. Atque hic
ˈegredimini pauliſper mecum, Audito-
ˈes, à publico Germaniæ ſtatu, ad no-
ſtram civitatem, quæ iisdem, quibus Im-
ˈerii totius claritudo, temporum ſpatiis
revit: niſi potius monendi eſtis, ut pro-
rediamini ad univerſæ fata Europæ, quam
ihil æque ac Typographia illuſtravit,
vexit, nobilitavit. Subeſt arcani majoris
atio ſanctior. Cernitur dubio procul in o-
nni humano orbe ſatis evidenter divinæ
ubernationis adminiſtratio: ſine qua nihil
ttollitur, nihil deprimitur; nihil reperitur,
ihil aboletur: ſed compendium tam diffuſæ
urationis, ſive, ut rectius loquar, offici-
a interior ſecretiorque cœleſtium operum
ı Eccleſia quæri debet. Et, ſicut ad cete-
ım orbem omnia referunt Politici; ita ad
unc ſelectiſſimum cœtum, tanquam ad ve-
ım & totum in orbe iſto orbem, Chriſti-
ıi ſuam Philoſophiam exigunt. Quæ ſta-
m nobis oſtendit inſtaurationem ſinceræ
eligionis, Lucem evangelicam, diſcuſſi-
nem tenebrarum, & quæ obſederant Ec-
eſiam paſſim, papalium ſuperſtitionum. Vt
ec converſio fati Eccleſiaſtici, hoc tantum
tam ſingulare ſingularis proviſionis ne-
ɔtium, quo DEVS ultima hæc tempora be-
it, promtius ſuccederet, ut præparatu
cile, inſtrumentis locuples, præſidiis co-
oſum redderetur, Typographia opus erat:

Hæc prælusit operi: h) hæc paravit notitiam, præparavit induſtriam, communicavit conſilia, publicavit decreta. Vt non minus *Bezaleele* in Templo Chriſtiano inſtaurando *Mentelius*, Germaniæ præſertim, præſtiterit, quam in ſtruendo Judaico ille fecerat, quem peculiaris ad id cœloque miſſa ſapientia inſtruxerat. Licet adhuc altius adſcendere: & quodammodo pia minimeque curioſa ſedulitate coram DEO diſquirere, ſitne hoc artificiorum inventorumque, quibus humanam tum juvare, tum ornare voluit vitam, faſtigium, apex, complementum, terminus? poſt quem (intelligo autem, & huic ſuam moram periodumque datam,) finis omnium ut rerum ſic artium inſtet, quoniam reperta eſt una, quæ omnes juvaret, omnes contineret, doceret, amplificaret, conſummaret. Nondum ſuſtineo dimittere utiliſſimas cogitationes: quæ mihi divinam bonitatem non copioſe modo oſtentant, ſed ex abdito inſinuant. Obſederat terras profunda paſſim barbaries, & poſt literas ſuis ſedibus ejectas, omnis elegantiæ, eruditionis, ſapientiæ amor evanuerat. Accedebant paulatim aliqui rem publice neglectam in decus quoddam & cultum revocare, ſed

h) hæc conciliatrix notitiæ; monitrix induſtriæ; communicatrix conſilii; effectrix conſultorum fuit. *Schmid.*

ſed privatis aut diſperſis conatibus communis ſegnities obſtitit. Non enim jam vel i) Principes ſuæ fortunæ opibus dignam rem eſſe litterarum ſtudia intelligebant, vel hominibus ad adipiſcendum tam operoſa bona ſatis conſtantiæ ac induſtriæ ſupererat. Illa enim ſicut eruditi ſæculi propria virtus fuit, ita ad exortum ignorantiæ & tenebrarum evanuit. Ergo de optimis quibusque omnium linguarum & artium monumentis, de inſtructis Bibliothecis actum erat: dum vix reliquiæ honore aut cura ſuſtentabantur; adeo de amplificanda ea felicitate nihil conſilii ſuſceptum eſt. Verum enim vero, in quo humana induſtria partim ceſſavit, partim deſperavit, DEVS Opt. Max. velut ex machina reſtituit ſubito & exornavit. Decreverat nimirum æterna ſummi Rectoris voluntas, gloriam pariter & bonitatem ſuam oculis mortalium & mentibus per illuſtria monumenta, copioſa adjumenta, efficacia inſtrumenta, ſi caperent, denuo infundere, ſi cæcutirent, allucere; ſi ſtuperent, inculcare, idque literarum ac ſtudiorum beneficio: quæ à diffuſis ambagibus in compendium, ab arduo paratu in faciles uſus, à parca ſuppellectile in parabilem amplitudinem, ab impenſis ingentibus in moderata pretia, ſimul & ſemel miſſa cælo Typographia, vindi-

i) Magnates. *Schmid.*

dicavit. Intuemini pauliſper mecum, Auditores, bonum vere cæleſte, vere divinum. Vnde enim arceſſemus id litterarum propagandarum arcanum, quam ab eo, qui primus *Adamum* humani generis parentem literas edocuit; qui poſtea in *Adami* poſteritate litterarum unitatem conſervavit usque ad Giganteas Nimrodici agminis molitiones, & immanes prodigioſæ turris ſubſtructiones. Ea enim rebus convertendis occaſio & cauſa fuit: confuſis k) primum ab irato Numine linguis, mox ſingulari providentiæ conſilio diſcretis. Inde Linguarum (& quidni etiam Literarum?) varietas ex pœna in donum verſa, ſecundum orbis millenarium illuſtravit. Tertius incomparabile rerum operumque divinorum monumentum, Moſis manu in literas relatum, futuris, ad finem usque temporum, ætatibus transmiſit. Nam quæ ipſius DEI, ſcripturæ omnis auctoris & artificis, digito duabus ex lapide tabulis inſcripta ſunt elementa, ſicut Moſaicis libris antiquiora ſunt, ita, quantum ad literas attinet ac lapidem, certo tantum tempore, auctor ſapientiſſimus manere voluit. Hinc conſignari cœpere varia ingenii humani ſollertia, & rationibus ſubinde diverſis, multa ſacra, multa profana. Ferro, cera, in foliis arborum, in libris arborum, in plumbo,

k) primo pœnali perplexitate linguis. *Schmid.*

bo, in linteis, in membranis, in chartis, iisque non uno modo confectis, varie ſcripturam elaborarunt, tot ſæculorum, usqne ad majores noſtros, inventa. Frequentiſſima præſertim & uſitatiſſima denique membranarum volumina librique fuere. Hic perennaturi Auctorum labores, magna diligentia deſcribebantur. In his cuſtodiebantur jam æternæ veritatis arcana & fœdera. In his Græcia eruditionem ſuam, in his Latium ſuam famam & opera poſteritati transmittebat. Verum ut diximus, tantum requirebat ea res laboris, quantum non niſi ſtrenuiſſima ætas ſuſcipere; tantum impenſæ ac ſumtuum, quantum non niſi beatiſſimi erogare poſſent. Temporis quoque mora in ſerum differebat ſcientiarum pariter & librorum copiam. Hæc & alia incommoda, tam præſenti ope abolevit Typographia, ut omnibus, & cito, & ſemper loquatur, quisquis per impreſſa monumenta in publicum aliquid loquitur. Prodere arcanos mentis ſenſus notarum quibusdam indiciis, & quo vox non pertingit, literis loqui ac ſcriptura, divinum quidpiam eſſe agnoverunt. quicunque ullum unquam divinitatis ſenſum habuere. At vero tam multa, tam repente, tam compendioſe, tam late diſſeminare, unoque & eodem tempore Orienti, Occidenti, Meridiano, Septentrionibus loqui, quanto eſt divinius, quanto

perennius, quanto utilius? Arripiuntur celerrima typothetæ manu, è capſulis, quibus diſcretæ ſunt literulæ: coaleſcunt in voces, dividuntur ſpatiis, terminantur verſibus; quorum ſinguli contigue ſibi invicem accreſcentes, ubi columnam, ut hodie loquuntur, ſive modum, quem facies paginæ habitura eſt, explevere, colligantur, donec diviſo locis idoneis numero columnarum, formas, quas vocant, clauſtro quodam ferreo, tanquam munimento circumpoſito, arcte coactas, prælum chartæ ſuperimpoſitæ imprimit. Ita quæ in formis ſiniſtra, in chartis dextra apparent: quæ in formis atramento, peculiari arte confecto, non colorata magis quam obſcurata erant, in niveo chartæ æquore, liquido ordinata ac diſtincta lucent & interlucent. Denique vt divinitatis typos quosdam & characteres, verba nimirum & ſenſus, cum ipſa ratione, mens humana ſuſcepit: ita perinſigni artis, quam laudamus, miraculo mentis ipſius notæ in charta repræſentantur. Nil poteſt tam ſubtiliter à quoquam cogitari, nihil tam eloquenter apud audientes pronuntiari, quin l) exacta elegantia, legentibus ſtatim & ubique exhibeatur. Vt mille exempla publicandi operis, mille hominibus ſtatim diſtribui poſſint, ſimplici, nec amplius, mora opus eſt, dum unum perſcri-

l) exacte eleganterque. *Schmid.*

ſcribatur: quod fœcundiſſimo pariter celerrimoque partu in quantumvis numerum multiplicatur. Adeo citius & copioſius diplomata ſua per terrarum orbem divulgat Rex æternus, quam edicta in angulos, ut ſic dicam, ſuarum ditionum dimittunt noſtri principes. Huc enim, quod jam ſæpius monui, ſemper reſpiciendum eſt. Quicquid laborari, perfici, adornari hujus artis beneficio curavit DEVS, illud m) auctoris gloriæ debuit ſervire. Cui ſoli ſi ſtudeant homines, ſaluti ſuæ ſtudeant utique: quæ extra Auctoris gloriam nec quæri nec inveniri poteſt. Porro ſicut in grata uſurpatione divini beneficii, complementum gloriæ, quam DEO debemus, conſiſtit: ita initium ab agnitione beneficæ proviſionis fieri par eſt. Cujus commentationis in plurima diffuſæ, nunc pauciſſima delibabimus. Fruſtra inventa erat ars, poſt homines natos præclariſſima, niſi acceſſiſſet idonea artis adminiſtratio: fruſtra ad capſulas typothetæ, ad prælum excuſores ſudabant, niſi eruditi correctoris laborem iſtum emaculaſſet emendatio. Fallor an plus incommodi quam emolumenti datura ſit rebus humanis Typographia, niſi divinis auſpiciis inſtincti viri quidam cordati eruditique, omnium librorum partim male ſcriptorum, partim ab operis typogra-

 phi-

m) tantæ rei curatoris gloriæ. *Schmid.*

phicis male lectorum, partim ab iisdem inevitabili quadam corruptione temeratorum, curam caſtigationemque, antequam prælo excuderentur, ſuſcepiſſent. Illi cum viderent, non labore modo ad eam rem maximo, ſed eruditione inſuper diffuſa minimeque fucata opus eſſe, immerſerunt ſe in omne genus doctrinæ, linguarum ſtudium ſingulari cura tractarunt, non omiſerunt diſciplinarum arcana & penetralia ſcrutari, ut edendis veterum in lucem publicam ſcriptis pares eſſent. Ex hoc genere *Manutios*, *Stephanos*, *Cujacios*, *Eraſmos*, *Gruteros*, *Caſaubonos* (non enim lubet plurimos enumerare) nominare poſſumus: quorum absque ope fuiſſet, non haberemus hodie tot Latina, tot Græca, tot ſacra, tot profana monumenta: aut certe haberemus ea corruptiſſima, & omnino talia, quæ nec legi ſine moleſtia, nec intelligi prorſus poſſent. Id quod exemplis docere promtum eſſet: ſi id jam inſtituiſſemus. Talium virorum n) critica opera factum eſt haud dubie, ut non Typographica minus, quam literaria res convaleſceret. Verum ut præpoſtero judicio divina munera mortales æſtimamus, quos DEVS ut Heroes altioris fati conſiliis deſtinaverat, per quos ipſam Typographiæ orbi conceſſæ animam, ut ſic loquar, & vigorem vo-

n) emendatrice & critica. *Schmid.*

volueratvegetare, hos, cum egregie & excelſe ſapimus nimirum hodie, probris contemninus & dicteriis. Quæ res non parum debilitat fati typographici momenta. Id quod pauci vident, proh dolor! cum pauci revera ſint, qui videre non poſſent. Sed antiqua ſcil. & obſoleta eſt illa magnanimitas, qua ſuo quisque loco, attentus ſemper ad publicæ ſortis fortunam & intentus fuit: nunc dum privata quisque reſpicit, & ambitioni miro ſervitio mancipatur omnis eruditio, publica paulatim, imo confertim, ignorantur. Ex quo enim homines nulla bona arte inſtructi, cœperunt negotium poſteritatis & ſæculorum inepto auſu attrectare, rem totam vidimus degenerare, declinare, id eſt, ſi prudenti & neceſſaria divinatione utimur, ad exitum & barbariem feſtinare. Et qui poſſit aliter; Quæ in ſanctiſſimos uſus concedit terris bona Deus immortalis, non patitur diſſimillimis rebus inquinari, aut inquinata ſubvertit; Quam iuſtitiam fati cum tot ſæculorum à condito orbe decurſus, per ſeriem nobis exponat: mirandum eſt, pleroſque tam hebetes ad hæc talia & rudes inveniri. Fervebant ab initio prædla publicandis diviniſſimis oraculis, ſanctiſſimis doctrinis, honeſtiſſimis artibus. Succeſſere plauſtra ineptiarum, volumina nequitiarum, libri flagitiorum, calumniarum, contumeliarum, quibus non viles

modo &' abjectæ animæ, optimis quibusque rebus peſſime uti ſolitæ, ſed eruditi & clari viri operam dedere. Atque utinam præteriiſſet iſtud tempus, quo hæc accidere. Speraremus ſane, o) concuſſam potius rem literariam fuiſſe, quam converſam. Sed cum nihil hodieque reliqui fiat, quod ad contaminandam nobiliſſimam Typographiæ artem, ad chartas commaculandas, ad eruditionem profanandam, ad eruditos infamia notandos pertinet, exiſtimamus hanc perniciem ad ipſa vitalia tendere, & ſalutis recuperandæ ſpem omnem præcidere. Valde enim infirmum diuturnitatis vinculum præſtat ambitio: cujus aperto furore aut occulta vafritie pleraque ab operum ſcriptoribus ac editoribus geruntur. Acceſſit quæſtus & lucri cupiditas, librariis negotiatoribus familiare malum. Itaque ergo præter alia, quæ hinc ſubnaſcuntur, incommoda, optimorum librorum (qui vel revocandi vel promovendi in lucem ſuo merito eſſent) nulla habetur ratio; quin potius Annalibus *Voluſi* & neſcio quibus deliramentis imprimendis fervent officinæ. Id aucupium auſpicatum, is quæſtus habetur maximus. Tales chartæ emtores mox inveniunt: meliora raros amatores habent. Dixi aliquid de pravitate & abu-

o) concuſſionem eam fati literarii fuiſſe, non converſionem. *Schmid.*

abuſu, quo res Typographica temerari premique ſolet: unde merito & divinæ providentiæ reſpectu, ne opprimatur, verendum habeamus. Superſunt autem & alia in ipſis Reipublicæ viſceribus & temporum fato, quæ hunc metum augere nobis debent. Alterum ex his omen in publica inopia: alterum in publico erga literas faſtidio reponendum eſt. Scimus omnes, quantis opera typographica, librorumque editio impenſis indigeat, id eſt, talibus, quas vix principes hodie & Proceres (præſertim in Germania noſtra) nedum privati tolerare queant. Hinc eſt, quod ad paulo majoris voluminis mentionem trepidant & tergiverſantur Bibliopolæ: hinc eſt, quod graviſſima patrum ſcripta, quod Hiſtoricorum, Philoſophorumque opera aliquid amplitudinis habentia nemo, licet diſtractis jam omnibus prioribus exemplis, recudit. Quid futurum porro ſit, nemo eſt, qui non animadvertat; præſertim cum literariam rem omnem, non modo non æſtimari amplius, ſed prorſus faſtidiri publice, ſatis conſtet. *Sublatis ſtudiorum pretiis, ipſa ſtudia peritura*, vere Romanus ſcriptor dixit. Quid, ubi cum pretiis, ipſe favor, ipſa tralatitia benevolentia, literis ac literatis apud eos periit, qui auctoritate, ſubſidio, ſed & officii nomine, unica erant rei tam pretioſæ fulcra? Sed quid differo, quod majus eſt, & ad con-

convincendas ſecuras futuri mentes evidentius, exprimere? Inuitus equidem id ulcus contrecto, Deumque meliora omina publica voce poſco: verum nimis iſtud verum videtur, quod dicam. Videtur, inquam, Patria communis, nobiliſſima Germania noſtra, octo amplius ſæculis ad ſumma rerum faſtigia evecta atque celebrata, nunc urgeri fatis ſuis, & neſcio quid magnæ converſionis (neque enim everſionis adhuc dicere ſuſtineo) Europæo orbi, quem ſuis fatis innexum habet, parturire. In hoc rerum cardine, ne id etiam voluatur, quod tantam pace belloque claritudinem Germanis attulit, valde timendum eſt. Cedunt ornamenta Germaniæ & recedunt: Ornamentorum reſtat maximum, ſi recte æſtimamus, & pulcherrimum. Reſtat ſane, ſed inter pericula, inter minas, inter fulmina. Quæ & cogitationes noſtras & orationem, attonita conſternatione ad ſilentium uſque exterrent. Niſi quod pietate, precibus, lachrymis, nunquam deſiſtemus, ſupremum numen pro conſervatione tanti boni interpellare.

Dixi.

BRE-

BREVIS * EXCVRSVS
de loco, tempore, & a) authore inventionis
TYPOGRAPHIÆ.
AD CLARISSIMVM VIRVM * GABRIELEM NAVDAEVM, Pariſienſem.

PARISIIS,
Excudebat Antonius Vitre, Regis, Reginæ Regentis & Cleri Gallicani Typographus.
M. DC. XLIV. in 4.

Cum primum incidiſſem ſuperioribus diebus in *Philippi Glaſeri*, Scriptoris eru- p.3

* Hoc ſchediaſma nonnulli Antonio Vitre, cujus opera excuſum eſt, alii autem Jacobo Mentelio tribuunt, quorum poſteriorum ſententia emendationibus & additionibus, quæ paginis ſequentibus ſubjectæ ſunt, egregie confirmatur. Illas non mediocri ſumtu ex codice, qui è Bibliotheca Balvziana in Regiam Pariſienſem tranſiit, deſcribi curavi. Hunc autem nactus eſt Vir plurimum Reverendus, Io. Peterſenivs, Potent. Daniæ Regis ad Regem Galliarum Legato cum maxime à Sacris domeſticis, qui pro ſingulari humanitate ſua & egregio literas humaniores promovendi ſtudio non ante quievit, quam illarum apographon, uſibus publicis deſtinatum, in manus meas recte perveniret. Id unum doleo, Mentelivm iſtas adeo obſcure & male exaraſſe, ut librarius in dimidia parte nominum propriorum aliisque locis plurimis graviter hallucinatus fuerit, quæ errata omnia ex voto emendare mihi non licuit, quamvis id non ſine difficili labore & ſummo temporis diſpendio tentaverim.

a) Ho-

eruditiſſimi, laborioſum ſimul & doct
Syngramma Hiſtoricum; (Vir præſtant
ii

a) Hoſtium ſanguine manes placare olim perſ
ſum fuit, inquit *Paſſerat.* ad illud *Plauti* Amph
Act. IV. ſc. 2. v. 1. ſqq.

Quis tam vaſto impete has fores toto conv
cardine?
Quis ante ædes tantas tamdiu turbas concit
quem ſi comperero
Telebois ſacrificabo manibus.

Ainſi litandum manibus *Mentelii*, ſanguine, n
mineque *Junii, Bertii, Boxhornii* & *Scriverii.*

Sed & ſcripta mala veteres etiam ita ulciſceba
tur, ut videre eſt apud *Sueton.* cap. XX. in *Caligul*
Eos autem, inquit de *Caligula*, *qui maxime diſp*
cuiſſent, (qualia ſunt ſcripta Hollandorum de T
pographia) *ſcripta ſua ſpongia linguave delere j*
ſos, *niſi ferulis objurgari*, *aut flumine proxi*
mergi maluiſſent. Hæc ille.

Pompejus cum transferre feciſſet ſermone lati
ſcripta medica *Aſclepiadis*, quæ aſſervabat gr
Mithridates, Rex Ponti: *non minus ita vita pr*
fuit, *quam reipublicæ victoria illa* de Rege Ponti
collato, vid. *Plin.* c. 2. lib. 25. Hiſt. Nat. ita rep
ta arte Typographiæ non minus profuit, quam
decollaſſet malum civem.

Joh. Fernelius in Præfatione de abditis reru
cauſis: *Neque inventis ſolum ornamenta & inc*
menta adjunxit temporum excurſio, *ſed & artes*

me) præter illa, quæ ab eo ſperabam multa, hoc etiam fuit; quod cum à cive Argentoratenſi

vas protulit, ad quas priorum nunquam ingenium vel induſtria penetraverat. Demetrium *admirata eſt antiquitas, atque illum ab reperta Machina quadam bellica appellavit obſeſſorem. Quanto ampliore nomine donandi ſunt hoc ſeculo machinarum inventores, quibus ab ardenti quaſi bombo, nomen Bombardarum eſt inditum, quæ, dii boni, quanto vel baliſtis violentiores, vel tormentis rapidiores, vel catapultis concitatiores fuerunt? Arte librorum chalcographica quid utilius ad omnium diſciplinarum propagationem? At illam protulit noſtra hæc ætas, ut & paulo ſuperior ceræ, corticis, aut papyri vice, chartam hanc, quam* Fabrianam *primi appellarunt; atque iſtorum ope in tantum faſtigium evecta ſunt literæ.*

Jan. Cæcilius Frey in admirandis Galliarum ait: *Quodſi Germani Typographiæ auctores ſe jactent, poſſent Galli, ſi* Julii Cæſaris *Gallicarum diviſionem ſequantur, & Gallias, quales fuerunt* Carolo *M. imperante, deſcribere velint, ſe inventores Typographiæ merito vocare; quum Moguntiacum hac ratione geographica in Galliis ſitum ſit, quæ urbs parens typographiæ nominatur. Sed nec hodie præſtantiores ſunt literæ æneæ, quam Sedanenſes.* Secutusque in eo *Gilb. Cognatum* videtur, niſi quod hic Argentorati primum, ille Moguntiæ typographiam inventam eſſe tradit, p. 375. Tom. I. Operum.

Na-

tenſi promanaret, minime dubitarem, quin non perfunctorie ibi b) curaretur honos patriæ. Ac fecit profecto in TYPOGRAPHIÆ aſſignanda ORIGINE: *Effloruit*, inquit, *ſub Frederico III. Imperatore. Ars TYPOGRAPHIÆ primum ARGENTORATI, à* Johanne Gutenbergio *excogitata*, *ubi etiam* Johannes Mentelius *primos autores bonos impreſſit. Inde Moguntiæ excuſta per eosdem. Porro Romam translata per* Johannem Gallinaceum; *mox Pariſiis, Antwerpiæ, Venetiis, aliisque locis celeberrimis propagata & exornata, incredibilem uſum generi humano in omnes partes præbuit*

Atque hoc à claris etiam hominibus, graviſſimisque, diu ante audiveram, quoad locum quidem *Inventionis:* ſed aliorum ſuper ea re

Natalis Taillepied in Antiquitatibus urbis Rhotomagenſis, gallice editis, ait, imprimendi artem Moguntia Rhotomagum fuiſſe delatam circa an. 1458. p. 212. ſeqq.

In Chronico Boſſiano, anno 1492 impreſſo Mediolani, ſumptibus ipſiusmet authoris *Donati Boſſii*, Cauſidici & Civis Mediolanenſis: Hoc anno, i. e. 1457, ſalutifera doctrinarum omnium imprimendorum librorum ars, authore *Joanne Gutenbergio*, Germano, reperta eſt.

Quisquis fuerit autor, proles eſt *non inficianda parenti*, ut cum *Ovidio* Metamorph. II. v. 34. loquar.

b) *pone*: honos patriæ curaretur.

re opinio, ſcriptis paſſim evulgata me tenuerat, ex quo primum litteræ mihi cum ratione adoleviſſent. Quamvis eo ſubleſtior mihi videri potuerit, quod eorum plerique partim ſibimet ipſi privatim, partim c) inter ſe p.4

c) Id facile eſt comprobare tum iis, quæ infra p. 12. de ADRIANO BARLANDO, GERHARDO NOVIOMAGO & PETRO MONTANO, qui fuere in ſcribendo curioſi, & in patriam bene (ut par erat) affecti, tum iis, quæ in medium facile eſt adducere. Ac primo quidem ipſe PHIL. CLVVERIVS nullibi ſuorum Operum hanc Typographicæ inventionis gloriam Bataviæ ſuæ tribuit, vel quum meminit Harlemi, ut in Introduct. in Vniverſ. Geograph. edita Lugd. Batav. apud ELZEV. in 4to p. 62. Imo dum videt non poſſe ſuis referre popularibus, invidet omnibus Europæis, & tribuit incolis regni Tangut. c. 5. lin. 5. ubi de Catainis: in regno Tangut, inquit, Artem Typographicam ante cIↄ annos inventam fuiſſe nonnulli contendunt. Ipſe JOSEPHVS SCALIGER miranda Hollandiæ notavit, & ſua authoritate extulit paucis verſibus, inter quæ ne γρὺ quidem de Typographia, quod ſane non oblitus fuiſſet, ſi Harlemo tribuenda foret,

Quæ cedit ars nobis impreſſos are libellos,
*Facta ſub hoc * primum Cæſare nota fuit.*

* Friderico III.

SABIN. in Cæſaribus Germanicis p. 232.

AGESILAVS, ut eſt in Laconicis PLVTARCHI Apophthegmatibus, in ſiniſtræ manus vola νίκην nomen victoriæ inſcripſit inverſis literis, & poſtea iecinori victimæ impreſſit, ac mox militibus oſtendit; jubens animoſos eſſe, tanquam Diis victoriam præſignificantibus. Hoc erat tenue quoddam Typographiæ principium. vid. Germano-Græciam MART. CRVSII p. 158. lib. 4.

Sçavoir s'il n'eſtoit point de Harlem, ou Saturne, du quel ſe-

ſe minus convenirent. Vnde ſane vix ferebam, illa Sententiarum varietate atque repugnantia, veritatem obſcurari; laudemque Artis hujuſce Authori jure debitam injuria denegari. Quin & Batava quædam Scripta notavi non ita pridem cum indignatione, quæ nullis ac ne minimis quidem rationum momentis TYPOGRAPHIAM *Harlemenſibus* aſſererent; ſed in hunc aut in illum animata convitiis d) debaccharentur. Quæ hic ego non referam, ne repetitum Lectoribus tædium oggerere videar. Verum ad exponendam totius rei breviſſime ſeriem, qua nimirum orbis *parte*, *quo tempore*, & quo demum *Authore* prodierit, recta me confero: talemque

ſeroiſt deſcendu LAVRENT JANSON COSTER! Ce pourroit eſtre; ſi BOXHORNIVS s'eſtoit aviſé de cela, il les auroit fait naiſtre de Hollande.

d) Ceux de Hollande ſont aſſez fols, ſans les inſtiger. *Age, ſi hic non ſatis inſanit ſua ſponte, inſtiga*, *Terent.* in *Andria* Act. IV. ſc. 2. v. 9.

Ocyma cantare apud *Eraſmum* in proverb. Chanter pouille.

Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis,
Cum bene diſcincto cantaverit ocyma vernæ. *Perſius* Sat. IV. v. 21. ſq.

Il n'eſt plus ſage, qu'une vielle fripiere ou haranguere, qui chante pouille a quelque valet. Vide partem alteram Epitomes Adagiorum VICTOR. GISELINI p. 334. & 335. Faciunt Hollandi, quod PLINIVS dicit feciſſe veteres, dum ocymum ſererent, quod ut lætius proveniret, id maledictis & probris proſequebantur c. 7. l. 19. & PALLAD. in Martio c. 9.

que ſubjecturum me eſſe profiteor, qualem, ipſa ſi cupiat Veritas, non poſſit certiorem.

Ac ut à *Loco* e) juxta cum *Ætate* exordiar: conſtat certe divinum illum omnis eruditionis & ſapientiæ theſaurum, aut, ut ille non abſurde ait,

Ornamenta queas Speculum quo cuncta tueri,

celſa quidem, atque ad ipſa prope Divinitatis ſecreta ſeſe efferente conceptum mente, ARGENTORATI (quæ metropolis eſt Elſatiæ inferioris, Provinciæ ſuperioris Germaniæ, nobiliſſima) repertum f) fuiſſe, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo* (quicquid iſti de Sinis, contradicendi ſtudio vel errore, velint g) obgani-

e) *adde*: quidem.

f) *adde*: plaudente ſeculo.

g) Non ſatis mirari poſſum quorundam aut malevolum in ſuos, h. e. Europæos animum, aut contradicendi ſtudium, qui nulla ratione moti, ſed aut invidia quadam aut ignorantia intolerabili ſcripſerunt, referendam eſſe Typographiam Sinis, non Europæis; nec animadvertunt, non potuiſſe illam artem nobis accidere, quam per Venetos primum, deinde per totam Europam: (nam per Moſcovitas id fieri potuiſſe error eſt, ſive fabula irridenda) at ſi per Venetos, illi ſibi primi retinuiſſent, quod non fecere, ſiquidem ipſi fateantur, hanc artem ſe habuiſſe a Germanis. Multæ ſunt eam in rem probationes, quas habes apud Authorem Gallicum, qui ſcripſit de la Mecometrie de l'Aymant in fol. cap. 3. p. 9. ſeqq. vocatur autem ille WILH. de NAVTONNIER, ubi plura contra hanc pro Sinis opinionem argumenta fortiſſima reperies.

. *Paul.*

nire.) Sed in deſignando *Authore* immane p. 5 quantum ingerit negotium quædam hominum Natio; quorum alii ſoli natalis generisve ſtudio prædicandi ſcripſere; alii inſubide illos ipſos ſecuti ſunt.

Sed

Paul. Jovius non ſibi convenit, & inconſtantiæ inſimulandus aut oſcitantiæ. Nam Hiſtor. lib. 4. videtur Sinis tribuere, & tamen quaſi ſui oblitus ait in Elogiis doctorum Virorum, dum de laudibus Germanorum verba facit. *Nec mirum*, inquit, *quum inuſitatæ & portentoſæ inventionis æreas formas excudendis libris & formidanda bello ænea tormenta nobis attulerint.* *Maffæus* in Hiſtor. Sinenſibus tribuit inventionem Typographiæ, ſed prætérquam, quod nihil niſi abſurdi affert, in eo inſuper adeo eſt infelix Scriptor, ut ſtylus ejus vitiis, ne in tyrone quidem ferendis, ſcateat. De qua re vide *Scioppium* in Rhetoricæ fragmento, Mediolani edito, & in ejusd. libello de Scholarum & ſtudiorum ratione p. 109. Cæterum Sinæ, non Chinæ, dici debere notat *Scaliger* in ſuo *Euſebio* p. 319. Canon. Iſagogicorum, ubi notat, *Marcum Polum*, Venetum, in illis partibus degiſſe. *Minutius Felix* in *Octavio* videtur literarum inventionem etiam longius referre, dum ait: *Is itaque* Saturnus, *Creta profugus, Italiam motu filii ſævientis acceſſerat, & Jani ſuſceptus hoſpitio rudes illos homines ac agreſtes multa docuit, ut Græculus & politus, literas imprimere, nummos ſignare, inſtrumenta conficere.*

In

Sed non eſt æquum, h) Verum ſemper in occulto latere, verſari in ambiguo, ac tandem labare: Paucis dicam & aperte: *Joanni Gutembergio* vel *Fauſto*, *Petro Scœffero*, vel *Laurentio Coſtero* TYPOGRAPHIÆ inventæ palmam irrogare i) qui ad ſummum meruerint tantum, inter eos, qui jam natæ inſudarint, familiam ducere.

Nec alio meritorum jure k) *Moguntia* ſe valet attollere, cum etiam in eo faſces AR-

In Creta *Saturnus* dicitur Author litterarum imprimendarum earumque Græcarum. Mais non pas comme les Europeens attachent les lettres les unes aux autres. Car pour les planches, comme rapportent les Hollandois des leurs, ce n'eſt choſe. Ainſi toutes les medailles, s' impriment chez les anciens. Or c'eſt autre choſe, que ceci, qu'ont trouvé les Hollandois.

h) *adde*: me judice.

i) *Infelix operam perdas, ut ſi quis aſellum*
In campo doceat parentem currere frenis. Horat. Sermon. I. Sat. I. v. 90. ſq.

Uſurpat *Simeon Boſius* animadverſ. in Ciceronis Epiſt. ad Attic. p. 221.

k) *Conrad. Celtes* ad Flumen Rheni:
Argentoracos, Nemetes & Vangion usque
Abluit irriguo fons tuus ille vado.
Jamque Moguntiacam Vaſtus te flectis ad urbem,
Quæ prima impreſſas *tradidit ære notas.*

GENTORATO ſubmittere debeat. Ubi nimirum JOANNES MANTELLVS, vir ingenioſiſſimus & l) illuſtris,

m) *Libera per vacuum ponens veſtigia Princeps, Non aliena ſuo premens pede,* (ut politiſſimi Latino-

Non invenit prima, ſed prima impreſſit. Il eſt vrai, qu'a Majence ont premierement parus les premieres impreſſions, mais cela ne fait rien contre la verité, ny la louange de Strasbourg, ou *Iean Mentel* inventa le moyen de cet artifice, d'ou vient, que *Spiegel* dit en ſon Lexico Juris verbo *Librarii, quod primum prodiit Argentorati ars imprimendi literas: licet Moguntiacis ſed non absque ingenio tribuatur.* Et *Hier. Gebvilerus* en ſon Panegyri Carolina p. 37. edit. poſtremæ: *Artem excudendi calamis libros invenit* Joan. Mentelius, *etſi Moguntiaci cuidam* Joanni Fauſt, *civi ſuo id acceptum referant.*

l) Illuſtris propter *nobiliſſimam illam novitatem* Typorum, ut *Velleji Paterculi* lib. II. cap. 34. de *Cicerone* verbis utar.

m) Itaque liceat mihi Auditores, inquit *Marcell.* (*forſan leg.* Nancelius) de laudibus Acad. Pariſienſ. Orat. 3. ſub finem, converſa paulisper ad *Franciſcum*, totius humanitatis principem, oratione, priusquam dicendi finem facio, eum ex *Lucretio* (lib. 3. initio) verſibus commutatis adfari, & pietatem quaſi parenti oſtendere.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen,
Qui primus potuiſti, inluſtrans commoda vitæ, Te

norum Poëtæ verba uſurpem) Artem illam mi-

Te colimus, Franciſce, *decus patriæ:inq; tuis nunc*
Agmine lætantes, facimus veſtigia pratis.
Tu pater & ſtudiorum autor, tu patria nobis
Suppeditas muſæa; tuisque ex, inclyte, chartis
Floriferis, ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea, perpetua ſemper digniſſima vita.
Avia pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo. inquit *Lucretius* lib. I. v. 925.
Thomas Rhædus parte altera deliciarum Poetarum Scotorum, ubi habet p. 255. & ſqq.
Ars Typographica & Pyxis nautica
Quisquis erat, meruit &c.
Deerat adhuc, quam nulla ſatis mirabitur ætas,
Ars cœlo delapſa viris, conſumere nata
Materiem, veloxque omnes transſcribere libros
Compoſitis quadrata acie miro ordine ſignis.
Non ſic Æmathiis inſtruxerat agmina campis
Parricida urbis Romæ, nec ductor Achivûm
Spurius Ammonis, tunc cum maleſanus Eoum
Pellæis Macetum demeſſuit enſibus orbem.
Nullus apex juſſo diſcedit limite, nulli
Inter opus ceſſare datur, ferventque maniplis
Caſtra ſuis, foſſa, ferratoque aggere clauſa.
Muta cohors primum, mox ſuccis ora diſertis
Illita Palladiis prælumque manusque fatigat.
Nam cogunt tormenta loqui, tandemque fatentur
Depoſitum, redduntque datas ſine crimine voces.

mirandam, dicam prorſus n) divinam, mul-
ta

Abſque mora canit arma virûm charta ebria lym-
phis
Caſtalidum, citius referens ſexcenta Maronis
Carmina, quam celeri ſcriptoris arundine verbum
Expedias, longeque operis ſtat gratia major.
Penſatur quoque fruge labor gravis ille benigna.
Namque uno videas partu ter mille gemellos
Effundi, totique trahi venalia mundo
Scripta Sophûm. Vitreo ſolus plus gurgite Mœnus
Librorum, quam volvit aquas, hic præſtinat orbis,
Hora pares quoties adjungit lucibus umbras.
Non eſt, quod metuat male grati oblivia ſecli,
Non orbis tineæve minas; hac arte ſenectam
Qui ſcriptor poſuit, vernat renovatus in ævum,
In pretio quacunque patent Heliconia ſacra.
Omnia ſunt æterna typis emplaſtra Galeni,
Rauci jura fori, Sanctique oracla Sionis,
Pieridumq; reperta novem. Proh! quanta tuliſſet,
Cognita ſi priſcis ars noſtra commoda vitæ!
Dimidio minor eſt Tacitus, *plus mœret ademptum*
Livius, *& toto conſumptus corpore* Trogus
Vendicat à tenebris tanti niſi nominis umbram.
Heu ſeclum inſcitum! ſervaſſe monaſtica nobis
Retrimenta ſenum, laqueos peſteſque juventæ,
Extinxiſſe autem certiſſima lumina vitæ,
Rapta polo Phaëtontæis accenſa quadrigis,
Heroum manibus genuit quos maximus Hermes.
Sic lolium, ſic lappa virent, & ſemine vili
Per-

ta & ſublimi meditatione paratam, feliciter ex-

Perpetuant ſobolem, nulla formidine mortis.
Narciſſus, ſuaveſque roſæ ceſſante labore
Exſpirant, penituſque animos per inania fundunt
Ambroſias animas, nec ſpes datur ulla renaſci.
O Dea, quæ ſervas pereuntia dentibus ævi,
Fare, quis ingenio mirandas *extudit artes,*
*Quem Superûm primo Rex * eſt dignatus honore?*
Laus veterum eſt, meruiſſe omnis præconia famæ,
Et ſpreviſſe ſimul. Seſe extra quærere neſcit
Mercedem virtus; minus eſt, quodcunque rependas.
Vilia tollit humo venalis buccina plebis
Facta virûm, ſudatque premens ingentia livor.
An veluti, unde fluunt mediocria flumina, primæ
Monſtrantur ſcatebræ, Nili ignoratur origo,
Æthiopum ſemota jugis; ſic maxima rerum
Scire nefas, cauſaſque Deo transſcribere par eſt?
Humanum in ſiliquis minimiſque ſeneſcit acumen.

* FRIDERICVS III. ille eſt, qui Jo. MENTELIVM hoc honore decoravit.

Hoc circiter tempore (i.e. ineunte imperium *Alberto*, Duce Auſtriæ, inquit *Sleidanus* lib. 3. de quatuor ſummis imperiis p. 99.) *rurſus excitata fuerunt ingenia, quæ bonas artes, linguas atque literas excolere cœperunt. In Italia quidem primo, quum Græcorum illi ſtudiis adjuvarentur, poſt etiam apud Germanos, Gallos aliosque populos; & quum typographicum inventum accederet, maximaſque commoditates ad-*

extudit. Quod forte fortuna o) ſubolfaciens poſtea *Gutembergius*, ejusdem loci incola, ſed p) Arte meritorius, (contra quam alii haud

ferret, incredibile eſt, quam felix & optata fuerit facta progreſſio. Nunc enim perpetuatis ab illo tempore ſtudiis, eo deventum eſt, ut cum eruditiſſimis olim ſeculis hac atas noſtra conferri poſſit, & hoc nomine ſit inprimis beata, quod hanc optimarum artium & linguarum ſcientiam vera ſui cognitione Deus illuſtravit etiam, quum veteres illi, tantis literarum præſidiis inſtructi, homines eloquentiſſimi, profundis eſſent immerſi tenebris, & SVMMVM illud BONVM, de quo tam multa ſcripſerunt, fruſtra inveſtigarent.

n) quæ *proxima & quaſi conſanguinea ſapientiæ divinitatis eſt*, inquit *Columella* præf. libri I. de re ruſtica.

o) Poſtquam *Henricus Salmuth* in Tit. 12. *Pancirolli* notavit litem inter *Gutenbergium* & *Fuſtium*, advertit: Unde evidenter apparet, *Guttenbergium* nequaquam Artis Typographicæ inventorem eſſe &c. Vide etiam, quæ ex *Wimphelingio* habet *Mallincrot* p. 9. Diſſert. ſuæ de Typograph. Vbi non obſcure videbis huic noſtræ ſententiæ convenientia.

p) Ita *Serrarius* libris de rebus Moguntiacis p. 162. ubi miratur, cur quidam inter Patricios eum recenſeant.

Seth.Calviſius (de quo *Joſeph. Scaliger* Ep. 439. p. 733.

haud rite *Patricium* faciant) famulum ipſius, *Joannem Gensfleiſch* nomine, inani ſpe lactando corruptum q) turpiter ſeduxit, ac cum illo *Moguntiam* ſeceſſit. Quo in loco r) multa

733. *unus tandem, qui inſtar omnium erit accuratiſſimus & harum literarum peritiſſimus*, Sethus Calviſius, *Germanus* &c. vid. idem epiſt. 240. epiſt. 308 & epiſt. 404) in opere Chronol. p. 1105, quo loco *Gutenbergium* vocat aurificem Argentinenſem. Aurifex erat igitur *Gutenbergius*, ut *Calviſius* & *Serrarius* advertunt; ſed ut *Ulyſſes* habet apud *Ovid.* lib. 13. Metamorph. v. 150. ſqq.

- - - - *meritis expendite cauſam.*
Dummodo quod fratres Telamon Peleusque *fuerunt*,
Ajacis *meritum non ſit*, *nec ſanguinis ordo*,
Sed virtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.

Monſieur *Glaſſerus*, Bourgmaiſtre de Strasbourg, eſtant a Paris en Mars 1646. m'a dit, que *Guttenberg* ſervoit *Jean Mentel*, a faire les matrices des lettres, apresque *Jean Mentel* euſt inventé le moyen, de les faire tels, & de les adopter a l'imprimerie, de ſorte qu'il s'en uſa apres a Majence avec *Gensfleiſch*, ſe figurant, qu'il feroit fortune avec cet invention, & laiſſa ainſi *Jean Mentel.*

q) *pro:* turpiter, *lege:* male.

r) *pro:* multa ſecreto tentamenta, *pone:* plurima in ea tentamenta molitus eſt. Annon ejusce generis eſſet liber ille, ſeu horæ matutinæ, de quibus mentio-

ta ſecreto tentamenta molitus eſt, ductu quidem illius ſervi nequam ac perfidi: Donec tandem per impenſarum copiam, longe à ſua, Nomen opesque comparandi, deſtina-
p.6 tione jacens, preſſusque s) anguſtia rei domeſticæ, ſtatuit apud ſe, cum *Joanne Fauſto* cive Moguntino prædivite t) ſocietatem inire, qui una ſecum *Novitio* u) iſti *Invento* deſudaret. Nec ab eo repulſam eſt paſſus ille *Gu-*

tionem facit *Scaliger* filius, Epiſt. 273 lib. 3. *quas*, ait, *non ſingulis literis junctis, ut ſit hodie, excuſas, ſed in ſingulis paginis buxeis &c. atque illas primum eſſe fœtum Typographicum.*

s) *Bergellanus* in Encomio Chalcographiæ v. 109. ſqq. *Cumque illi ſtarent calata* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 20.)

Paupertatis Emblema apud *Alciatum* Embl. 120.

Dexter fert lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Ut me pluma levat, ſic grave mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Me niſi paupertas invida deprimeret.

Exclamat Comicus *Terentii* in Phorm. Act. I. ſc. 2. v. 44. & 70. *Paupertatem eſſe onus miſerum & valde grave*, usque adèo, ut etiam nobilem *ignobilem* faciat.

t) Pactum & ſocietatem *Gutenbergii* cum *Fauſto* notat *Henr. Salmuth* ad *Pancirollum* Tit. 12. & *Arnoldus Bergellanus* in Encom. Chalcograph. v. 245. ſqq. (vid. ſupra Part. I. pag. 28.)

u) *pro* iſti, *lege*: huic.

Gutembergius: quin, ut rerum novitate facile ducimur, acceptus atque cultus quam humaniſſime: usque dum nempe *Artis* ſecreta penetraſſet, & proprio poſſet in illa, (quod dicitur,) enare cortice. Nam ultra profecto x) inviſus fuit; ac ſublatis rupta fide, nec mora, rebus ſuis, pro ſumma pecuniæ, quam ex proprio ſui ipſius ære *Fauſtus* inſumpſiſſet; quaque ille *Gutemberg* pro ſymbola ſe neutiquam exemiſſet, y) dicam impegit. Ex quo certe contigerit, ut quæ z) *nulli audita Priorum* eatenus TYPOGRAPHIA, per omnem Europam diſſeminata ſit. Tumque *Fuſthin* cum *Scœffero*, Puero tum ſuo, quem nominat, ſeu famulo, cœpit z*) *Durandi Rationale*

x) *Bergellanus* loco citato, v. 253.
In partes abeunt &c.

y) Litis & dicæ utique mentionem faciunt *Salmuth* & *Bergellanus*, locis laudatis. Quin & *Mallincrot* p. 87. & 82. ubi ait, ipſum *Gutenbergium* repetiviſſe Argentinam, ubi multa monumenta Typographicæ artis ediderit. Inde colligit eundem *Gutenbergium* in gratiam rediiſſe cum *Ioanne Mentelio*, qui una poſtea operas ſuas impenderint in artem Typographicam.

z) *Homerus*, inquit *Julian*. Epiſt. 18, non alia ex cauſa dixit verba eſſe alata, niſi quia omnem in partem ire poſſunt, ut velociſſimæ aves, quocunque volunt, proſiliunt. p. 136.

z*) Vir Cl. *Gabr. Naudæus* teſtatur, ſe vidiſſe hunc li-

le Divinorum Officiorum typis committere: a) *Codicesque Sacros* duplici volumine comprehenſos in Folio; Nec non & b) alios generis hujus & alterius Libros: In quorum calce

librum Veneriis in Bibliotheca quadam; & Vir doctiſſimus *Bernardus a Mallinckrot* diſſert. de arte Typographica p. 67. ſe habere exemplar idem dicit, ubi erroris inſimulat ipſum *Henr. Salmuth* Commentariis ſuis in *Pancirollum*, ubi de Typographia, quod habeat de hoc opere: Præſens rationalis divinorum Codex officiorum (vid. ſupra Part. I. pag. 482. ſq.) Nam, inquit *Mallinckrot*, putat *Salmuth*, hunc codicem eſſe Biblia ſacra, cum ſit rationale divinorum officiorum *Guilh. Durandi*, Mimatenſis Epiſcopi, quem JCti Speculatorem vocant.

a) Non uno in loco tamen reperiuntur Pariſiis ejusmodi libri. Nam & apud Carmelitas plateæ Maubertinenſis, & apud monachos Sanctæ Crucis, illos ipſos videre eſt. Quomodo autem evenerit, ut eorum Exemplaria Pariſiis appulerint, vide *Walchium* in ſuis fabulis, ubi etiam de Typographia.

b) Hoc ita eſſe, potes animadvertere apud ipſum *Mallinckrot* c. 8. libri laudati, ubi ſeptem ſubſcriptiones impreſſorum quorundam operum à *Joan. Fuſt* & *Petro Scœffero* ſimul, & ab eodem *Scœffero* ſolum poſt ipſius *Fauſti*, ut colligere licet, obitum, in quibus nihil legas, quod id innuat.

Pariſiis apud Carmelitas ad Plateam *Mauberti* re-

ce *Typographicas* ſe velut c) *Operas*, non autem *Artis inventores*, expreſſa nominum adſcriptione profitentur. Ut proinde mirandum ſit, qua

reperitur in eorum Bibliotheca Codex Sacrorum Bibliorum, duobus voluminibus comprehenſus, in fol. in cujus quidem poſterioris partis fine hæc habes paribus literis, atque opus totum, exarata & impreſſa, cum inſignibus *Fuſtorum* & *Scœfferorum*, ut hic habes: *Præſens hoc opuſculum finitum ac completum, & ad Euſebiam Dei induſtrie in civitate Maguntinenſi per* Joannem Fuſt, *civem, &* Petrum Scœffer *de Gernsheim, Clericum Diœceſis ejusdem eſt conſummatum anno incarnationis Dominicæ* M CCCC LXII. *in Vigilia Aſſumtionis glorioſæ Virginis Mariæ.*

Quam quidem ſubſcriptionem ego *Jac. Mentel* hujusce Diſſertationis author legi multoties & exſcripſi die 29 Maji an. 1645. atque ex ipſiſmet voluminibus excerpſi, ex quibus quidem apparet, neque *Fuſt*, neque *Scœfferum* authorem fuiſſe Typographiæ; ſed, ut hic notatur, operas fuiſſe. Imo ſi ex illis ſuis verbis: *præſens hoc opuſculum finitum* &c. ſequeretur, *Fauſtum* & *Scœfferum* fuiſſe authores Typographiæ, meliori jure, ut exemplo id ſit, *Jacobus de Rubeis* dicetur inventor, licet tamen Typographus, hac ſubſcriptione in *Juvenalis* calce ſubjecta: Junii Juvenalis *Aquinatis Satyrarum libri impreſſi Venetiis diligentiſſime arte & ingenio* Jacobi de Rubeis, *natione Gallici, VIII. Kal. Maj.* an-

qua Poſteri eorum confidentia contra niti, d) inducere, futuramque aliter ætatem informare ſategerint: Quaſi vero mirificæ, maximeque poſt homines natos ſuſpiciendæ Herois laudati Induſtriæ, qua nimirum omnis Mundus illuſtratur, e) ſpiritusque ac ſan-

anno Chriſti M CCCC LXXV. *invicto Duce*, Petro Mocenico. Calderini *commentarii*, *editi Romæ*, *quum ibi publice profiteretur. Kal. Septemb.* M CCCC LXXIIII. *Defenſio comment.* Martial. *& recriminat. adverſus* Brotheum, *edit. Romæ K. Septemb.* M CCCC LXXIIII.

c) Ita loquitur *Eraſmus* ad *Oecolampad.* anni 1529. id. Julii operas *Frobenianas* nominat eos, qui in edendis libris ſuam *Frobenio* locabant operam.

d) *adde:* &.

e) *Plinius* in Panegyr. ad Traj. cap. 47. *Quid vitam? quid mores juventutis? quam principaliter formas? quem honorem dicendi magiſtris? quam dignationem ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia; quæ priorum temporum immanitas exiliis puniebat?*

Petronius Arbiter Satyr. c. 2. non abludit multum ab eadem loquendi formula, dum ait: *Iſtis effeciſtis, ut corpus orationis enervaretur & caderet. Grandis* (ſubdit) *& ut ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa & turgida; ſed naturali pulchritudine exſurgit.*

Quum ille ſe unum, inquit *Gellius* c. 4. lib. 18. *& unicum lectorem eſſe enarratoremque* Salluſtii *dice-*

ſanguis major Muſis infunditur, laboris,& p.7
vigiliarum ſumptuumque haud levium ope, à
ſuo *Authore* apparatæ ac editæ, ornatum ipſos
uſurpare conſentaneum ſit.

Non equidem invideo, quo minus quisque pro meritis honorem ambiat, ſectetur & eo fruatur liberrime: at me urit, ne quid celem, miſerrime, quosdam homines, ſervum pecus, intueri, vanis rerum intumeſcere, unoque & eodem pede, præſtantiſſimorum virorum memoriam ſusque deque habere aut obruere. Ecquis enim patienter ferret recoqui hanc cramben, quam IOANNES MENTELIVS, homo ille clariſſimus, & ſi unquam quisquam, ob incomparabilem *Typographiæ* inventionem, quam ſolus ipſe poſteritati imputare poteſt, æterna commendatione digniſſimus, aliquando damnaverat; dum *Gutembergium*, hoc ſibi laudis arrogantem, f) temeritatis accu-

ceret, neque primam tantum cutem ac ſpeciem ſententiarum, ſed ſanguinem quoque ipſum ac medullam verborum ejus eruere atque introſpicere penitus prædicaret.

f) Nonne eſt quædam accuſatio temeritatis in aliquo, cum illum oſtendis re illa, quam ſibi arrogabat, indignum omnino eſſe, nec ullam ex ea gloriam quærere debere. Ea demum temeritas eſt, cum tibi adſciſcis gloriam, qua indignus es. Te-

cuſaret, eo ſuprema *Frederici III Imperatoris* virtutum quarumvis amantiſſimi Principis, & (ut de illo habet g) *Cuſpinianus*) in ſingulis eas admirantis ac æquantis præmiis, authoritate interpoſita: Qui de illa re certior factus, MENTELLINVM noſtrum TYPOGRAPHICÆ *Artis Authorem* agnovit, atque ut ab omnibus Talis haberetur, ipſe manifeſta conſenſus ſignificatione præivit, præclara illa & illuſtri *juris Imaginum & inſignium Nobilitatis* ſponſione: Quibus quidem eam
p.8 ob cauſam, Ipſum ejusque Progeniem, non ſine magno verborum honore velut Triumphalibus Ornamentis donavit, Anno *Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto.* Quæ ejus Gen-

merarius eſt, qui non attendit ſatis ad ea, quæ adgreditur, uti *Gutenbergius* fecerat cum *Joan. Gensfleiſch.* Temeritatis accuſabat *Guttenbergium* etiam palam & publice, qui conabatur hanc Typographicæ inventionis laudem ſibi arrogare. *Nimium amantes mei amici quidam temerario editionis honore vulgaverant*, inquit *Quinctilianus* in Prooemio lib. I. Inſtit. Orat.

g) *Joannes Cuſpinianus* opus inſigne de Cæſaribus atque Impp. Rom. ſcripſit, ubi in *Friderico* III. Imperat. pag. 411. hæc habet: *Quæcunque vero ſub* Frederico *Imper. geſta ſunt in univerſis pene regnis*, Æneas Sylvius *expreſſit in libro, cui fecit inſcriptionem*, Europam. *Fuit autem virtutum aman-*

h) Gentiles ſuo etiam nunc jure præferunt, iisque legitime gloriantur; cujusmo-

---

mantiſſimus, *ſingulares virtutes in quovis homine admirabatur*, *præmiisque æquabat.*

h) Quis more *Caji Caligulæ* c. 35. apud *Svetonium veteræ familiarum inſignia ademeret nobiliſſimo cuique*, Torquato *torquem*, Cincinnato *crinem*, Cneio Pompeio *ſtirpis antiquæ* Magni *cognomen.* Idem Imperator *Virgilii* & *Titi Livii* ſcripta & imagines, paulum abfuit, quin ex omnibus Bibliothecis amoverit: quorum alterum, ut nullius ingenii, minimæque doctrinæ; alterum, ut verboſum in hiſtoria, negligentemque carpebat. inquit *Sueton.* c. 34.

Cicero I. Tuſcul. Quæſt. cap. 16. vocat gentilem ſuum *Servium Tullium*, Romanorum Regem, dum ait: Pherecydes Syrus *primum dixit animos hominum eſſe ſempiternos*: *Antiquus ſane*; *fuit enim meo regnante gentili.* *Georg. Lud. Frobenius* Epiſt. præfixa ſuo Penu Tulliano; Antiquum genus alte à ſanguine Regis Rom. *Servii Tullii* quingentis amplius annis deducens, Equeſtris Familiæ dignitate ac potentia claruit. Hæc ille; licet à *Salluſtio* novus Arpinas vocetur.

Origo ejus ex antiquiſſima & nobiliſſima gente Dominorum de Roca Lobeiaca in Cadurcis, *Avus* Benardus, *homo contumax*, *& præfracti ingenii*, *ſub* Ludovico *XII. cauſam capitis dicens apud Senatum Tholoſanum interfecti à ſe domini* de Luſechio, *patruelis ſui*, *neceſſitatem ſupplicii à ſe depulit*, *transactione*

modi ſequens i) Tabella ſubjicit oculis.



Ja-

cum orbis facta, & omni jure Roca Lobejaca à ſe in illos translato. Ita arcem ſuam longa majo-rum

rum ſerie ad ſe transmiſſam liberis interfecti transſcripſit, & avito patrimonio exutus, Aginnum Nitiobrigum ſeſe cum liberis ſuis recepit, uxore annis ante aliquot amiſſa. *Scaliger* Epiſt. de gente Scalig. p. 36.

Quibus viris ſi quis cœleſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis, illuſtrium imaginum ſerie deductus, in ortum ſalutaris principis noſtri confluеret, depoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere junxiſſent, ſervatam ab ipſis patriam communi ſtirpi ſervandam relicturi. Valerius Max. lib. II. c. IX.

i) *Ad Inſigne.* Corona hujusce Leonis aurea eſt, ut & Leo, & ſane id merito eſt ab Imperatore conceſſum; nam ſi quernea, ſeu frondea, ſeu civica, quæ eadem eſt, ille donaretur, qui civem circumventum ab hoſtibus exemiſſet, quanto majori dignus eſt honore, qui hominum omne genus circumventum ignorantia illuſtravit, & omnibus uno verbo profuit, ut *Joannes Mentel* ob Typographiæ inventionem. Itaque Imperator illum corona aurea, qua voluit ſua inſignia ornari, donavit, quæ corona debebatur iis, qui de omni gente optime meriti eſſent apud antiquos, inquit *Io. Laſcaris* in præfatione ad opera Jacobi de Partibus ad *Iacobum de Poneran.*

Ad pennas in corona. Sine ulla dubitatione ad ſcriptionem pertinet & Typographicum negotium, inquit *Mallinkrot* p. 110. de uſu & natura literarum, c. 22.

Ad Galeam. Il eſt conſtant dans l'hiſtoire de la famille de *Mentel*, que *Frederic* III. Empereur augmenta les armes de *Jehan Mentel* (desja noble) des couronnes, qui paroiſſent icy, & il ne fault point dire, que ſont certains, que quand le Caſque n'eſt point ouvert, cela ſignifie une premiere nobleſſe; car au tems de *Frederic* III. les nobles univerſellement avoient leurs Caſques fermés, ainſi que rapporte & en monſtre l'exemple *Goldaſtus* in Paræneticorum veterum p. 403. en ces termes: *Galeas*, inquit, *quæ Germanis Helmæ & brinnæ, etiam inſignia vilioribus data atque conceſſa ſunt.* Hæc ille, ubi rationem reddit, cur poſtea Galeæ clatratæ ſint.

Genealogia *Jacobi Mantelli.*

Porro is eſt ordo Generis *Jatobi Mantelli*, Doctoris Medici Pariſienſis, ut patrem habuerit *Claudium*, ille *Carolum*, (Carolus Mentelius uxorem duxerat *Barbaram Charpentier*, ortam monte Bonoculi, de mont de bon oeil) qui nec dum adoleſcentiæ proximus parentem ſuum amiſit, nomine *Joannem*, quem ex Alſatia benigne excepit Gallia, quo ſcilicet confugit, ut ſeſe *Caroli* V. Imperatoris iræ ſubtraheret; præbuerat nempe comitatum fratri ſuo *Jacobo Mentelio*, dum *Henrico* Regi Galliæ anno 1547. adduceret copias peditum, quem ideo capite plecti juſſit *Carolus*, (ut habent *Sleidanus* ad annum 1548. & *Thuanus* in Hiſt. ſui temp.) non aliam ob cauſam, quam quia *Henrico* Regi Gallorum copias adduxiſſet militum, dum Remis eſſet, ut coronaretur. Idem fatum manebat *Joanni* noſtro,

Jacobus Wimphelingus, k) *Hieronymus Gebuilerius*, l) *Andreas Althamerus* & m) *Jacobus Spiegelius*, qui Maximiliano, *Frederici* illius filio, fuit â Secretis atque ab Interioribus Conſiliis p.9

ſtro, ſi potuiſſet comprehendi. Hic ipſe porro *Ioannes* filius erat, ut & *Jacobus* laudatus, *Michaelis Mentelii*, de quo mentionem facit perhonorificam *Paradin* in hiſt. ſui temp. lib. 2. p. 39. ubi de obſidione Ticini. Ipſe autem *Michaël* patrem habuit alterum *Joannem*, filium ſcilicet *Joannis Mentel*, Prototypographi, cujus hic habes inſigne, quod illi confirmatat & corona penniſque adauxerat *Fridericus* de nomine III. anno 1466. ut in Textu laudatum eſt.

Recordabar, inquit *Budæus* ad *Franciſcum* Regem, libro priori de Philologia p. 39, *obſtrictam tuam fidem me habere, obſidem expectationis meæ, non illam modo communem ordinis gentilitii, quam tu peculiari jurejurando (ut ſupra dixi) nobilitatis imaginibus condecoraſti, aureorumque (ut ita dicam) annulorum jure donaſti, ſed ſanctiorem illam fidem & auguſtam, ſeriis rebus ſeverisque dedicatam, qua tute eas ſancire ſponſiones ſolitus es, quarum fiduciam certam eſſe jubes, atque exſpectationem nec anxiam, nec ſollicitam.* Ita & *Henricus* III. *Chopinum* nobilitavit.

k) Locus, ex quo hujus ſcriptoris autoritas vocanda atque appellanda videtur, eſt in Panegyri ſua Carolina, quam tum vorſa, tum proſa oratione habuit

liis, proindeque rei hujuſce non ignarus; Omnes cætera viri graves ac diligentiſſimi, adeoque ab ipſa TYPOGRAPHICÆ Artis Infantia florentes, ipſius ejusdem MANTELLI, ut PROTOTYPOGRAPHI mentionem cum

buit anno M DXXI. quæque eodem tempore, ſed & nuper, hoc eſt, an. M DC XLI. edita eſt iterum Argentorati, typis *Joan. Phil. Mulbii: foverunt & hac mœnia*, inquit p. 37. nov. edit. *praclara indolis homines & indigenas, & advenas, in noſtra Alſatia* (ſingulari tractatu Alſatiam celebrandam ſibi ſumpſerat) *olim viritim nominandos* &c. (vid. ſupra Part. II. p. 29. ſq.) Ubi dolendum eſt vere ipſi Alſatiæ, quod nondum in manus hominum pervenerint ea, quæ de hac provincia meditatus fuiſſe dicitur.

l) Eruditiſſimum Commentarium vulgavit ille ipſe *Althamerus* in librum *Corn. Taciti* de Moribus & Populis Germaniæ, cui, poſtquam primo edidiſſet, multa adjecit, plurima etiam mutavit, ut curæ poſteriores ſolent eſſe ſapientiores. Quæ quidem poſt hujus obitum, qui contigit circa annum 1535. a doctiſſimo Viro *Simone Fabricio* publicata ſunt anno ſcilicet 1580 Auguſtæ Vindelicor. ubi, dum de Excuſoria arte verba facit, quam inventam fuiſſe ait circa Dominicæ Incarnat. annum 1440. *Frederico* III. Imperatore a Viro Germano *Joanne Fauſt. Jacobus Wimphelingus*, ſubdit, conſtanter affirmat, Argentorati a *Joanne Gutenberg* excuſo-

cum pluribus aliis communem atque honorificam habuere.

Atque his optimæ fidei argumentis cum rei veritas ſatis conſtet & appareat, debet ſane *Moguntiæ* pudori eſſe, quod ſibi tam temere *Inventionem Typographiæ* arrogarit. Nec ullum putarim eo loci vel alibi offenſum iri, qui Leonis iſtius exuvias Alteri, bona mente, poſſit induere.

Ite ergo nunc omnes, ad vos utique me converto, Scriptores, qui hæc mundo illuxiſſe Authoribus aliis perperam contenditis: &, ſi quid in vobis ſuperat animi candoris, fateamini, quæſo, ingenue vulgi ore ac fabulis vos deceptos fuiſſe. Quod & fecit olim n) *Tullius* honeſte: In hoc maxime o) le-

ſoriam artem primum inventam: alii *Joannem Mentel* inventorem ſcribunt. Hæc ille p. 253.

m) Quem trium Imperatorum *Maximiliani* I. *Caroli* V. & *Ferdinandi* Secretarium & Conſiliarium vocat *Goldaſtus* in Diſcurſu Prolegom. Conſuetud. Imperialium.

n) Ita notatum a *Quinctiliano* lib. 3. Inſt. Orat. cap. 6. Hippocrates, *clarus arte medicinæ, videtur honeſtiſſime feciſſe, qui quosdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt. Et* M. Tullius *non dubitavit aliquos jam editos libros aliis poſtea ſcriptis ipſe damnare, ſicut* Catulum *atque* Lucullum, *& hos ipſos, de quibus modo ſum locutus*, artis Rhetoricæ. vid. lib. XIII. ad *Attic.* epiſt. 12. 13. 16. & 19.

o) levibus ingeniis diſſimiles, quod, cum ipſa nihil habeant, nihil etiam ſibi detrahunt.

Magna vero & excelſa decet ſimplex veri erroris confeſſio. Neque quiſquam, meo judicio, comparebit frontis adeo perfrictæ, qui teſtimonio huicce luculento non det manus; & præluſtri Cæſaris authoramento ſignatæ atque obvallatæ veritati, quam nec *Fauſtus* vivens videnſque, nec ipſe *Scœfferus*
p.10 inviderunt, p) oppedere audeat. Non

q) oc-

o) Ex *Cornelio Celſo* cap. 4. lib. 8. de re Med. id habetur.

p) contraïre. *Horatius* Satyr. 9. lib. I. v. 70. *Vis tu curtis Iudæis oppedere?* i. e. ut interpretatur *Lambinus: Vin tu Iudæorum religionem contemnere, irridere, ac pro nihilo putare?* Sed fortaſſe quis recentis authoris illius fidem ex novitate elevaret. Itaque vetuſtiorem ac proinde majorem adſciſcamus. *Acron Horatii*, ejusque adeo loci vetus interpres: *Vin tu curtis Iudæis oppedere?* inquit, *vis Judæos contemnere*, oppedere, contradicere, quaſi contra pedem opponere? Vt ne quis nos alterius & purioris verbi moneat, quaſi male ſonantem vocem hic appoſuiſſemus *veritati oppedere*; fulti verbis ejusdem *Lambini*, qui poſtquam, quæ ſupra relata, dixiſſet, ſubjungit, *Oppedere*, inquit, eſt *ventris crepitum in alterius odium & contumeliam edere*, *καταπέρδειν* & *ἀντιπέρδειν* græcis. Locutus eſt porro *Horat.* de Religione, ubi in nulla re magis

diſca-

q) occulta obtrudimus aut ficta, ſed plana, locupletioribusque & omni exceptione majoribus teſtimoniis inculcata atque aſſerta. Nec vero miretur aliquis, quod ex præcellentis eiuſcemodi Viri, r) qui humani faſtigium ingenii ſupergreſſus, *Chalcographiam* adinvenit, Succeſſoribus, quos numero ſatis felici s) Patriæ dedit & Ordini Patricio, nullus extiterit t), qui ſuo iſti Parenti decus u) illud aſtruxerit: præter unum x) *Ioannem Schotum*

diſcavendum eſſet vocibus obſcœnis; at nos de veritate tantum rei verba facimus. *Eraſmus* eadem phraſi uſus eſt Epiſt. I. lib. 20. ubi ait, *Lutheranos Cæſari & Pontifici oppedere.*

q) Hoc reſciri poteſt ex Codd. Imperatoriis, & ipſe *Jac. Spiegelius*, qui erat a ſecretis Imperatoris, id potuit videre.

r) *Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera cœli. Ovidius* L. XIV. Met.

s) *Juvenalis* Sat. 14. v. 70.

Gratum eſt, quod Patriæ civem populoque dediſti;
Si facis, ut patriæ ſit idoneus, utilis agris,
Utilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus & quibus hunc tu
Moribus inſtituas.

t) *adde*: hactenus.

u) *pro*: illud, *lege*: hocce, *& dele*, unum.

x) *Joannes Schottus* filius erat *Pet. Schotti*, Senatoris

tum, ipſius ejusdem MANTELLI ex filia nepotem: Qui dum ſemel notaret, non affecto tum multum ſuperiori ſeculo, *Ioannem Scœfferum*, dicti jam *Petri* prognatum & *Fauſti* quoque nepotem, TYPOGRAPHICÆ Artis, ut à Majoribus iſtis ſuis *Moguntiæ* repertæ, vana gloria ſuperbire, amice monuit, ut ſe contineret. (*olim*

Ne ſi forte ſuas, inquiebat, *repetitum venerit*
Grex Avium plumas, *moveat cornicula riſum*,
Furtivis nudata coloribus, &c.

Quod tamen cum ille nihili curaret, ac impotenti animo ſuæ iſti gloriolæ ultra velificari auderet; y) impoſuit Noſter plagiario pudorem, expreſſo nimirum ac publice prolato priori fronte Operum, quæ inde impreſſit, z) (nam

ris Argentinenſis clariſſimi, qui duxerat in uxorem *Ioannam Mentel*, filiam *Joannis* illius noſtri Prototypographi. De quo *Petro* verba facit *Melchior Adamus* in vita *Geileri* p. 7. Vitarum Theologorum, & in vita *Gutenbergii*.

y) Patet id ex Lexico Juris Civilis typis ab eodem *Joanne Schotto* excuſo Argentorati 1541. Et in Onomaſtico Medico *Brunfelſii* 1543, ubi inſignia ſupra p. 8. expreſſa depicta ſunt cum hac Epigraphe: *Inſigne Schottorum familiæ a* Friderico, *Romanorum Imperatore III.* Joanni Mentelin, *primo Typographiæ inventori conceſſum anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto.*

z) *Pom-*

(nam honeſtis adhuc, velutque laureatis eo tempore, manibus gaudebat Ars illa tractari) Nobilitatis laudato inſigni: Quod, quem verum meritoque primum TYPOGRAPHIÆ Authorem declaraverat quondam *Fredericus* Imperator, IOANNEM MENTEL nimirum; *p. 11* breviſſima in ambitu ſuo Epigraphe deſignaret. Cæteri vero familiæ illuſtris hujuſce, aut a) honoratioris Militiæ, aut b) magnificen-

z) *Pomponius Gauricus* c. X. de Cælatura p. 105, ubi de Toreutice, parte illius. *In hac plerosque nobiliſſimos honeſtiſſime verſatos ſcimus.*

Plinius lib. XXXV. cap. 10. de Diagraphices authoribus: Pamphili *auctoritate effectum eſt Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui exercerent, mox ut honeſti: perpetuo interdicto, ne ſervitia docerentur. Ideo neque in hac, neque in toreutice, ullius, qui ſervierit, opera celebrantur.*

a) *Guilh. Paradinus* in Hiſt. ſui temporis lib. II. cap. 1. pag. 38. meminit *Mantelli* in oppugnatione Ticini. vid. etiam *Sleidanus*, *Thuanus*, & alii. *Luckius* in Sylloge Numiſmatum elegantiorum Argentorati typis edita in fol. an. 1620 meminit numiſmatis cuſi de Imperio Caroli V. ob eam hiſtoriam p. 131, ubi multo maxima pars ejusce fami-

centioribus Pacis & Reipublicæ muneribus occupati, non potuerunt iſtas umbratilium ſermonum minutias conſectari.

Adde

miliæ alienas regiones, quas incoluerat, petiit & aufugit. Sed vide locum.

b) Vt *Hieronymus Mentelin*, in Epitaphiis Baſileenſis urbis. Cum Carolus V. familiam illam odiſſet, quam videret non alieno eſſe in Gallorum Regem animo, hæc ipſa huc illuc gentium diſperſa eſt. Quidam pedem fixere apud Helvetios, ut Pater *Hieronymi Mentelin*, qui quidem *Hieronymus* apud eos functus eſt ampliſſimis Reipubl. ſuæ muneribus: Cujus rei teſtis eſt illa inſcriptio ejusdem tumulo inſculpta anno 1616, ætatis ſuæ anno 59, quæ reperitur in *Epitaphiis Baſileenſibus* a filiis ſororis ejus ipſius *Mentelini* poſita, vid. p. 130. Idiomate Germanico exarata.

Gott allein die Ehr.

H. HIERONYMO MENTELIN; welchen ſein Schöpfer mit trefflicher Wolredenheit, Weiſheit und Ernſthaftigkeit: ſein Erlöſer mit wahrer Erkändnuß Gottes, und lebendiger Zuverſicht des Heils: ſeine Obrigkeit mit der Ehre eines Rahtsfreundts, Deputaten Geſandten, Dreyerherren und Oberſten Zunftmeiſters geziert, und zu Nutz dem Vatterland viel Jahrlang gebraucht hat: nachdem er zeitlicher Ehren und Gütern ſatt, den 6. Aug. Anno 1616. *ſeines Alters* 59. *Jahr, dieſer Welt Urlaub gegeben: hat ſeine betrübte Witwe Sara von Speyr,*

Adde quod ex quo *Carolus* V. Imperator Domum illam afflixit, c) morte multatis ex ea

Speyr, die 37. Jahr im friedſamen Eheſtand mit ihme gelebt, und übrigen, von ſeiner lieben Schweſter ſeligen erborne Erben, zur Anzeige ihrer ſchuldigen Liebe und Danckbarkeit, diß Gedenckzeichen auffrichten laſſen. Ihme auff jenen groſſen Tag mit allen Auserwehlten eine fröliche Aufferſtandtnuß ſeines Leibs von Hertzen wünſchende.

Traw nicht dem, was zergenglich iſt,
Dort dir ein beſſers iſt gerüſt.

c) Cum anno 1544. fœdera pacis inter ſe pepigiſſent *Franciſcus* I. Gallorum Rex, & *Carolus* V. Imperator, omnia videbantur tum in Germania, tum in Gallia ſperare otium & tranquillitatem. Qui ſtatus utrobique fuit per aliquot annos. Interim *Franciſcus* I. obiit anno nempe 1547, cui ſucceſſit hæreditario jure & merito *Henricus* II. Itaque ſe inaugurari in Regem ſtatim curavit, quod ut id fieret magnificentius, accivit externum militem, cujus Duces fuere *Iacobus* & *Ioannes Mentel*, *Thomas Wolphius* &c. ſub his Auſpiciis militis illuſtriſſimi *Sebaſtiani Vogelsbergii*. Convenere ergo Henricum illi Duces decem hominum centuriis ſtipati. Non poſſunt quippe otium pati Germani, ita bello dediti ſunt a natura. *Si civitas*, inquit *Tacitus* in libello de Germaniæ Moribus cap. 14 *in qua orti ſunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adoleſcentium petunt ultro alias nationes, quæ tunc tem-*

ea quibuſdam, qui Regi Galliæ honorifice militaſſent, plerique ſuperſtites ejuſce, digna-

temporis bellum aliquod gerunt, quia & ingrata genti illi quies, & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnumque Comitatum non niſi vi belloque tueantur. Hæc ille. In cauſa itaque fuit patriæ ſuæ otium, cur *Henricum* Regem Gallorum de nomine ſecundum convenerunt; eoque facilius, quod hæc Alſatiæ provincia Galliæ ſit finitima, ut notat *Rhenanus*, ubi de Argentorato: De hoc laudato milite & illis egregiis viris vide *Thuanum* in Hiſtoria ſui Temp. ad annum 1547. *Sleidanum* ad idem tempus & *Fontanum*, & noviſſime *Frant. de Mezeray* in Hiſtoire de France ſub *Henrico* II. ſtatim a principio.

Anno ſuperiore nempe 1547, ut notatur apud *Sleidan.* Comment. 19. lib. p. 325. *Galliæ Rex* Henricus *militem in Germania conducit per* Sebaſtianum Vogelsbergium, *ad ſigna decem, id erat Caſari ſuſpectum; itaque tum propter hanc cauſam, uti creditur, tum quod illos alia via poſſe coërceri putaret, Hala profectus iter ſuum in Germaniam ſuperiorem convertit.* Non multo poſt ait p. 326. B. *Miſſam audit Archi-Epiſcopi Remis Rex, & decantatis Evangelii verbis, ille nummos aliquot aureos, & panem argenteum, & vinum ad aram defert, & peractis ſacris cœnam Domini more ipſorum percipit; poſtea prandetur. In hunc uſum, & ne qua res hunc actum interturbaret, Rex volebat videri militem conduxiſſe*

gnationis alicujus & nominis, d) patrium ſolum vertere conſtituerunt, ut procul ab hu-

ſe Germanum, *ductore* Vogelsbergio, *ſicut ante diximus.* Deinde p. 345. inquit: *Proxime ſuperiori libro diximus de* Sebaſtiano Vogelsbergio, *qui decem ſigna peditum ad Galliæ Regem è Germania duxerat; is autumni tempore domum redierat dimiſſis copiis. Quod Gallo militaſſet, graviter & acerbe Cæſar tulit, & occaſionem expectans,* Lazaro Schvendio *dat negotium ejus comprehendendi. Venit is Wiſſeburgum, ubi domicilium ille habebat, & comprehenſum Auguſtam abducit. Mox habetur quæſtio per tormenta, & de nonnullis, qui jam ante venerant in ſuſpicionem ſocietatis Gallicæ, interrogatur, & quanquam magno quodam robore corporis ac animi per cruciatum nihil dixerat, tamen, quod in ſocietate rebellium fuiſſe, quod Cæſaris edicta violaſſe, quod inſidioſa tractaſſe conſilia diceretur, capitis damnatur & cum eo centuriones duo,* Jacobus Mantellus, & Thomas Wolffius. Hæc *Sleidanus* locis laudatis.

d) Ita ſane factum eſt, quod licet videre ex verbis *Sleidani* in Opere de Statu Rel. & Reip. quæ ſic habent p. 356. b. *putabatur Auguſta venturus* (Cæſar) *Argentoratum & terrorem multis adferebat, quod Conſtantiæ nuper evenerat, itaque ex nobilitate complures, & mercatores, & alii nonnulli, quod ſuis fortunis metuerent, neque Cæſarem vellent offendere, quum jus civitatis in ſenatu renunciaſſent, alio*

humano illo Jove & fulmine ſibi vitam tra-
du-

alio migrant non ſine tacita multorum reprehenſione.

Multi certe egreſſi ſunt Strasburgo, & ſua patria omnis ordinis, præcipue vero ii, qui incurrerant aliqua ex cauſa in Cæſaris indignationem, quos inter erant *Mentelii* non infimi in iſta provincia & urbe nominis; eoque potiſſimum nomine, quod Cæſar capite plecti juſſerat unum ex ea familia, nomine *Jacobum Mentel*, cum *Vogelsbergio* & *Wolphio*, quorum meminit *Thuanus* in Hiſt. ſui temporis. Sed non omnes iisdem in locis ſedem fixere; alii enim Baſileæ, unde *Hieronymus Mentelin* nuper h. e. anno 1617. cœlo receptus ducebat originem; alii alibi, puta *Maſpurgi*, hinc *Eliſabetha Mantelin*, cujus meminit *Chytræus* in deliciis orbis p. 841. Quidam in Gallias migravere, puta *Joan. Mentel*, qui cum *Jacobo* fratre militaverat *Henrico*, Gallorum Regi. Is autem conſedit ad Pagum, nomine Buſſiecre, prope urbem Caſtro-Theodorici, ibique poſt 8. circiter annos degit, inde vitam cum morte commutavit, relictis liberis aliquot, ex quorum numero erat *Carolus Mentelius*, Pater *Claudii* anno 1616 fatis functi. Epitaphium ejusdem illius *Joannis Mentelii* viſitur affixum parietibus Templi ejus pagi de Buſſiecre in hæc verba:

Cy giſt noble homme, *Jean Mentel*, vivant Eſcujer, natif du païs d'Alſace, lequel trepaſſa l'an 1556. le 12 Mars.

Verſus ſequentes ſunt ibidem inſculpti:

Pro

ducere liceret: ita ut e) miſeram potius ſortem dolendo poſt tempus impenderint, quam ſcribendo mentem admoverint. Sed & nemo, quod legerim, ſe unquam accinxit ad iſtud honoris & Elogii, data opera, MANTELLO præripiendum: uti nec illis quoque fuerit opus vindiciis: Imo quisque pro libitu, aut cæco f) quodam impetu, huic vel illi decora hujus *inventi* largitus eſt.

Ac illa ſuper eo diverſa, aut inconſtans multorum ſententia, futiles eloquentiæ vires *Adriano Junio* excitavit, ad annum Salutis M. D. LXXV. unaque tandem effecit, ut pari laudis ambitione pro patria decertaret in ſua *Batavia*; velutque olim iſti pro *Triſmegiſti*, *Herculis*, aut *Orphei*, vel magni Poëtarum Principis g) *Homeri*;

Pro patria excoluit Belli non degener artes
Floridulæ ætatis tempore Mentelius.
Compoſita pace, egregio cum milite Regis
Galli ſacra petit patre ſuo comite.
Criminis hinc labes illis a Cæſare ducta eſt,
Hoc Jano è patria cauſa fuitque fugæ.

e) Et *ipſi fortunæ erubeſcendum rogum*, ut inquit de *Pompejo Valerius Max.* cap. de Miraculis libr. 1. cap. 8. qui indigne cremabatur pro magnitudine ſuæ dignitatis & nominis.

f) *pro* quodam, *lege:* aliquo.

g) Ut Græci, quos *omnia ſua in immenſum tollere* ait *Macrob.* c. 24. lib. I. Saturn. ita & Batavi, *Boxbor-*

meri; ſic ille pro TYPOGRAPHORVM PRIMI popularitate, ſpes vanas donaret. Nec imprudenti forte conſilio id tentaſſet; ſi
p.12 cum Indigenis tantum aut decrepitis h), vel denique cum ipſis, qui nondum lavantur ære, pueris, apud quos ſolos fidem inveniet, ageretur. Sed cum, ſumma i) Popularium ejus præ-

hornius, *Scriverius*, *Bertius* &c. *Cicero* pro *Archia* cap. 8. Homerum, inquit, *Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt; permulti alii præterea pugnant inter ſe atque contendunt.* *Jac. Sannazarius* lib. 2. Epigramm. num. 5. de Patria *Homeri*:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ
Cedite jam; cœlum patria Mæonidæ eſt.

Et *Statius* V. Silvar. num. 3. v. 132. ſq.

- - - *Non omnibus ille* (Mæonides)
Verus, alit victos immanis gloria falſi.

Vide *Em. Cruceum* in *Statium* p. 95. & 96. *Sophocles* Tragœd. Electra p 224. edit. Pariſienſis Stephan. Qui bonis parentibus prognatus, Τίς εὐπατρίς, nemo enim generoſus adverſis rebus dignitatem ſuam vult deformari, obſcurus ut fiat.

h) *adde*: ſenibus.

i) Popularia agere per ludum ex *Laberio* apud *Paſſeratium* eſt vulgi more nugari & circulari: comme

præcipue imprudentia, ſecus acciderit, publicatis nimirum poſt hujus obitum ſuis de *Typographia Batavo Authore* k) figmentis: male admodum neceſſe eſt geri cum manibus illius, cujus memoriam ſentiant ea temeritate inquinari. Enimvero quænam alia ratio potuit illum impellere, ut id confingeret, quam hæc ipſa ſenſuum ac ſtudiorum diverſitas cum patriæ ſimul amore conjuncta? Dum nempe alios ille Sinenſibus, alios Cathaitanis, alios Moguntinenſibus, alios Gallis, alios denique aliis, plane ſuſpiciendum *Chalcographiæ* inventum deſtinare animadverteret, ac ſuper eo litem ſub judice adhuc poſitam eſſe ſibi perſuaderet: ut ſuas inde potiſſimum nugas exaggerandi occaſionem, cum verborum apparatu & nitore, amplexus ſit. Quæ,

 ſicut

me a fait *Junius*, & maintenant *Boxhornius*, parlant de l'inventeur de l'imprimerie, ubi pene tantum aliis ocyma cantant, ut ſuo heroi, quem vocant, *Coſtero* polluceant ſuis ſcriptis opipare.

k) *Adrianus Junius* nulla autoritate Vet. Scriptorum aſſerit, *Coſterum* fuiſſe Prototypographum; nullus eſt enim eruditorum, qui ab ipſa inventione Typographiæ ad ſuam ætatem usque id ſcribat. Sed non eſſet parui facienda Harlemi urbis opinio, *ſi ex ejus inventione quaſi per manus emanaſſet, atque ita avi, proavi, ita atavi & illorum patres exiſtimaſſent*, quod de *Vitruvio* dicit *Torellus Sarayna* in lib. de Verona p. 38.

ſicut & alia ſimilis notæ l) deliramenta, toti paſſim operi ſuo de *Batavia* inſerta, m) *Gerardo*

l) Ita notat *Mallinckrot*, nimirum futilia multa inſeruiſſe atque fabuloſa Hiſtoriæ ſuæ Batavicæ. Vnde quod habet *Sueton.* c. XX. in Calig. de hoc opere eſſet optandum: *ſed & certamen Græcæ latinæque facundiæ edidit, quo ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.* Spongia deletitia a *Varrone* dicitur, qua nimirum delebant Scripta. Hinc dicebat *Auguſtus* apud *Macrobium*, *Ajacem* in ſpongiam incubuiſſe, i.e. Tragœdiam ea deletam fuiſſe. *Beroald.* ad Sueton. ibid.

m) *Gerardus Noviomagus* in Diſſertat. de Batavorum Inſula ait, *maxima omnium ſeculorum inventa Germanorum ſunt, Bombarda videlicet, Typographia, Pyxis nautica chartaque; & ſi ad literas (ut ſtrenue jam faciunt plerique) acerrima liberrimaque ingenia contulerint, Italiam atque Græciam brevi infra ſe videbunt. Nam qualis ſit in ſacris humaniſque literis* Deſiderius Eraſmus, *Batavorum Germanorumque immortale decus, totus novit orbis*; epiſt. præfixa ad *Nicolaum Boſcaducenſem*, anno 1520. quod deſumpſit ex *Pet. Montani* lib. I. Adagiorum, anno 1504 editorum, ubi ſic ait: *Maxima omnium ſeculorum inventa Germanorum ſunt Bombarda, & Chalcographia. Pyxidem nauticam &*

do Noviomago aut *Adriano Barlando*, n) patriarum rerum callentiſſimis hominibus, & gentis ſuæ, cu-

& chartam non negabunt Itali, maxima parte inventa eſſe Gallorum & Hiſpanorum, quibus namque in rebus arduis auxilia non defuere Germanorum &c.

n) Inde colligere eſt, quod res etiam minutas proſequantur & deſcribant in quaque urbe repertas & laudandas. Ipſe namque *Adr. Barlandus* Roterodamum effert eo, quod nobis ſuſtulerit & extulerit ipſum *Eraſmum.* (adde *Cluverum* lib. 2. Introd. in Geogr. p. 62. nihil Harlemo tribuere.) Quin & meminit nemoris ipſi urbi Harlemo proxime ſiti; imo ubi meminit Aloſtenſis oppidi, *quod*, inquit, *ad poſteros nobile reddidit tot excuſis in omni prope diſciplinarum genere pulcherrimis libris* Theodoricus, *Aloſtenſis Typographus.* Cur ergo non recenſuiſſet Typographiam, quam poſteriores dicunt illius potiſſimum nemoris ergo inventam fuiſſe, dum videlicet in eo, neſcio quid nugarum meditans, deambulando *Coſterus* effinxiſſet literas corticibus arborum: Sed longe aberat ab ea cogitatione, ut ſuis popularibus id gloriæ concederet, nam p. 34. ſuarum Hiſtoriar. an. 1457. inquit libraria impreſſio apud Italos vulgari cœpta, & p. 33. meminerat inventionis artis Typographiæ apud Moguntiam primum vulgatæ, dixit *inventa*, ſed non penitus rem noverat. Cæterum *Joſephus Scaliger* lib. 3. Epiſtolarum Epiſt. 273. ad *Joan. Caſelium*

cujus Hiſtoriam prius ad unguem rimati fuerant atque proſequuti, o) laudum vel minutarum cupientiſſimis, nequaquam ſuccurrerant. Neque *Petrus Montanus*, gravis utique ſcriptor & ipſe *Batavus*, p) ac prius quam *Junius* ipſe naſceretur, denatus, cuique propterea Bibliopegam iſtum Silicernium, ac eum, quem citat pro gravi aliquo etiam teſte, q) *Nicolaum*

lium ait: Nos ipſi vidimus horas matutinas Berenicæ Ludroniæ &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 845. not) Ex quibus colligere eſt, *Scaligerum*, qui, cum hæc ſcriberet, erat Lugduni Batavorum, tribuiſſe Germano homini inventionem Typographiæ, non Batavo, cum dicat: *Omnino manum eſſe hominis Germani putares hunc primum artis Typographiæ fœtum.* Neque etiam idem *Scaliger*, cum recenſet miracula Hollandiæ, refert inter illa inventionem Typographiæ. Mſr. *Cotteler*, demeurant a la rue des mort fondus m'a monſtré de ces pages de buys; mais elles ne ſembloient pas avoir tant d'années. D'ailleurs l'on ne doit de là inferer, que la Hollande les aye inventées la premiere, & que ce ſoit la premiere façon d'imprimer.

o) *ſic corrige*: laudum vel minutiſſimarum occaſionem depereuntibus.

p) *ſic pone*: Ac antequam naſceretur *Adr. Junius*, ille denatus. Autor eſt *Julius Marathus ante paucos, quam naſceretur* Auguſtus, *menſes prodigium Romæ eſſe factum. Suetonius* in *Auguſto* c. 94.

q)

colaum Galium, pueritiæ ſuæ formatorem; ipſumque adeo *Coſteri* Generum, *Thomam Petrum* (de cujus Liberis, quod & eo retulit, nemo dubitaret,) familiares aut ſaltem notos fuiſſe veriſimile eſt; prima iſta Magiſtræ Artis ſpecimina r) Hollandis ſuis vana prædicatione attribuit, ſed Germanis, quos ab illis diſtinguit, adagiorum primo, conceptiſſimis verbis.

Sed & iſtis præterea magis inepta proponunt ac ſubnectunt s) alii: quæ, quia nonnulli

q) Abecedarius Magiſter *Adr. Junii Galius* fuit.

r) Diſtinguuntur Hollandi a Germanis nomine Batavorum & Belgicorum. vid. *Cæſar* lib. I. de Bello Gallico in principio. Licet hodie Bataviam vocent inferiorem Germaniam, ſed male & abuſive.

s) Quos inter ſunt *Ludov. Guicciardinus* in Belgii deſcriptione, ubi de Harlemo: Quidam in Appendice ad eundem *Guicciardinum*, *Adrianus Romanus* in parvo Theatro Vrbium p. 27. cui innituntur maxime cœteri, quamvis idem *Adrianus Romanus* nihil definiviſſe viſus, cum dicat: *Quamvis*, inquit, *hoc beneficii Moguntinenſi urbi acceptum referant alii* &c. *Valerius Andreas* in Belgicarum urbium nomenclatura, quam Bibliothecæ ſuæ præmiſit de eodem Harlemo. *Franciſc. Sunertius*, *Matthæus Quadus*, *Miræus*, *Beyerlingus*, *Janus Rutgerſius* in confutatione fabulæ *Burdonum* p. 290. 1. 2. 3. edit. Lugd. Batav. an. 1617. *Scriverius* & præcipue *Boxhornius* ac *Bertius*.

li probitate & ſcientia ſpectabiles t) Viri jam abunde confutarunt; ac nihil inſuper illis, u) auribus ni vere Batavis, comparatum atque

t) Illi viri illuſtres ſunt *Nic. Serrarius* libb. I. capp. 36. 37. 38. 39. vindicant artem Chalcographiæ ipſi Moguntiæ urbi. *Bernh. Mallinckrot* Diſſert. longa ſatis de Ortu & Progreſſu Typographiæ paſſim, & tota, ſed proprie cap. hujus Diſſert. VI. p. 51. *Petrus Lambecius* narravit mihi, *D. Voſſium* poſtulaſſe ab illo, ut in gratiam Hollandorum de inventione Typographiæ ſcriberet.

u) Satis ſuperque ex dictis probatur, Typographiam Batavis non deberi, nec argumenta, quæ pro iis afferunt illi, qui ab eorum partibus ſtant, quicquam valere poſſe, ratum eſt, niſi fortaſſe incolis ejusce regionis; nam ut cuique ſuum pulchrum eſt, & deformem puerum pater ut plurimum *Patum* & *Pullum* appellat, ut habet *Horatius* Serm. I. ſat. 3. v. 45. ita qualia, qualia, quæ dicentur in gratiam Hollandiæ pro Typographiæ inventione, placebunt Batavis auribus, ut loquimur: non enim injuriam illam facimus, quam *Martialis*, dum ait: *Aurem qui modo non habet Batavam*, i. e. ſtupidam. Qui quidem *Martialis* in eo faventem ſuæ opinioni habet *Tacitum*, qui Batavos inſulſos & ſtupidos exiſtimat. Quod & notat in Germaniæ deſcriptione *Munſterus* ſtatim initio, quæ reperitur Tom. I. Hiſtor. Operis in 4. digeſti, idque p. 470. Sed & ipſe *Turnebus* uſus eſt illa Parœmia c. 19. lib. X. Ad-

que dignum opponi conſpiciam, ea mittam. Ad quid enim in hiſce morarer, cum ſatis ſuper-

Adverſar. ubi ait: *ſe annotaſſe quædam in* Catonem, *quæ non fore inſuavia putat his, quorum non eſt Abderitanum pectus, aut auris Batava, aut fatuum palatum.* Itaque, ſi *Boxhornius* aut alius quispiam Batavus conqueratur, hic judicio peribit ſuo, nam ſe talem demonſtrabit, qualem *Martialis* Epigr. 82. lib. 6. v. 6. intelligit, aut ipſe *Tacitus* ſupra laudatus, ſiquidem non intelligat latine hic dictum, *Auribus ni forte Batavis*, nam ibi non probro vertitur ullo ipſi genti Batavorum. In eo proverbio *Scriverius* multus eſt p. 152. & ſeq. Animadverſ. ſuarum in *Martialem:* ſed & vide *Eraſmum* in Chiliadibus. vid. *Cruceum* in Muſcario ad *Statii* ſylvas p. 29. ubi Bataviam ita taxavit, non totam, ſed novam.

Sed audio *Boxhornium* graviter admodum & inique ferre hæc a me prolata verba: auribus ni forte Batavis, quaſi aut in ſe, qui tamen origine & popularitate Brabantus eſt, aut in Batavos reliquos vellem quid atrocioris verbi & infamis protuliſſe. Abſit! Itaque non muto periodum, ſed κεκύβικα (ſic apud *Cicer.* legi voluit *Boſius*, quem vide Tom. II. Epp. ad *Attic.* ed. Græv. p. 463. ſq. ubi *Græv.* edidit κέκρικα) verbum eſt *Ciceronis* Epiſt. 31. lib. 13. ad Atticum. i. e. in cubi & teſſeræ modum me conformo, & decreto meo firmiter inſiſto, inquit *Boſius* p. 294. ſuorum Commentariorum.

perque probaverim ante, plenius alias, ſi res poſtulet, confecturus, admirabilem illam & æternitati ſacram TYPOGRAPHIÆ ARTEM, Anno M. CCCC. XLII. Æræ noſtræ, ARGENTORATI excogitatam, IOANNI MENTELLO, viro clariſſimo, acceptam merito jure eſſe referendam.

a) JA-

a) JACOBI MENTELII
b) PATRICII
CASTRO - THEODORICENSIS,
DE VERA

TYPOGRAPHIÆ
ORIGINE

c) PARÆNESIS,

AD SAPIENTISSIMVM VIRVM,
D. BERNARDVM A MALLINKROT,
Monaſterienſem Decanum.

PARISIIS
Ex officina *ROBERTI BALLARD*,
Architypographi rei muſices Regis, ad ſignum Parnaſſi Montis, in vico Sancti Joannis Bellovacenſis.
M DC L.

d) AD

Mentelius Mallinkrotio.

a) En ad Te, Vir optime atque ſpectatiſſime, Paræneſis,quam mihi tandem neceſſitas veritatis extorſit; ſic ut inde ſperem ideo æquiores animos, eoque magis, quod mihi res ſit cum *Malinkrotio*, hoc eſt, homine non tantum eruditionis & ſapientiæ meritis inſigni, ſed &, (quo uno hic feror) veritatis amante. Vale.

b) Antiqua familia natus & nobilis. Patricii & plebeji opponuntur. Vid. Lexicon Philolog. *Martinii*,verbo *Patricius*, ubi expreſſa hic ſignificatio. *Plaut.* in Captivis: (Act. V, Sc. IV. v. 5. ſq.)

Nam

p. 1

d) AD LECTOREM

Sex anni ſunt, mi Lector, cum prodiit in vulgus Anonymi *EXCURSUS de Authore TYPOGRAPHIÆ*, e) *locoque inventio-*

Nam ubi illo adveni, quaſi patriciis pueris aut monedulæ,
Aut Anates, aut Coturnices dantur, quicum luſitent.
Joſ. Scalig. Ep. 273. ad *Joh. Caſelium*, dum conqueritur adverſus eos, qui negabant, ſe è *Scaligerorum Veronenſ.* gente: *Ita porco* Riccobono, inquit, *& Semimoſcovitæ* Guilandino *placuit, quorum lege curiata à Patriciis ad Plebem nobis tranſeundum eſt.*

c) *Poſtulatio* velim, loco *Parænesis.* Eſt enim poſtulatio, ut inquit *Ulpianus*, cum apud eum, qui juriſdictioni præeſt, vel noſtrum vel alienum deſiderium exponimus; vel etiam alicujus deſiderio refragamur, ut facit *Mallinkrotius* de Typographiæ origine.

d) Ad Senatorem Clariſſimum.

Fecit non una ratio, Vir illuſtriſſime, ut ad eam, quæ pro tribunali jam ſiſtit ſe tibi, cauſſam acceſſerim; nam & oppreſſa id à me veritas flagitavit; & quod viderem indignis referri laudem illius Typographiæ inventionis: Quibus addam amorem vindicandæ ab errore poſteritatis. Si belle obierim partes meas, genti noſtræ gratulor, cui ſua ſic hæreditas velut poſtliminio, te judice, revertetur. Gratulor, inquam, nec gratulor. e) *le-*

tionis illius ac tempore: quo Virum illuſtrem IOANNEM MENTELIVM, eam ARGENTORATI primum inſtituiſſe patebat. Hunc cum ſpectabilis ille Monaſterienſis Decanus, *Bernardus à Malinkrot*, legiſſet, ſubſcribere atque adquieſcere adhuc renuens, Pariſios ad f) Amicum, à quo *Excurſum* acceperat, inter alia reſpondit: *De Typographicæ Artis exortu Commentationem avidiſſima lectione devoravi, nec docti Viri de honore agnationis & parentelæ ſuæ ſolliciti inſtitutum diſplicet. Ut tamen pro ea, quæ bonis literis & earum cultoribus debetur libertate qualecunque judicium meum non ſubticeam; non perſvadet mihi, quæ de* Mentelio *ſuo &* Argentina *aſſerit. Quod argumentum ante pauculos annos paulo poſt meum de hac eadem re antea evulgatum conatum itidem tractavit vernaculo idiomate Argentinas aliquis. Quorum utrique, ut & forte aliis aliquando reſpondebo, daturus operam, ut una eademque fidelia non duos, ſed plures dealbem parietes. Boni ominis ergo hac proverbiali phraſi uti placuit, honorifice enim à me tractabuntur omnes, nec cuiquam præbebitur à candoris amatore vel minima denigrationis ſuſpicio. Vtinam autem* Excurſus *is Author, qui ad eludendam domeſtici teſtimonii elevationem Nomen ſuum prudenter ſubticuit, ipſa formalia Cæſarei obtenti privilegii & conceſſorum Inſignium adjeciſſet; certe luciæ* P. 2. P. 3.

e) *lege*: loco inventionis illius ac tempore, quo primum inventa eſt: Ubi virum &c.

f) i. e. *Guidon. Patinum*, D. Medic. & Prof. Regium.

lucis haud minimum inde hauriretur. Nec parum ille cauſa ſuæ hoc ſilentio obfuit, ſi ipſemet Imperator dederit MENTELIANÆ *primordiali* INVENTIONI *in illo Diplomate ſuo teſtimonium.*

Hactenus publicam Malinkrotianæ illius vocis fidem, atque ad authorem EXCURSUS reſponſionem fruſtra expectavimus: Sed cum morari ulterius ac ampliare tæderet, manum tabulæ admovimus, & vindiciarum ſtadium ante occupantes ſecuri, ſolide *Malinkrotium* ipſum præveniendum eſſe duximus. Nec g) inconciliate id negotium ſuſcepiſſe videbimur, in quo præterquam quod ex officio nobis incumberet, ſarta tectaque præſtare h) Gentis noſtræ ornamenta decoraque (p. 4) non minima; præterea veritas in EXCVRSV poſita defenditur, & à profanis æque ac ignobilibus revocatur ad ſuos gloria TYPOGRAPHICES inventionis. Hæc mens, is ſcopus eſt reſcriptæ ad *Malinkrotium* Parænefeωs; quam pro ſtudio, quo ferimur liberandæ ab errore Poſteritatis, etiam vulgare voluimus. Interim dum meliora ac præſentiora parantur ab ARGENTORATENSIBVS, Vale.

JA-

g) *lege:* inconſiderate, *Cic. de fato.*

h) *Ipſi de ea judicavere Græci*, inquit *Plinius* lib. III, cap. 5. Hiſt. Nat, *Genus in gloriam ſuam effuſiſſimum* &c.

JACOBI MENTELII p.1
PATRICII
CASTRO-THEODORICENSIS,
PRO
TYPOGRAPHIA
ARGENTORATENSIBVS
VINDICATA, SVOQVE AVTHORI
reſtituta atque aſſerta,
i) PARÆNESIS.
AD SAPIENTISSIMVM VIRVM
D. BERNARDVM A MALINKROT,
Monaſterienſem Decanum.

Iam dudum Te (Vir Meritiſſime) debueram ſane nonnullius ex meis Epiſtolæ cultu ſalutare, aut quopiam alio ſermone compellare; non ſolum tuorum in literis meritorum ratione, Diſſertationisque adeo illius, quam de ortu & progreſſu TY- p.2 POGRAPHIÆ edidiſti; ſed & mei ipſius, qui tacitus in hanc *Cauſam* vocari viderer. Verum enim vero, quæ mea eſt ingenuitas, non poteram ego illi animos ſumere. Neque dum poſſem profecto, niſi de tuis ad ſe *literis* monuiſſet me *Guido Patinus*, Pariſ. Doctor Medicus, homo & humaniſſimus & eruditiſſimus: Ex quibus accepi, Te horulam inſumpſiſſe legendo *Excurſui* illi *brevi de loco, tem-*

i) Parænesis fit adverſus *Naudæum*, qui impugnare auſus eſt Authorem excurſus.

pore & Authore inventionis Typographiæ: At utique improbatum Te ire, quæ de *Mentelio* & *Argentorato* k) teneret. In ſumma Te in eo requirere Imperatoris Reſcriptum, quo *Vir* ille *divinus* præ quocunque elatus ſit, ac cœlo iſtius, ut ita dicam, honoris in antiquam ſuæ gentis dignitatem aſſurgentis, adſcriptus ac poſitus ob INVENTAM ARTEM illam ſupra omnes mirandam.

Ubi doleo certe, hunc minus enucleate id *negotii* expoſuiſſe, quo à præjudicata pro *Moguntinenſibus* opinione dimovereris. Cum enim animi moribus hisce ſis præditus, quales neque candidiores veræque virtutis ſtudioſiores ullus habuerit; neque queis demum devinctior ſit ipſa *veritas*, ut ex dictis jam tuis ad laudatum, & ut *Homeri* voce utar, *ἀμύμονα Medicum, literis*; eaque inſuper liberalis & ingenui hominis effigie, quæ tua eſt, *Diſſertationis* p. 3 tuæ *Fronti* affixa, licet colligere. Nullus dubito ſane, quin alias herbam illi porrexiſſes: jamque iſtud, quod nolles, Tu ipſe crederes; ac ejuratis *Moguntinenſium* partibus, easdem, quas l) ille, amplecterėris, imo defenderes, eloquentiæ vi ſumma, qua polles. Unde hîc optarem enixe, & ſimilem facultatem, & opportunius ſcribendi genus; quo affectûs omnis expers, ut me eſſe profiteor, hoc apud te

k) *adde*: ille. *Lin.* 8. *dele*: illam.

l) ſc. Author excurſus.

te deducerem luculentius (quamvis nec gravioribus, nec firmioribus id valerem argumentis.) Et vero quid illis tam ad ipſum adſtruendum, quam utique confirmandum, honorem decusque valentius ac evidentius ſuppeditari poteſt? Ita quippe ſe gerit Author *Excurſus*, ut ſtatim à limine tactis vel leviſſime, tum *Harlemenſium* ſuper ea re cum *Moguntinenſibus*, tum horum inter ſe diſſidiis; aſſignatoque *Tempore*, quo *Ars* ipſa reperta eſt, nempe anno 1440 *Frederico* III Principe optimo, *Fabio*que quam *Marcello* propiore, imperium ineunte, (nam

Quæ dedit Ars *nobis impreſſos ære libellos,*
Facta ſub hoc primum Cæſare nota fuit.

inquit veſtras *Sabinus* in m) *Germanicis Cæſaribus*. Ars, inquam, ipſa, quæ ſubtiliſſimo plane modo novitatem vetuſtis, authoritatem recentibus, nitorem obſoletis, n) immortalitatem

m) ad *Fridericum* III.

n) *Ille, cum cerneret prælium circa Bibliothecæ Φυτευτήριον, divinam illam & Jovis cerebro dignam artem Typographicam huc tanquam de cœlo devocavit* &c. *Strachanus* in Coronide Panegyr. Academiæ *Aberdonienſis* Scotiæ p. 37, ubi laudes proſequitur *Alexandri Rhadi*, Medici Londinenſis, qui artem Typographicam primus in Scotiam detulit. *Typographeion ſemen eſt; libri fructus ſunt* &c. idem *Strachanus* ibidem. *Pierre Meſſie* en ſes diverſes Le-

p.4 tem denique alteram, verbo complector, hominibus comparavit, IOANNEM MENTELIVM hujus INVENTOREM agnoſcit. Eximie, fateor, de poſteritate meriti ſunt illi, qui primi *Verborum Elementa* ſignare certis *figurationibus* docuere, quos o) *Julianus* quidam Scriptor antiquus, nec, ſi bene judicem, aſpernandus (quem ego primus, quod ſciam, ſuo nomine laudaverim, ex tenuis quidem, ſed numeroſioribus fortaſſis æquandæ *Bibliothecæ* meæ MS. Codice ſub capite p) de *Literarum Inventoribus* ſenis verſibus ita complexus eſt:

> Moyſes *primus Hebræas exaravit Literas,*
> *Mente* Phœnices *ſagaci condiderunt Atticas,*
> *Quas Latini ſcriptitamus*, edidit Nicoſtrata:
> Abraham *Syras*, *& idem repperit Chaldaicas,*

Iſis

Leçons Chap. 2. de la 3me partie; *Unde libri nomen, unde calami*?

o) An *Julianus* ille ſit is Rhetor, de quo *A. Gellius* cap. 4. lib. 1. Noct. Attic. *Antonius Julianus,* Rhetor perquam fuit honeſti atque amœni ingenii &c. vide ibi plura.

p) Evander *venerabilis vir miraculo literarum rei novæ inter rudes artium homines*, inquit *Livius* initio I. Decadis lib. I. cap. 7. Ramus *duo reperit ſummis laudibus prædicanda*, inquit *Nic. Nancelius* in ejus vita p. 37. Hoc tamen notatum fuit ante quadringentos annos, nempe a *Johanne Sarisberienſi* cap. 34. lib. 4. ſui Metalogici, quem vide.

Iſis *arte non minore protulit Ægyptias*,
q) Gulphila *prompſit Getarum*, *quas habemus ultimas*.

Magnum illud eſt mehercule munus, quo mundum univerſum bearunt, ac ſibi pariter devinxerunt: Sed earum ipſarum uſum talem tantumque, qualem & quantum invexit CHALCOGRAPHICE, explicaſſe, multo quid majus eſt ac eminentius. Sic ut præſtiterit Author illius, quod tantis Heroibus imputare poſſet. Sed ut eo revertar, unde digreſſus ſum: Vbi Author *Excurſus Harlemenſium* ſimul & *Moguntinenſium* rationes, non ſubleſtæ modo fidei, ſed & miſerrime intricatas, ac ſibi minime convenientes inter ſe, in errore ac mendacio revinxit; ac dum primùm tentata eſt *Inventio*, notavit; quæ in ipſa deinde contigere, proſequitur; quæque in cauſa fuêre, cur in hac *Laurea* Prærogativam ſibi arrogaverit *Moguntia*, hoc eſt, eo Loci *Seceſſus* ad Annum MCCCC L. cujusdam è ſervis ipſius INVENTORIS, *Joannis Genſfleiſch* vocati, (qui famulandum inter, Herum, ſuam ſedulo adnitentem ad *artem*, obſervando, de ipſa pleraque; ut ſolertiæ non vulgaris erat, animo p. 5

Q 3 com-

q) *Gulphilas*, Gothorum Epiſcopus, Gothicas reperit literas. Florebat *Valentiniani* & *Valentis* Imperatorum temporibus. *Guilh. Paſtregicus* lit. G. ſui libri de rerum originibus, fol. 35.

comprehenderat) una cum *Ioanne Gutembergio* Aurifice, tum *Argentorati* commorante.

Quo quidem aliqua *Menteliana* iſtius *Artis* Specimina ſategerunt, ac primitus ediderunt. Vnde cum Patria foret utrique *Moguntia*, (neque enim *Trithemio* aut *Bergellano*, qui hoc etiam dixerunt de *Gutembergio*, quemquam refragaturum exiſtimo,) evenit certe, ut *Scriptorum* vulgus omne crediderit, ac etiamnum credat, *Typographiæ* ortum hinc eſſe petendum.

Scimus quippe, nec ignoras, (Vir ornatiſſime) licet diſſimules, his eam laudem neutiquam deberi; ſed potius infamiam (nequid p.6 pejus efferam in Fugitivorum memoriam, qui eo majorem à probis omnibus r) merentur invidiam, quo magis *Amico* ſibi viro ac *Nobili* fecerunt injuriam, ac in tantam improbitatem durarunt. Nec ſuus hic ſermo eſt, ſed quem tradit *Argentinenſe Chronicon* ad Annum MCCCC XL: Anno, inquit, Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo, *als zum drittenmahl von der Küfferzunft zum Ammeiſter* &c. Quæ latine ſic ſonant: *Cum è tribu* Vietorum *tertium in Conſulem eſſet electus Dominus* Nicolaus Schanlitt, *& Prætura urbana fungerentur* Walterus Spiegel, Burchardus à Müllenheim, Cuno zum Treubel, Joannes Balthaſar ab Endingen: *Eximia illa & mire utilis* TYPOGRAPHIA Strasburgi *inventa eſt, ab incomparabili viro* JOANNE MENTE-

r) *lege*: commerentur.

TELIO, *habitante in foro* Fronhoff, *in ædibus vero* Thiergarten, *hoc eſt*, Luſtri, *vulgo nuncupatis. Quod diviniſſimum opus non celavit unum ex famulis ſuis, ſibi dexteritate ingenii atque acumine notum*, Joannem Gensfleiſch *vocatum*, *& illum Moguntinenſem*, *ut abs illo in ea re juvaretur. Sed male feriatus is ſervus*, *ubi quadantenus iſtius induſtriæ fuit conſcius*, *nequiſſime cum Hero ſe geſſit. Nam cum* Jo. Gutembergio, *populari ſuo*, *pinguis cenſus homine*, *ac vita ſorte Aurifice*, *ſe ſocians*, *qui jam de Arte quidpiam ſubodorabatur*, (ut meritoria cujus opera fabricandis ad id inſtrumentis uſus ante fuiſſet MENTELIVS) *ſecreta*, *quæ à Patrono fuerat expiſcatus*, *detexit. Ac ſic utrique cum nova & illuſtria per ipſam Nomina comparandi ſpes foret*, *nec tamen impune id* Argentorati, *ubi eſſet* INVENTOR, *poſſent conſequi: illac egredi apud ſe conſtituerunt*, *ac* Moguntiam *profecti ſunt.* p.7

En vernacula, & ex tripode quaſi profecta Ephemeridum ELSATIÆ publicarum *Hiſtoria.* Cui ſubſcribit & aliud *Chronicon* idiomate ſimili conceptum, manuque polita ante annos CLXX. exaratum, quod vidimus hisce oculis, ac s) legiſſe teſtamur, quantum noſtra referret, retro decennium *Pariſiis*, apud ornatiſſimum Virum, *Tilemannum Stellam*, olim honorificam pro Ludovico XIII. Francorum Rege *Negotiationem* in *Germania* exercentem; qui *hoc* ex *Seleſtadio*, cum multis aliis bonæ no-

s) Nos legiſſe teſtamur, quæ noſtra referrent.

tæ Voluminibus, habuerat ex Bibliotheca ampliſſimi Viri *Jacobi Spiegelii*, ac in ſuam Pariſios transtulerat. Quæ poſtmodum, t) ut ad plures migraſſet, derivata eſt in numeroſam illam totoque orbe maximam librorum u) ſupellectilem, quam ſuaviſſimis ille moribus ac eximia probitate præditus noſter *Gabriel Naudæus*, Βιβλιοθήκη illa ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν Μουσεῖον (quod de *Longino* dicebat *Eunapius*) adornavit apud nos: ubi alterum il-
p. 8 lud *Chronicon* aſſervatur. Sic ut *prius* ab egregio ſapientique viro I. A. *Scragio* productum in ſuo de TYPOGRAPHIA, STRATIBVRGI inventa, *Libello* ibidem ſuperſit: *Poſterius* vero hic à me laudatum, x) *Lutetiæ Pariſiorum.* Quibus abunde probatur atque convincitur, nihil penitus effinxiſſe AVTHOREM EXCVRSVS. Quodſi tamen indocilis hiſce manus dare nolueris, nobisque in eo ſubſcribere detrectaveris, ac ſi juſti apud te non eſſent ponderis, ut Te facere mihi videre jam videor: advocabo Scriptores vulgo editos, nec parum celebres aut ullatenus contemnendos; qui omnem contentionis fu-

t) *lege:* cum.

u) Bibliotheca *Mazariniana.*

x) Nunc illud habet Bibliotheca Reginæ Suecorum illuſtriſſimæ poſt direptionem Bibliothecæ Mazarinianæ, imo audio revertiſſe & poſtliminio reſtitutam eidem Bibliothecæ *Mazarinianæ.*

funem ſua authoritate præcidant, ac litem reſolvant in *Tribocum* gratiam: qui ab eodem laudantur quidem, ſed nomine tenus. Sic ut non éxiſtimer y) jam actum agere, ſi pura putaque ipſorum verba candide ſolens meo more ſubjiciam. Quod tanto ſane faciam libentius, quanto conſtet liquidius, hoc tantum in illo deficere ad omne punctum probationis: ac videam à nonnullis z) hominibus graviſſimis id maximè deſiderari.

Jacobus Wimphelingius, Vir eruditus, ac omnigena rerum cognitione refertus, gravisque *Theologus*; & is ſub ipſis *Typographices* incunabulis *Seleſtadii* natus, ad Annum nempe 1449 in Epitome Rerum Germanicarum, ſub extremum ejusdem Seculi evulgata, ſic ſcribit: *Anno* M CCCC XL. Frederico *III*. &c. (vid. ſupra Part. I p. 566. ſqq. p.9

a) Quæ verba non innuunt modo, ſed & ſignate declarant, JOANNEM MENTELI p.11

Q 5 VM,

y) *adde*: ego.

z) *lege*: hominibus prudentiſſimis & graviſſimis, maximeque a Magnifico & illuſtriſſimo Franciæ Cancellario, *Petro Seguiero*, poſtquam Excurſum illum etiam legiſſet, id unicum deſiderari, ut mihi coram ſemel teſtari dignatus eſt, cum ſe ſalutaturus honoratum iviſſem III. Kal. Novemb. anni æræ Chriſtianæ 1644.

a) Verbis *Wimphelingi* de *Joanne Pruß*, qui artem ty-

VM, primum omnium ubicunque gentium in urbe ARGENTORATO, TYPOGRAPHIÆ *Authorem* fuiſſe. Cujus è ludo, tanquam ex equo Trojano meri in ea Principes *καὶ τῶν Τυπογράφων χαρίεντες Romam, Venetias, Neapolim, Pariſios*, alioque abierunt: ubi libros (quorum reſtant permulti) typis elegantibus ex-

typographicam in urbe Argentina exercuit, auctor noſter hæc in parentheſi addit: *in præclara nempe domo* zum Thiergarten, *quæ ſola* teſtis eſt TYPOGRAPHICES INVENTIONIS; & *Wimphelingi* verbis de *Uldarico Han* ſequentia in notis: *David Chytræus* in Chronol. an. 1586. edita Helmeſtadii in 4to p. 340. ſic habet: *Ars Typographica Moguntiæ in Germania an.* 1440. *per* Joannem Gutenbergum *inventa & paulatim exculta. Romam primum illata eſt per* Ulricum Han, *natione Germanum, de quo argutum* Antonii Campani *Epigramma exſtat*:

Anſer Tarpeji Cuſtos &c.

Vide *Campani* laudati vitam, à *Ferno* editam: *Unde*, inquit, *cum* Uldricus *quidam* Gallicus (Gall *ejus erat cognomen, non enim natione ſive patria Gallus, ſed Germanus dicere debuit*) *tunc qui formas in orbem literarias nuper intuliſſet, interquieſcere illum aſſiduis Commentationibus non permitteret, remque literariam ex maximis difficultatibus inopiamque ad ſingularem Vbertatem glorioſiſſimo & divino opificio erueret, in illum jocatus, hoc carmen edidit*: Anſer Tarpeji Cuſtos Jovis &c.

exceperunt. Ac eo quidem præ cunctis *Udalricus Han* ille ſeu *Gallus* perrexit: ut *Joannes Antonius Campanus*, Aprutinus Epiſcopus, qui ei coætaneus fuit, & poſt ipſum *Wimphelingius* aliique notarunt; & inculcant libri, quos ab eodem procuſos ibidem inſpeximus. In plerorumque quorum calce, Verſus, quos hic exſcripſit *Wimphelingius*, ponuntur, cum diſticho ſequente:

Imprimit illa die, quantum non ſcribitur anno,
Ingenio haud noceas, omnia vincit homo.

Illuc b) veſtigia preſſere iſtius *Conradus Sweynheym* & *Arnoldus Pannartz*; de quibus ac præcipue mirabili *libros imprimendi facultate*, *Joannes Andreas*, Præſul Arelienſis, (qui in ipſorum libraria taberna ἐπανορθώτης eſſe non dedignatus eſt: ut nec *Campanus* in *Uldarici*) ſic alloquitur *Paulum* II. Pontificem Max. ſuper omnium prima *Epiſtolarum Divi Hieronymi* editione ab iiſce *Impreſſoribus* abſoluta *Romæ* Anno MCCCC LXIIX. quam cum multis Editionum ejusmodi, velut Antepilanorum in arte, Codicibus, *Puteani* nobiles, Clariſſima illa literarii Mundi Lumina, mihi nuper ex *Bibliotheca* p. 12 Re-

b) *Joannes Andreas*, Epiſcopus Alerienſis, in præfatione ad *Xyſtum* Papam ſuper Expoſitione *Nicol. de Lyra* ad Nov. Teſtamentum notat illos *Conradum* & *Arnoldum* e Germania primos intuliſſe tanti commodi artem in Romanam curiam. Ergo non fuit *Ulricus Han*.

Regia, cui præfecti ſunt, oſtendêre. *Tuis certe temporibus*, inquit, *ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis orbi Chriſtiano acceſſit ac munus, ut pauperrimi quique parva pecunia Bibliothecas poſſint redimere. An parva Tuæ Sanctitatis gloria, ut quæ Volumina vix centum aureis emi poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris bene exarata & non mendoſiſſime ſcripta redimantur? Quæ vix viginti aureis Lectori mercabantur, quatuor & vilius nunc etiam emantur? Adde quod quidquid ingeniorum olim fuit, latebatque pene in pulvere ac tineis, propter immenſos labores ac pretia deſcribentium nimia, ſub tuo principatu cœptum eſt ſcaturire, & per omnem orbem uberrimo fonte diffluere. Ejuſmodi enim eſt Impreſſorum noſtrorum & characteres effingentium artificium, ut vix inter hominum Inventa non modo nova, ſed ne vetera quidem, quidquam excellentioris Inventi poſſit referri. Digne honoranda profecto* GERMANIA *eſt, Vtilitatum* INVENTRIX *maximarum. Hoc eſt, quod glorioſa illa ac cœlo digno Anima* Nicolai Cuſenſis, *Cardinalis S. Petri ad Vincula peroptabat; ut hæc ſancta Ars, quæ oriri tunc videbatur in Germania, Romam deduceretur. Iam vota illius, qui Te (Beatiſſime Pater) ut pupillam oculi ſui dilexit, coluit, admiratus eſt, (credo ipſo ad genua Domini Noſtri JESV*
p. 13 *Chriſti hæc efflagitante) tuo tempore impleta ſunt. Tuus Pontificatus, cæteris ex partibus glorioſiſſimus, hac* ARTE *ad Tuos ſanctos pedes advecta, oblivionem in hominum memoria nunquam accipiet, niſi ſi quando eſſe deſinet mentio literarum. Ego poſteris in his ſcriptis conſtanter ſemper admirationi futurum trado, præſtan-*

ſtantiſſimos Characterum imprimendorum artifices, ſub c) Pauli II. *Veneti Pontificatu, Romæ* ARTEM *exercuiſſe tanto artificio & induſtria hominum. Gratia nobis hæc cœlitus per divinum Paſtorem importata, ut minoris libri fere emi poſſint, quam alias ſoleret redimi ligatura. Nunc igitur (ſumme Pontificum, manſuetiſſime & vere glorioſiſſime) ſancti* Hieronymi *primum Volumen habe, habiturus deinceps ſtatutis temporibus ſemper nova tuæ Felicitatis indicia, quaſi frugum te digniſſimarum primitias, & fove Artis hujus uti-*

c) Hic *Paulus* Pontificatum iniit an. 1466. quem alloquitur ita idem *Joannes Andreas* in Calce *Plinii*, Venetiis impreſſi an. 1472: *Sed age, quid in omnibus hominum inventis tanti unquam fuit, ut cum impreſſorum noſtrorum libraria arte digne conferri & anteferri queat? Quam gloriam æternus Deus tuæ potiſſimum felicitati tribuit, (quod alio quoque loco ſcripſiſſe me memini) ut Te Pontifice Maximo id Romæ ſplendoris & utilitatis advexerit, unde ingenia monumentaque ſapientum nulla unquam ſint mundi ſenectute peritura Unde futura omnis ætas ſit incredibiliter ſeſe literarum genere omni excultura. Quæ induſtria, ſi fuiſſet apud Veteres, profecto &* Plinii *noſtri excellentiſſima monumenta & cœterorum cœleſtium hominum noſtra ætate non deſiderarentur.* Hæc ille.

Mais il faut noter, quæ *Volaterranus* Commentariorum Urb. lib. XXXIII. ubi de Grammatica & modo ſcribendi apud veteres, tradit: *Sed jam divina providentia* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 275.)

utiliſſimæ ſub tua protectione Conradum *&* Arnoldum, *Germanos homines*, *Arte imprimendi præſtantes Artifices &c.* Hincvulgare Octaſtichon, quo *Editiones* ſuas concludebant:

Aſpicis illuſtris Lector &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 362.)

p. 14 Qua autem illi *Romanos* ætate, hac ipſa *Venetos* primus erudivit *Joannes Spirenſis*, ut promunt hi verſus, qui quoque reperiuntur in calce librorum *Divi Auguſtini de Civitate Dei*, quos Anno MCCCCLXIX. (quo præmature deceſſit) poſt *Ciceronis*, *Plinii* aliorumque ingenii monimenta ſelecta, ſuſceperat excudendos quam nitidiſſime, & ſupra quam quisquam quid unquam potuerit, me judice, ſplendidiſſime ac emendatiſſime:

Qui docuit Venetos *exſcribi poſſe* Joannes
Menſe ferè trino centena volumina PlinI,
Et totidem magni Ciceronis Spira *libellos:*
Cœperat Aurelii: *ſubita ſed morte peremptus*,
Non potuit cœptum Venetis finire volumen.
Vindelinus *adeſt ejusdem Frater*, *&* *Arte*
Non minor: Adriaca*que morabitur urbe.*

Ex *Argentorato Neapolim* etiam contendiſſe *Ruſſingerum*, & *Artem*, quam à MENTELIO didicerat, ibi divulgaſſe & Author eſt, ut ex ſuperioribus liquet, *Wimphelingius*; & ea confirmant, quæ *Commentariis Andreæ de Yſernia ſuper conſtitutionibus Siciliæ* is ipſe *Sixtus Ruſſingerus* ſubjecit:

Hoc

Hoc Martinus *opus miro fecit ordine condi,*
Sumptibus & Chartis Bibliopola ſuis
SIXTVS *hoc impreſſit: Sed bis tamen ante reviſit*
Egregius Doctor, Petrus Oliverius.
At tu quiſquis emis, Lector ſtudioſe, libellum, p.15
Lætus emas: mendis nam caret iſtud opus.
Neapoli ſub Ferdinandi Regis invictiſſimi aureo ſeculo, & Auguſta Pace M CCCC LXXII.

Sicque alii alibi hoc ipſum & prius & elegantius quam Moguntiaci monſtraverunt. Ut ita (*Malinkrote* perdocte) conſentaneum ſit aſſeverare, ab ARGENTORATO, velut à capite, hoc Artificium primo fluxiſſe atque dimanaſſe. Hinc ad eam ſuosque, magnam partem *Typographos* primores illos, quorum meminit *Wimphelingius*, *Erhardi Windsberg* cujusdam *Epigramma*, quod habetur in calce *Epiſtolarum Cratetis,* ubi ubivis Gentium (nam locus non ponitur, quanquam putem *Straſburgi*) at certe novellis, & Artis *infantiam* plane redolentibus literarum Characteribus, impreſſarum; quæ ab *Athanaſio* quodam Conſtantinopolitano, Archienſi Abbate, Latio donatæ ſunt. Ac ne quis jam ſtatim ipſum deſideret, hic adſcribendum putavi.

Plura licet ſummæ dederis tu, ARGENTINA, *laudi:*
At reor hoc majus te genuiſſe nihil.
Quod prope divinam clara ex Induſtria fingis p.16
Scribendi hanc Artem, multiplicans ſtudia.

Felices

Felices igitur Michaël Martine*que ſemper*
Vivite, & Ulrice, *hoc queîs Opus imprimitur.*
Erhardum *& veſtro non dedignemini amore,*
Cui fido ſemper pectore clauſi eritis.

Qui quidem omnes, *Martinus Crants* videlicet, *Uldaricus Gering*, & *Michaël Friburger*, patrio ſolo relicto, ARTIS pene innocentibus adhuc annis, *Pariſiorum Lutetiam* venerant; ibique, ſubclamantibus feliciter civibus, hanc exercuerunt. Unde in fine B. *Piſani Summa*, quam primum hoc loci vulgarunt terſiſſimis ac cultiſſimis typis, ſub Annum M CCCC LXX. ipſimet poſuere hos verſus:

d) *Hanc nitide preſſam* Martinus *reddidit, atque*
Michaël, Ulricus, *moribus unanimes.*

Hos

d) In calce Epiſtolarum *Gaſparini Bergomenſis*, quarum Exemplar habet *Naudaus* noſter, leguntur hi verſus:

Ut ſol lumen: ſic doctrinam fundit in orbem
Muſarum nutrix Regia Pariſius.
Hinc prope divinam tanquam Germania novit
Artem ſcribendi, ſuſcipe Lector eam.
Primos ecce libros, quos hæc induſtria finxit
Francorum, in terris ædibus atque tuis.
Michaël, Vldaricus Martinus*que Magiſtri*
Hos impreſſerunt ac faciunt alios.

l'année n'y eſt point deſignée.

Roderici Zamorenſis Speculum humanæ vitæ editum fuit à primis iisdem impreſſoribus anno 1475. in fol. idque Pariſiis.

Hos genuit Germania, nunc Lutetia paſcit:
Orbis miratur totus eorum opera &c.

Sed inter cetera de *Vldarico* præterlabi non ſinam, quod poſtquam pulcherrimis Editionibus ſuis, illaque potiſſimum *P. Virgilii Maronis* (cujus exemplar hic habet *Guido Patinus*) Mundi hocce *compendium* exornaſſet, Fortunarumque ſuarum partem alteram *Collegii Montis-Acuti Alumnis* piè diſtribuiſſet; ac poſtremo mandaſſet *Supremis Tabulis*, ut de fundo, quod erogaſſet etiam *Sorbonicis*, Adoleſcentes quatuor alerentur: Et præterea *Lectores Theologi duo*, unus nimirum, qui *manè*: Alter autem, qui veſpere ſacris paginis, & iis ſcilicet libris, quibus humana continetur Salus, interpretandis incumberent, mercede conducerentur: vitam commutavit cum morte, ac in Montis-Acuti ſacra Ædicula ſepultus eſt. Sed Ἐπιγραφὰς *Mandatorum* illorum haud gravabit expromere: Ac primam quidem, quæ talis eſt: Vlricus Gering, *natione Germanus, unus ex primis Typographis, qui adhuc vivus, multas Eleemoſynas hujus domus pauperibus erogaverat. Tandem ſuo Teſtamento legavit ipſi Pauperum Communitati Anno Domini* 1510 *mediam ſuorum bonorum partem & Debitorum tertiam. Ex qua pecunia empta eſt Villa* d'Annet, *ſita juxta fluvium Matronam Emptæ ſunt quoque domus de* Veſeley, *quæ pars eſt hujus Collegii, protenſa à media Area usque ad Collegium D. Michaëlis; & ædificatæ ſunt Grammaticorum claſſes.* p. 17

Alterius vero ejusque noſtra lingua expreſſæ & tenui inciſæ laminæ, quæ veteris *Domus Sorbonæ Sacelli* citra paucis annis diruti, Partis Septentrionalis lateri applicita erat, & de qua mihi aurem vulſit & admonuit vir ſapientia & cumprimis philologia exquiſita ac *συζητήσει* cotidiana inſignis, *Ioannes de Launoy*, Doctor Theologus Pariſienſis, ipſiſſimæ voces ſequuntur:

p. 18 *Ce College de Sorbonne, pour le grand legs Teſtamentaire, qu'il a accepté & receu, a luy fait par feu de bonne memoire Maiſtre* Vlric Gering, *en ſon vivant Imprimeur de Livres en cette ville de Paris, ou il treſpaſſa le XXIII. jour d'Aouſt* 1510. *eſt tenu & obligé de mettre & entretenir au dit College aux deſpens d'icelui par chacun an, à toujours, quatre Bourſes & Bourſiers de la qualité d'autres jadis fondez par Mr.* Robert de Sorbonne, *& outre le nombre d'iceluy. Item plus, de mettre & entretenir au dit College deux Docteurs ou Licenciez en Theologie, qui ſeront tenus chacun jour ordinairement à toujours lire publiquement es Eſcholes du dit College la Sainte Bible: l'un le matin du Vieil Teſtament, l'autre apres midy du Nouvel. Les quels Lecteurs auront pour ce dudit College le Salaire & profit chacun par moitié de quatre autres Bourſes. Le tout ſelon qu'il eſt plus à plain contenu en l'Accord & Contract ſur ce fait & paſſé, multiplié au dit College par devant deux Notaires du Chaſtelet de Paris le dixieſme jour de May mil cinq cens trente deux, entre les Prieurs Compagnons & Bourſiers du dit College, d'une Part; & Maiſtre* Jean Coignet *Pre-*

Preſtre, ſeul ſurvivant Executeur du dit Teſtament, d'autre. LAVS DEO, PAX VIVIS, REQVIES DEFVNCTIS, AMEN.

Sed antequam ultra pergam, placet advertere, quam incaute atque ambigue diſſeruerit *Wimphelingius* ipſe de ſingularis iſtius *p.* 19 Artis REPERTORE. Nam ſtatim à limine Capitis 65 & Loci laudati ſui hujuſce *Operis de Rebus Patriis* hanc *Gutembergio* inprimis videtur tribuere: hinc una & eadem fidelia ſecus omnino ſentire, ac illam exerte ſoli MENTELIO adjudicare. *Primus*, inquit, Gutembergius *Impreſſoriam Artem* Argentinæ *invenit. Inde* Magontiam *veniens, eandem feliciter complevit.* Interea (Galli dicerent *Cependant*, atque velim id verbi non tralatitie notari) JOANNES MENTEL *id Opificii genus inceptans, multa Volumina caſtigate & polite imprimendo factus eſt brevi opulentiſſimus.*

Vnde recte licet inferre: MENTELIVM eo tempore luculenter in TYPOGRAPHIA eminuiſſe, quo de eadem nondum Moguntiæ *Gutembergium* liquet *Tyrocinium* exuiſſe. Nec e) quisquam poteſt recte id in alium ſenſum detorquere; ſi modo ſit retinens proprietatis in verbis, nec ſignata hunc fugerit puraque Latinitas. Nam ſi adhuc dum infantem,

e) *in quo quis eſt, qui aliquem ſermonis Romani ſenſum habeat, quin multo malit* &c. *Muretus* var. lect. libr. 4. cap. 13.

inſcitam atque aſperam (& ut *Scriptoris* illius vocem uſurpem) *incompletam*, quod ultro concedimus, illaque inſinuant ſatis, quæ in præfatione *Encomii Chalcographiæ Bergellanus*; & in libri I. capite 27 *Rerum Moguntiacarum Serarius*, de artis ipſius *Rudimentis* notarunt) ſe-
p. 20 cum ipſe *Moguntiam* transvexit *Gutembergius*, cum eandem perfecte ac numeris omnibus abſolute *Argentoratenſi* in urbe tractaret MENTELIVS. Nonne *Huicce*, quam *Illi*, pro ejus INVENTIONE potiore jure debentur primitiæ?

Quod autem *Wimphelingio* non alia mens fuerit, & *Gutembergii* illius in *Arte inventa* primatûs ideo ille meminerit; quia cum *Gensfleiſchio* primus hanc ipſam, ebibitis ante *Straburgi* principiis, Moguntiæ tentarit; notum ex eo eſt, quod ſublimis illa ætate in ſua Juriſconſultorum Aquila *Spiegelius*, *Wimphelingii* ipſius *Sororis* filius, Anno MCCCC LXXXIII. natus, (qui verum & ſolum TYPOGRAPHIÆ *Authorem* MENTELIVM agnoſcit, ac ut ſtatim patebit, non ſemel pronuntiat) *Commentario* in Stauroſtichon *Franciſci Pici*, Mirandulani Domini, monuerit, *Avunculum* ſuum, *Jacobum Wimphelingium* (ſub quo gravioribus inſtiterat Studiis; ut ejus proinde animi ſenſa reſciverit) deſignaſſe nomen *Authoris* INVENTI iſtius mirabilis, ſequentibus verbis: *Bombarda Germanorum inventum eſt: qui & ipſi nuperrime Artem invenerunt ære literas, & ita li-*

libros, formis, ut vulgo dicitur, excudendi. Quæ tantum una diecula notant, quantum Librarius per annum vix poſſit exarare. Vtriusque inventi memi- p. 21 *nit Avunculus noſter, & poſtremi nominatim Authoris; quo poſteritas ſciret, quibus munera ſua accepta referre deberet.*

Spiegelium autem hunc ipſum, judicii ſingularis hominem, & doctrinæ pariter ac probitatis, (qui *Maximiliano Frederici III. filio* f) *à Scriniis* fuit: deinde *Carolo*, ac ejus *Fratri Ferdinando ab Epiſtolis* atque ab *Interioribus Conſiliis*) uni ſolique MENTELIO atque ARGENTORATENSIBVS; non *Gutembergio* ac *Moguntinenſibus* hujus *Artis heroicæ* rationem ſummamque addixiſſe atque adſtruxiſſe conſtat liquidiſſime, primum ex illo *Iuris Lexico*, * quod ſe vivo atque vidente impreſſum eſt. Vbi dum varium LIBRARII voculæ ſignificatum examinat, hæc notat: *Librarii Depoſitores erant, qui perſcribebant, quid Militum quisque apud ſigna depoſuiſſet. Nam ut* Vegetius *prodidit, antiquitus inſtitutum erat, ut ex Donativo, quod milites conſequebantur, dimidia pars ſequeſtraretur, ne à Contubernalibus per luxum inaniumque rerum comparationem abſumi poſſet.* LIBRARIOS *item nunc recepta voce appellant Librorum Excuſores.* Cujus ARTIS INVENTVM ELSATIIS *noſtris ante alias*

f) Id de ſe teſtatur præfatione in Lexicon Juris *Spiegelius.*

* vid. *Jo. Calvini* Lexicon Juridicum in *Librarius.*

alias Nationes donatum, *apud* ARGENTORATVM, JOANNI MENTELINO PROTOTYPOGRAPHO, *Schotorum familiæ Proavo*, *ſub Annum Chriſti* M CCCC XLII. *Licet ejus publicatio, ſed haud abſque ingenio*, *Moguntiacis tribuatur*.
p.22 Næ ſiquidem capacis & ad alta natæ Vir mentis, otii, cui, Iani foribus in *Alſatia* occluſis paceque conſtituta, indulgebant alii, impatiens, ac ut ille Romanus, g) *M Fulvius Nobilior*, *Martis Manubias* dedicans *Muſis*, h) ſimultaneam illam ac incredibilem *formandarum Literarum Induſtriam*, præter propter id tempus excogitavit divinitus, i) *Palamedis* inſtar, *Græcorum Ducis*, qui pugna ceſſante apud *Ilium* quædam *elementa verborum* cum *Arithmetice* fertur inveniſſe. Quod attentans hic noſter primum inſculpſit literas ſupino ſitu ac retrogrado diſpoſitas, *ligneis tabulis*, quæ ſui cujusque, ſi forent imbutæ colore, veſtigia poſt ſe relinquerent: Qualium exemplar inſpeximus *Pariſiis* ex *Roberti Stephani* Cimeliis, apud *Guillelmum Colletetum*, ſuavem Amicum noſtrum, elegantiſſimi ingenii hominem, ac Gallicæ poëſεως laude percelebrem; Quaſi ad illum i*) *Plutarchi* locum (ut virtutis k) ſæpius amore gloriaque impulſus, ratas k*) *Heroum*

g) *Eumenius* Rhetor pro reſtaurand. Scholis.
h) *lege*: temporariam.
i) *Plinius* Hiſt. Nat. lib. VII. cap. 56.
i*) in Apophthegm. k) *dele*: ſæpius.

roum dotes & l) facta legebat,) animum adverteret, quo *Ageſilaum* narrat, NIKH *verbum*, volæ manus adlitum, inverſis literis uno ictu ſimulque jecinori Victimæ appreſſiſſe. Vnde hic ſubit ridere ambitionem nuperam *Batavorum*, qui vindicandæ atque arrogandæ ſibi TYPOGRAPHIÆ omne punctum tuliſſe, ac *p* 23 æternam ſui l*) *Coſteri* ingenio *de illa reperta* m) famam condidiſſe ſe putant, quum primum *ab ipſo*, Annos retro ducentos, *Tabulis* inciſum ſupine *Donatum* fuiſſe clamitant. Sed inſuperabilis cum id eſſet laboris, ac immodici ſumptus, quin & uſus, opere confecto, nullius aut infœcundi prorſus; adorato feliciore *Mercurio* (dices etiam deterſo, quo

R 4

k*) *pro*: Heroum, *lege*: generoſarum mentium.

l) *lege*: geſta non raro.

l*) Quid ſi dicamus Harlemenſibus, ſuum *Coſterum* in eis tabulis incidendis fuiſſe imitatum ſuem illam apud *Ciceronem* lib. I. de Divinat. quæ ſcilicet ſuo roſtro humi A literam impreſſerit: nam ut illa terræ immiſit elementum hoc primum, & remanere debuit in cavitate ſeu fundo ejus loci impreſſum; ita & *Coſterus* ex Harlemenſibus literas ſuas ex inciſionis figura delineavit. At non ita exprimebatur noſtra Typographia, ergo gloriamur præclarum munus Deorum. *Cicero* de Nat. Deor. 3.

m) Vide infrà paulo locum ex *Meiero* allatum, ubi inſtituit comparationem ſculpturæ Sinarum & noſtræ Typographiæ.

quo divinior exiſteret, ad exemplum *Chryſippi*, animo, ter helleboro) nimio plus mirum præſtantioremque n) *modum* commentus eſt alium vir excellentiſſimus, humanumque faſtigium longe ſupergreſſus JO. MENTELIVS. Nempe *connexiles typos* primum ex *buxo* vel *pyro* confectos, hinc ex *orichalco*: ſeu literarum quarumcunque Imagines ſeorſim dividuas & rebus ejusmodi *anaglyphices* arte quadam proſtantes ac deſuper exſculptas, in acclivi quarum parte *Foramen* ineſſet, quo *fili* ope necterentur inter ſe, quum *verborum linea* ducta eſſet. Quæ permutatis deinceps illis, pro varietate ſenſus Orationis, inſtauranda veniret, quousque libri hoc artificio excudendi adverſa pagina expleretur.

Ac *primordiorum* ejusmodi ſuborientis Induſtriæ nonnihil conſpectum eſt abhinc paucis annis STRASBVRGI, docente *Schragio*, p. 24 ex *Danielis Specklini*, non negligendi Authoris, *Chronico* MSto, quo ait ſe vidiſſe MENTELII noſtri *typos*, *quin & integra vocabula ac ſyllabas è ligno formatas, quæ à latere ſua haberent foramina, quibus filo inter ſe colligari poſſent. Prælum item in for-*

n) Louange de l'inventeur de l'imprimerie:
C'eſt de lui, que nous vient cet art ingenieux,
De peindre la parole, & de parler aux yeux,
Et par les traits divers des figures tracées
Donner de la couleur & du corps aux penſées.
Monſieur *Brebeuf* ſur le Lucain.

forma Torcularis, *quo varios liquores exprimere ſolemus*, *è ligno utique concinnatum.* Vtrumque perhercule jure cenſeri poteſt mirabile, inducta hac *Arte* tam ſingulari tamque commoda Libros ſcribendi, ſeu potius fingendi celeritate, qua o) diei unius quadrante plura *Typographus* vel quaſi ludendo abſolverit, quam calamo Anno toto aſſidue *Bibliographus* inſiſtendo.

p) *Nos homines talesque manus ſi priſca tuliſſent*
Secula: *Qualis eras*, *nunc quoque* Roma *fores.*
Nam tibi de tantis Geſtis clarisque triumphis
Nil Gothi, *aut Gallus ſurripuiſſet eques.*
Iliades ſed nunc peregrinis panderet Vrbem,
Fleret & abſentes rapta Sabina viros.
Nunc tua Scipiades *venerari ſigna doceret*
Annibalem: *atque acri rumpere ſaxa mero.*
Nunc miraremur fora, *thermas*, *amphitheatra*;
Tarpejaque Deus rupe tonaret adhuc.
Arma, *Duces*, *Populi*, *Paces & prælia*, *Sermo*,
Integra nunc eſſent omnia Roma tibi.
Nec deleviſſent ſacræ veſtigia linguæ,
Gothica ſeu fuerit Gallica barbaries.
Comicus Orator, *Tragicus cum Rhetore*, *Vates*
Clarerent noſtro tempore, *& Hiſtorici.*

R 5 *Deni-*

o) Non abſimiliter loquitur *Bibliander* cap. de Chalcographia libri de ratione communi ling.p.81.

p) Hi verſus habentur initio *Laurentii Vallæ* Elegantiarum editionis Romæ 1471. cujus exemplar habetur in Bibliotheca Regia.

Denique facundæ quicquid tribuiſtis Athenæ,
Et quæ nunc parva eſt gloria, magna foret.
Verum quæque ſua lætantur Tempora laude;
Priſca ſuos laudent ſæcula, noſtra ſuos.

Mirum inquam, nec ſine ratione videri poteſt, tum *Tabularum* illarum *artificium*, tum præcipue TYPORVM. Nec ſubtilitatis tantum incredibilis ergo id mirum, ſed utiliſſimæ potiſſimum q) ubertatis: quam aliquos ex *Primævis Typographos* deſignaſſe exiſtimo, ſubjecta ſuarum editionum *Subſcriptionibus* in ἀμαλθείας argumentum r) Cornu imagine; cui

q) *Joan. Schallus* Epiſt. dedicat. *Euſebii* per *Ruffinum* in Latium tranſlati de Hiſtoria Eccl. editi Mantuæ 1479. *Sed inſtauratis ac divino nuper inventi Magiſterii beneficio multiplicatis & velut ex una vite multis per propagines palmitibus educatis vineam conſcribere curans* &c.

r) Vel potius trunco arboris, è quo rami producerentur multi hincinde, perinde ac ex eadem forma literaria ſeu Typographica multi emanant libri. Non eſt tamen diffitendum, veteres in fronte & ſuperficie librorum ſuorum Lunulam appingi ſolitos fuiſſe, ut habet *Turnebus* Adverſ. c. 10. lib. 22. quam à Corniculata ſpecie plerique cornua vocabant. Vide *Cruceum* in Notis ad *Statium* p. 399. Viſuntur in nonnullis ædibus Pariſiis inſignia appenſa ſupra portam cornibus cervinis, ut antiquitus moris erat, exempli gratia, in illis, quæ jam ſunt Car-

cui proprias ipſi Notas ac inſignia appenderent. Illius, dico iterum; (nec amori meo indulgeo, ſed juſtiſſimæ contemplationi veritatique) juxta quam hujus literis exprimendis modus eſt inenarrabilis. At in totum divinus eſt, omnemque ingenii aleam extra conſtitutus absque dubitatione *Poſterus*, qui ex s) *Toreumatis* illis minutis concinne atque affabre factis literarum figuram à ſui vertice prominentem, & pro diverſa earum ſpecie diverſam adeptis; ac illis quidem ligneis, ut jam dictum, in Primordiis apparatus fuit. Sed non multo poſt t) ab hoc ipſo *Heroë*, hoc eſt anno MCCCCXLVII. ex alia tum uſu, tum cælatura convenientiore materia conflatus eſt. u) Ex quo propterea non male x) *Boſſius* in p. 26

Carthuſianorum in Vico Coddigerorum; in illis, quæ ſunt in via nominata *la rue Galande*, ad inſigne *des trois poulettes*, in ſplendidiſſimis inſuper ædibus illis, quæ ſunt juxta portam Sti Michaëlis &c. paſſim Pariſiis ſic affixa depicta ſunt inſignia.

s) Hæc narratio ſponſorem habet *Theod. Bibliandrum* cap. de Chalcographia libri de rat. communi ling. p 82.

t) *Omnes artes in meditatione conſiſtere antiqua & prudens ſententia eſt. Vegetius* de re Militari cap. 24. lib. 2.

u) *pro:* ex quo propterea. *lege*: Vt inde.

x) Falſus hic ſum, dum legi in Chronico Boſſiano 1447.

in *Chronicis*, quæ Mediolani excuſa ſunt y) quadraginta poſt Annis: & poſt illum z) *Hieronymus Gebuilerus*, principium CHALCOGRAPHIÆ vel ut a) ipſe ait, *Chalcographandi ſeu ſtanneis calamis excudendi libros Artem* arceſſunt. Quo facto nec mora curatum eſt alterum iſtud Artificium, b) quo literæ omnis idea Chalybi (unde MENTELIO illuſtri *divinam* hanc Artem parturienti, manus *Fabricatoris* c) laudati nata neceſſitas) d) inciditur, ac *cupreo Archetypo* (*Matriculam* hi nominant) e) imprimitur: ubi Characteres quamplu-

1447. pro 1457, cum nota illa ל ſit *quinque*, & non *quatuor*, ut interpretabar. Hoc anno, inquit *Boſſius*, id eſt 1457, ſalutifera doctrinarum omnium imprimendorum librorum ars, autore *Joanne Gutembergio*, Germano reperta eſt, impreſſum Chronicon Mediolani 1492. Donc *Donatus Boſſius*, qui eſt le premier livre imprimé, qui parle de cette invention, la donne à *Gutenberg* & non pas à *Fauſt*.

y) *dele*: quadraginta poſt annis. & *lege*: quæ Mediolani excuſa ſunt anno 1492.

z) *dele*: Hieronymus. & *lege*: poſt illum *Gebuilerus* in Panegyri Carolina.

a) *pro*: ipſe. *lege*: hicce.

b) *dele*: quo. & *lege*: literæ nempe.

c) *dele*: laudati. & *lege*: jam dicti.

d) *pro*: inciditur, *lege*: incidendi.

e) *pro*: imprimitur, *lege*: imprimendi.

plurimi ſpeciei omnino ſimilis, ex fuſo liquatoque initio ſolum ſtanno; deinde cum ſatis non f) reſponderet, minusque id habile videretur & commodum, g) ex plumbo plurimo, æris tertia parte, ſtibiique tantumdem & minima ſtanni conciliatis inter ſe mixtisque ſolerter atque apprime fingerentur.

h) *Inventum ſublime, ingens, illuſtre, decorum!* Ergo jam tandem *Botere*, *Maphei*, *Mendoça* & cæteri, Eja ſi placet mecum expendite, ac bene aliquando cogitate diſcrimen inſigne Divinitatis ejuſce MENTELII *induſtria* cum veſtra *Sinenſium*; quibus ad imprimendum cum tantum Scalptura ſit, i) TYPOGRAPHIÆ p.27

f) *adde*: ad votum.

g) Hæc eſt eorum, quæ ingrediuntur compoſitionem fuſilium ad Typographiam literarum, commenſuratio inter ſe.

h) Verſus hic eſt *Quintiani Stoa* Poëtæ in ſua Cleopoli, ubi de laudibus artis hujus.

i) *Certiſſimum eſt*, inquit *Jo. Pincierus* lib. 3. parergorum otii Marpurgenſis c. 27. *inter Chinenſem & Europaam imprimendi rationem maximum eſſe diſcrimen, ut fateri cogetur, quisquis chartas in China impreſſas cum noſtra contulerit. Latiſſimas enim literas exhibent, & tantum non ſesquipedales, easque tali ſpecie, ut quamlibet lineam peculiari typo, cui integra verba inſculpta, excuſam diceres, non pluribus literarum typis coagmentatis, ut apud nos me-*

PHIÆ appellatione indigna eſt. *Solos* (inquit *Maierus* libro de veris Germaniæ Inventis) *Germanos* TYPOGRAPHIÆ *uſum reperiſſe* usque ad verba: *hic extant & fiunt nigræ reliquis albis.*

moris; quominus mihi quisquam perſuaſerit, noſtrum artificium à Chinenſi originem traxiſſe. Præterea Germanis cum Chinenſibus neque tum temporis, quo primum in Europa natum evulgatumque eſt hoc artificium, neque ante illud ulla commercia interceſſerunt, obſtantibus longinqua inter utramque regionem intercapedine, itinerisque cum terreſtris tum maritimi difficultate, immò utriusque, atque adeo ipſiusmet Chinæ ignoratione; quæ quam longo poſt tempore adiri atque celebrari cœperit, ex recentiorum hiſtoriis licet addiſcere. Nec à quopiam proditum, Guttembergii *inventoris, ejusque adjutorum ævo, vel minimum Chinenſis alicujus codicis veſtigium in Germaniam illatum, in eave conſpectum fuiſſe. Concludo igitur, artem impreſſoriam Germaniæ indigenam eſſe, non alienigenam aut hybridam; Chinenſium interim ſolertiæ, fideique auctorum, à quibus ea prædicatur, nihil detractum volens. Dicat igitur Germania cum* Plauto *in Curcul. Act. I. Sc. 3. v. 22. ſqq.*

Sibi ſua habeant regna reges, ſibi divitias divites,
Sibi honores, ſibi virtutes, ſibi pugnas, ſibi prælia,
Dum mihi abſtineant invidere, ſibi quisque habeant, quod ſuum eſt,

bis. (vid. ſupra Part. I. pag. 199. not.) Quæ cum ita ſint, illis ipſis Scriptoribus aliisque opinionis ſimilis *Europæis*, propriæ Gentis aut cognatæ atque vicinæ Oſoribus, iraſcor ac ſuccenſeo, non ſecus ac *Paulo Jovio*, qui libro *Hiſtoriarum* ſuarum 14. fabulatur, *Luſitanos Negotiatores multa memoratu digna de* Cataïo *referre; ac inter alia Typographos Artifices ibi eſſe, qui libros, Hiſtorias & ſacrorum cerimonias continentes, more noſtro imprimant: quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie complicentur. Cujus generis Volumen à Rege Luſitaniæ cum Elephante dono miſſum* Leo X. *Pontifex humaniter nobis oſtendit. Vt hinc facile credamus ejus Artis exempla, antequam Luſitani in Indiam penetrarint, per Scythas & Moſchos ad incomparabile Literarum præſidium ad nos perveniſſe.* p. 28

Sed ut veritatem dies aperit: ita tempore factus inſtructior ſuper ea re *Jovius*, ad calcem prioris ſuæ *Partis Elogiorum* Virorum doctrina illuſtrium à Mercatoribus iſtis, imo à ſe ipſo diſſentit, ac in meritas non ejuſce tantum Generis, ſed & alterius multiplicis, GERMANORVM laudes ita ſe effundit: *Latinas non modo Literas, ſed & Græcas ac Hebræas in Germanorum terras commigratione fatali tranſiviſſe: Neque ipſos contentos eſſe ſua vetere Militiæ laude,* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 600.)

Et vero, ſi TYPOGRAPHIA tot annis, ut ajunt, apud Sinas in uſu fuiſſet, antequam in EVROPA prodiret: Annon *Marcus Paulus*, celebris ille *Venetus* (quem huc ipſam adve- p. 29

xiſſe

xiſſe quidam ideo tradiderunt: quia non longe ab ipſis imo cum ipſis diu moratus ſit; dum nempe *Rex Tartariæ*, cui chariſſimus eſſet, *hoc loci* regnaret) tam præclari INVENTI meminiſſet? Ac nonne *Venetos* populares ſuos id edocuiſſet? Sic ut apud eos agitatum k) fuiſſe prius oportuerit, quam apud *Germanos*. Præterea ſi TYPOGRAPHIAM à tam longa tamque diuturna Tempeſtatum ſerie, quam dicunt, noviſſent *Sinenſes*, nonne illorum vicini *Tartariæ* populi hanc ipſam imbibiſſent, atque animo percepiſſent, vel ad ſe traxiſſent ſola Transfugarum ope? Vti proinde eam ab ipſis expiſcari *Paulo Veneto* fuerit facile, velut apud quos gratia & authoritate non minima polleret, ob dicti *Regis* in ſe favorem haudquaquam vulgarem. Sicque cum illi hoc Imperio potiti ſunt ante trecentos annos, ibique regnarint per nonaginta tres: Nonne ad alias eorum opera Provincias, prius
p.30 cognitio acceſſiſſet illius, ſi hoc *Artificium* præcellens ibi viguiſſet. At anni ſunt tantum ſupra octo decemve ducenti, ex quo hæc ipſa,

- - l) *quam nulla ſatis mirabitur ætas,*
ARS cœlo delapſa Viris, conſumere nata
Materiem, veloxque omnes tranſcribere libros,
Compoſitis quadrata acie miro ordine ſignis.

Ne-

k) *pro*: fuiſſe, *lege*: eſſe.

l) Hi verſus ſunt ex *Tho. Rhado*, (vid. ſupra Part. II. pag. 199. not.)

Neque *Tartaros* prius quam *Germanos* ei operam navaſſe ullibi legimus Cedam, *Sinas* Gentesque alias *Annulorum* uſum vel familiariſſimum habuiſſe, qui in materia non tantum molli fiebant, ſed & duriore; ut gladiis atque enſibus. Præterquam quod γλυφὴν ſuam Aurifex quisque ſervabat apud ſe, convenienti & idoneæ ad hanc ſuſcipiendam materiæ excudendam.

Sed quod in TYPOGRAPHIA demirari convenit, multiplex eſt copia characterum bene convenientium inter ſe ac concinne formatorum, & illorum quidem peræquæ longitudinis ac latitudinis ad unguem conformis, ſicut & juſtæ & æqualis, pro literæ, qua diſtinctus eſt quisque, ratione, craſſitudinis. Quibus quidem collectis ad invicem, ac in verborum ordinem, prout ſenſus exigit, diſpoſitis, ſic ut alius alium non exſuperet, innumera ejusdem Operis exemplaria fieri queant, velut Sigilla ceræ imprimi breviſſima temporis intercapedine; ac iidem rurſus Operi prorſus alteri, mutatis tantum ſedibus, deſtinari. Ad quod ingenioſa m) PRÆLI p. 31 Machina multum confert, quæ eo modo conſtructa eſt, ut tantula moræ parte, nec multum porrecta brachii cum manu verſura;

m) Cochlea, inſtrumentum Mathematicum, in uſu maxime eſt, qua de re *Monantholius* in Mechanicis *Ariſtotelis*.

& ſubjectas ſibi paginas *ſepimentis* ferreis conclusas, easque n) novo *Atramenti* genere, ab *Artis* INVENTORE quoque commento, reſperſas, identidem prenſare ipſa valeat; & nullo utique vel ſaltem minimo negotio ſummoveri. o) Perpulchra eſt ac præ concinnitudine atque feſtivitate lectu digniſſima TYPOGRAPHIÆ illa deſcriptio, quam tradit κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν in *Julio ſuo redivivo*, quem æquiſſimo Senatui Argentoratenſi dicavit, *Nicodemus Friſchlinus, Balingenſis*, edecumatæ & amœniſſimæ in diſciplinis elegantioribus homo culturæ.* Quo fit, ut eam impræſentiarum ſi ſubdam, non ingratam aut inopportunam feciſſe rem dicar. *Eobano* interloquitur *Cicero* de *Charta*, bene tornatis ac præter morem nitentibus exornata literis, hunc in modum:

CIC.

n) ut exponitur infra p. 99.

o) Habetur quoque ejusdem artis incomparabilis deſcriptio in Dialogues François & Flammands de *Plantin*, imprimés à Anvers l'an 1567. 8vo. par *Plantin* meſme, Dialogue IX. p. 218. entre G. H. E. de l'Eſcriture & de l'Imprimerie in 8vo. Annotatur etiam περιγραφὴ illius perpulchra in *Chriſtoph. Mylai* lib. 2. de ſcribenda univerſali rerum Hiſtoria p. 95. in fol. editionis Oporinianæ Baſilienſis an. 1551. (vid. ſupra Part. I. p. 796. ſq.)

* Conf. ejus Opera poëtica Comœd. IV. Act. II. Sc. 2.

CIC. *Ea me non tam Charta illectat, quam Pictura elegantia,*
Et Scriptoris manus. EOB. *Ah erras! neque enim hac* manu *& calamo ſolent*
Scribi. CIC. *Quomodo igitur?* EOB. Prælo hi Characteres & Literæ
Apud nos imprimuntur paginis. CIC. *Prelo?* p. 32
EOB. *Videlicet.*
CIC. *Quomodo?* EOB. *Non aliter ac papyrus Ægyptia prælo premi*
Solebat. CIC. *quo pacto?* EOB. *Auſcultare ſi vis, dicam.* CIC. *Operam hanc tibi*
Dico, ac lubens; nam nihil unquam vidi, nihil audivi uſpiam,
Quod comparari cum his poſſit. EOB. *Sic arbitror, auſculta.* CIC. *Hoc ago.*
EOB. *Primo omnium figuras Literarum ſtanno fuſili*
Expreſſas, ſed eaſdem inverſas & deſuper extantes habent,
Quemadmodum alias literæ inciſæ Marmoribus prominent.
CIC. *Intelligo.* EOB. *Hæ figuræ literarum, ſejunctæ invicem,*
Poſſunt ita jungi, ut dictionem tibi conſtituant quamlibet:
Nam & componi inter ſe, & rurſum poſſunt à ſe diſſolvier.
CIC. *Quomodo componi?* EOB. *Manibus.* CIC. *Neque enim pedibus arbitror, hercule.*

EOB. *Dico manibus: nam prehendi poſſunt; quippe columellis ſuis*
Incumbunt affixæ & ſupinæ, ut dixi, inverſa facie.
p.33 CIC. *Cujusmodi columellis? cedo.* EOB. *Longitudine paribus,*
Et latitudine, ceu pedamentis quibusdam aut perticis.
CIC. *Quamobrem?* EOB. *Vt apte inter ſe poſſint componi, & ne Literæ*
In commiſſura illarum dehiſcant invicem. CIC. *Sed quomodo*
Figuras iſtas Literarum colligunt? EOB. *è capſulis,*
Quibus ſigillatim figuras omnes indunt. CIC. *Quomodo?*
EOB. *Secundum Literarum ſeriem: Nam quando aliquid in hos Typos*
Referre volunt, eos è capſis depromunt, ac ſyllabas
Totasque dictiones ex typis illiſce colligunt,
Et in ordinem legitimum diſponunt, ac veluti Milites
In aciem collocant; ſed ita, ut Hoſti omnes tergum præbeant.
Ad extremum, ubi multas hoc poſitu Lineas confecerint,
Et integras operis columnas ac latera conſtituerint,
Ibi demum ſepimento ferreo aciem circumſepiunt,
Itaque arcte includunt, ut ne unus quidem Apex loco moverier
Poſſit. CIC. *Mira memoras.* EOB. *Atque hæc tamen omnia ſic diſpoſita ſunt*
Vt Literæ inverſæ omnem tibi dictionem retro offerant.

CIC.

CIC. *Sibyllæ mihi videris Folia deſcribere. Ve-* p.34
rumtamen
Quid deinde fit? EOB. *Incluſos typos tabellæ imponunt mobili,*
Quaſi Torculari; eos atramento oblinunt. CIC. *Quid poſtea?*
EOB *Papyrum madefactam imponunt & Machinæ verſatili*
Prælo ſubmotam preſſant CIC. *Quomodo ais?*
EOB. *Preſſant inquio.*
Nam tunc Atramentum, æneis quod fuerat illitum typis,
Veſtigia poſt ſe relinquit in papyro; intelligis?
CIC. *Sic ut qui domum apud ſe dimenſam atque exædificatam animo habeat.*
EOB. *Atque hoc modo ter mille paginæ excudi quovis die*
Poſſunt: & unico die plus operis duo præſtant viri
Libris premendis; quam toto Anno olim ſcribendis quatuor
Præſtabant ſtrenui Librarii. CIC. *Proh Jupiter. Pater,*
Quo non acumen Ingenii humani penetrat? Quid ſupiam
Reſtat generi Mortalium, quod non Animi ſolertia
Excogitarit, atque ad uſum Vitæ accommodaverit?
Vah Dædalos! Vah Praxiteles rudes! * *cedo obſecro,*

 Quis

* Sequentia *Friſchlini* verba prætermiſit *Mentelius.*

Quis admirandi hujus operis auctor eſt? EOB. *quis ſit alius, niſi*
Germanus? CIC. *Ain?* EOB. *Verum eſt, nam primus inventor Moguntiæ*
Vixit: fatale nomen adeptus Fauſti.

p.35 Ac mehercule, ſi verum amemus bonamque mentem p) nec noſtris invideamus temporibus; Quid precor apud Veteres fuit, quod divinitati & meritis Typographici INVENTI æquiparari valeat? Cujus quidem ratio præſtigioſa profecto ac incredibilis tantoque famoſis ipſis Græciæ *Miraculis* mirabilior, quod omnem mortalitatem, nedum vetuſtatem eludat, (ut non injuria videatur creditum à quibusdam, eam divino potius munere nobis impertitam fuiſſe, quam humano ingenio procuratam) *Sinarum cives* in totum latuit. Quod & colligitur ex *Joſepho à Coſta*, (de Acoſta) qui fidelius ac diligentius, quam ullus, Gentium illarum hiſtoriam deſcripſit, ac patrio idiomate ſignavit. *Y ſus impreſſiones ſon gravando una tabla de las figuras que quieren imprimir, y eſtampando tantos pliegos, como quieren en la miſma forma, que àca eſtampamos Imagines gravando el cobre ò madera.* Quod idem aſſerit *Jo. Metellus*

p) De laudibus Typographiæ egit *Quintianus Stoa* Poëta, nempe ſub *Ludovico* XII. florens in Gallia, in ſua nempe Cleopoli. Fragmentum illud laudatorium exſcriptum eſt mea manu in fine hujus Tractatus.

tellus in Hiſtoria ſua *de Orbe & Inſulis noviter compertis.* Et en vere, quæ fuerint *Tranſmarinorum Impreſſiones!* in quibus etiamnum eos perſeverare audimus. Labor improbus certe, ſi, quod præ manibus ad publicandum habent, opus paulo ſit longius. Sed cur inquiet aliquis, cum eo jam dudum nec ſemel diverterint *Europæi,* non addidicerint modum *p. 36* literas incidendi in ferrum: atque ut noſtri *Archetypo* æreo imprimendi, in eoque permultos ejusdem formæ characteres ex convenienti materia fundendi, ſicut & preſſandi fecére? In promptu cauſa eſt: Hoc illis nempe labori fore non ſolum immenſo, ſed nedum poſſibili: Siquidem loco duarum ſupra viginti vel trium aut quatuor ad ſummum literarum cum Notis, ſeu ut q) quidam ait, *Reſpirationum morulis* undecim, r) *puncto* videlicet *ſuſpenſivo'* in cujus locum ſubſtituitur nunc *Virgula, Puncto gemino: Semipuncto; Hypopleromate,, Commate, Colo: Periodo. Interrogativo? Reſponſi-*

 vo ;

q) Quidam hic eſt *Rivius.*

r) Refert *Nancelius* in vita *Rami,* eum ipſum celebrem virum primum fuiſſe, qui vocales quasdam ut I & V. in conſonantes mutaverit, ut *j*am, & no*v*us, ut per formam literarum nempe j conſonans cauda addita, cum i vocali nullam confuſionem patiatur. V. vero quod eſt clauſum per infimam partem ſui, cum U vocali, ſit cum duobus rectis apicibus. vid. *Nancel.* p. 39.

vo;, *Admirativo*! *& Parentheſi* ( ): quibus quidem perſpicuitatis gratia, *Cum diſtinctio ſenſum augeat*, in oratione utuntur *Latini*, *Græci*, *Hebræi*, *Germani*, *Galli* atque alii; tot *Sinenſibus* ſuppetant, ut præter *articulos*, quos punctis deſignant, certo numero comprehendi nequeant. Quinimo s) *Gomara* libro 2. *Hiſtoriæ Indorum*, notat illos eosdem proprie *non ſcribere*, *ſed pingere*. Ac docet idem *A Coſta* t): *No tienen Alphabeto, ni eſcriven Letras, ni es la differencia de Characteres: ſino en que principalmente ſu eſcrevir, es pintar, ò cifrar, y ſus Letras non ſinnifican partes de diciones, como las nueſtras, ſino ſon figuras de coſas como de ſol, de fuego, de hombre, de mar, y a aſſi de lo* p. 37 *demas.* Et paulo poſt: *De a qui, que como las coſas ſon en ſi innumerables, las Letras ò figuras, que uſan los Chinas para denotar las, ſon quaſi infinitas. Por que el que ha de leer, o eſcrevir en la China, como los Mandarines hazen, ha de ſaber por lo menos ociento y cinco mil figuras o letras; y los que han de ſer perfectos en eſta letura, ciento y veyente y tantas mil, coſa prodigioſa, y que non fuera creyble. &c.* Et paulo poſt u) rurſus: *Eſta llaman la lengua Mandarina que ha meneſter la edad de un hombre para aprenderſe.*

Sed

s) *Franceſco Lopez de Gomara* in Hiſtoria general de las Indias.

t) p. 261. b. linea Ima.

u) p. 262. lin. XI.

Sed *P. Alvarum Semedo Luſitanum*, ſagacem ac religioſum veritatis cultorem, qui duorum & viginti annorum ſpatium emenſus eſt apud *Sinas*, quem penitius ideo rem noviſſe nemo negabit; huc quoque juvat transferre. Ille autem, *Regionis* hujuſce curioſarum artium ac *Impreſſionis* potiſſimum teſtis oculatus nec deſultorius ſpectator, capite 6. prioris *Partis Hiſtoriæ Univerſalis* illorum *Imperii*, quam *Romæ* vulgari nuperis annis curavit, ſic habet: *Sono le lettere ſeſſanta mila, rollate nel lor Vocabolario, che chiamano* Haipien *e puo chiamarſi* MARE MAGNVM. *Ne hanno altre più brevi, perche per leggere, ſcrivere, comporre & intendere molto bene, baſtano da otto in decimila: e quando s'intoppa in alcuna, che loro chiamano* Lettra fredda, *ſi ricorre al Vocabola-* p.31 *rio, come facciamo noi in qualche voce Latina, che non intendiamo. Da che s'inferiſce evidentemente, che non e ivi più letterato colui, che conoſce piu lettere come ne meno qui quello, che ſta più eſer citato nel* Calepino. *Per formare tutta queſta moltitudine di lettere adoprano ſolamente nove tratti: ma perche queſte ſoli per tanta machina non potrebbono baſtare, andarono congiungendo figure, o lettere perfette è ſignificative l'une con l'altre, con le quali ne formano altre diverſe, e di diverſa ſignificatione, coſi queſta linea — vale una: Attraverſata con un' altra in cruce* 十 *vale dieci: e poſtavene* 十 *un altra per traverſa alla punta d'abbaſſo ſignifica Terra:* 土 *e con un' altra in cima alla punta di ſopra vuol dire Ré:* 王 *'aggiunguendole*

un ſiniſtra tra le prime due punte ſignifica Pietra precioſa: e ſeprima le mettono certe altre linee:  *dice perle: e queſt' ultima che havera da ſignificare, ferro, rame, acciaio, non è pero regola infaillibile. Hanno ancor havuto reſpetto nella compoſitione delle lettere alle ſignificationi: e coſi la figura quaſi quadrata, che ſopra dicemno che valeva Sole, quinta con altra poco differente, che vale Luna; ſi chiama* Min, *e vuol dire, Chiarezza: un' altra ha ſomiglianza d'un porticale, e chiamato* Muen, *e ſignifica Porta; e un altra ſignifi-*
p.39 *ca Cuore, quale in qualche modo imita. Hor ſe queſta ſi mette tra le due linee perpendicolari, che formano il porticale, vuol dire afflictione, triſtezza, cuore, tra l'anguſtie della porta, e ogni vocabulo di triſtezza ha d'havere ſeco il cuore.* Deinde paucis, ab hoc argumento non multum abludentibus lineis elapſis, id eſt ſub finem *capitis*, de ejusmodi Sinarum Scalpturæ & Europæorum Typographiæ differentia hæc addit: *Non e pero ſimile alla noſtra, come accennammo ſopra: ſono le lor lettre intagliate in Tavola; ſegna l'Author del libro la forma che vuole, o grande, o piccola, o mezana; o per dir meglio, da l'Opera ſua manoſcritta, all' intagliatore, il quale fa le Tavole della grandezza delli fogli, che ſe gli danno; & in collando ſopra le Tavole li fogli datigli al roveſcio, va intagliando le lettere, che li ritrova, con molta facilità & eſattezza, ſenſa incontrarſi in alcun inciampo, eſſendo le loro ſcritture, non d'all' una è l'altra parte, come s'uſa fra noi, ma da una ſola: Et il parerci che li lor libri ſiano ſcritti da ambedue le parti, proviene perche il bianco di quello ſta di dentro la*

pie-

piegatura: Fanno parimente l'iſteſſo in Tavole di pietra con queſta differenza, che nello ſtampare reſta il campo della carta nero, ele lettere bianche: per che qui ſi da la tenta alla ſuperficie della pietra è nelle Tavole il ſolo vacuo dell' intaglio. Queſt' ultimo modo di ſtampare ſervo ſolamente per epitaffii, Pitture, Alberi Montagne e coſe ſimili delle quale pretendono laſſiar memoria ſtabile, è ne hanno molti. p.4.

Quæ ſatis ſuperque conficiunt ac probant, *Sinenſes populos* non ſolum ignorare Artificium TYPOGRAPHIÆ, quo in Europa beamur; verum ipſo licet eſſent inſtructi, nihilominus tamen hoc ad uſum revocare non poſſe, cum memoria incredibili opus non tantum ſic foret: ſed & vice centum & quinquaginta Locellulorum, qui in *Tabernarum Librariarum* noſtrarum capſis diſtincti ſunt, & quorum quemque literis uniusmodi continendis accommodari neceſſe eſt, x) ſeptingentis ſupra ſexaginta millibus, aut etiam amplius, ipſi indigerent, excipiendis ſuis omnibus ad imprimendum *notis* atque *figuris*. Quin & loco capſarum, quibus utimur, (quæ tam longitudine quam latitudine non excedunt menſuram trium pedum cum dimidio; ut ita vel ſedentibus locove ſe non moventibus Συνθέταις, liceat manu facile ad literas undiquaque pertingere) oporteret, ut præter altitudinem quæque quoque *Sinarum* capſa milliariorum duo-

x) *pro:* ſeptingentis, *pone:* decem.

duorum ſpatium æquaret, quo characterum ſuorum multitudini capiundæ ſufficeret. Vnde tam manifeſtum eſt, quam quod manifeſtiſſimum, illos neque *Typographiam* nobis ſubminiſtraſſe, neque jam uſurpare valere ob
p.41 rationes jam dictas. Quin vel ideo ſolum, quod antequam *Nominarii* fiant, in ſuis *Grammaticis* (ſi Grammatica dici poſſint) ingraveſcentibus annis ſempiterno itineri ſarcinas aptare ac de vita decedere cogantur; ut ne ſuperpondii loco adjiciam viſus hebetudinem, quæ ut *Senibus* familiaris eſt, ita Impreſſoribus inimica prorſus.

Sed proh Jupiter! quam longe y) abductus ſum ab eo, quod ab initio intenderam, iſto *παρέργῳ* ſermonis in *Cataïnos*. Valete itaque Sinarum admiratores ob *Typographices*, ſi Diis placet, *Inventum*. Valete futiles & inconſulti *Scriptores*, qui Europæorum bona Nomina ac decora vel ſplendidiora *Transmarinis* hominibus imprudenter, ne dicam impudenter, irrogare mavultis, quam z) eorumdem cum *Veſtratibus* jure fieri participes. Valete inſulſi eorum Patroni omnes, dum ad noſtros ELSATES AC MENTELIVM redeo: ad illum inquam, Heroëm, quem non ſemel *Opificii* hujus divini Authorem pronunciare contentus eſt vir ille graviſſimus & eruditionis

nis

y) *pro*: abductus ſum, *lege*: abducor.
z) *pro*: eorundem, *lege*: eorum ipſorum.

nis ſpectatiſſimæ Coryphæus, *Jacobus Spiegelius*; ſed quo rei veritas conſtaret magis, hoc inculcare voluit in eruditiſſimis *Scholiis* ad iſtos *Richardi Bartholini* Poëtæ Peruſini verſus libri IX. ſuæ Auſtriados:

- - - - - - Vulcania qua urbi
Tormenta impellunt: monſtrum damnabile terris, p. 42
Quod ferri lapidumque globos jaculatur & ignes,
Nube diem & terra obtexens caligine ſolem:
Inventum GERMANE *tuum. Sic & nova ſemper*
Ingenia extundant varias Mortalibus Artes.

Quibus graphice deſcripſit ille Tormenti bellici genus horrendum, quod à ſono immani tonitruque *Bombardam* vocarunt. Hinc ait: *Inventum Germane tuum* &c. Ad quæ ſic infert ſcitiſſimus hicce a) Interpres: *Fato quodam germanica Ingenia cateris præſtant in ære tractando: ut abſoluta, qua cotidie edunt, Opera docent: inſigniter autem divina illa* IMPRESSORIA *Ars, Argentorati primum per* JOANNEM MENTEL, *Schotti noſtri avum, anno* M CCCC XLII. *inventa teſtatur ſimul cum bombarda: cujus inventionem multi Monacho conceſſerunt: Alii cuidam Petro, referente Irenico. Annus autem* M CCC LXXXX. *agebatur, quando* b) *Bombardarum Tonitrua ſunt reperta:*

Tri-

a) Editione ſecunda, quæ abſoluta magis eſt & perfecta, ut teſtatur Scholiis ſuis ad Dict. *Alphonſi.* In priore autem editione hæc verba deſunt, quia ſcilicet non vere inſtructus tum erat ipſe *Spiegelius.*

b) Bom-

Τὴν χαλκογραφίην Βομβάρδην τ' ἔσχατος αἰὼν
Ἔλλαχε, τὴν ὄφελος μὲν μέγα, τὴν δ' ὄλεθρον.
i. e.

Cum Chalcographia Bombardam ætate ſenecta
Orbis habet: quarum hæc quam c) mala, tam illa bona eſt.

ut in *Meditat. Hiſtor. Camerarii* quidam cecinit.
Ac ipſo *Spiegelii*, Scriptoris illuſtris teſtimonio, quo nihil planius aut evidentius pro AR-

b) Bombardæ uſus apud Sinas fuit ante annos 2000. vid. *Scaligerum* ſeu *Yvonem Villiomarum.* *Joan. Barclajus* in Icone animorum cap. V. meminit horum Inventorum, ſcilicet Bombardæ & Typographiæ.

c) Sic eſt, *Polydoro Vergilio* teſte lib. II. c. XI. qui hanc humani generis peſtem invenit, id præmii loco accepit, ut nomen ejus perpetuo ignoretur. Contra quam, qui Typographiam &c.

En ces deux inventions, dit *Paſquier* en ſes Recherches lib. 9. c. 29. l'on voit le monde renverſé: Un moyne inventeur de l'Artillerie, & un guerrier de l'Imprimerie. C'eſt pourquoy me jouant autres fois, je fis cette Epigramme:

Bombardam Monacho debet male ſana vetuſtas,
Et Monacho, cui pax alma colenda fuit.
At mandare typis chartas a milite habemus,
Hoc unum eſt, currus ducit anhelus equos.

Jovianus Pontanus, Anton. Boſchius ex *Arioſto* Poëta Italico, & *Fracaſtorius* Bombardam eleganter deſcripſerunt.

ARGENTORATENSIBVS dici poteſt, res p. 43
conficienda videretur: niſi quoque vocandus eſſet ad partes *Hieronymus Gebuilerus*, teſtis etiam in eo ædepol locupletiſſimus, qui in illa d) *Panegyri*, quæ de CAROLI nomine inſignita eſt, & quam Anno e) MDXX. in Vrbe ARGENTORATI inſtituit, ac typis commiſit: Vbi *Germanos* in univerſum adhortatus fuiſſet ad novum hoc Numen, tum primum rerum conſcendens ſolium, pro dignitate excipiendum, venerandum ac ſuſpiciendum: mutata pauliſper orationis velificatione, f) totum atque admodum conquiſite ſe confert in ALSATIÆ laudes, decoraque eximia & præclaras dotes, maximeque ARGENTORATI nec non inſignium illius Civium Indigenarum æquê ac Incolarum, hac volubilitate verborum: *Quos denique glorioſos triumphos prcpitio Deo Argentoratenſis Civitas ex hoſte domum retulerit, hoſtilia ſigna & vexilla ſummi templi parietibus affixa certiſſime demonſtrant. Quæ præterea inſigni & ingenua Nobilitate præter illuſtres ac generoſos majoris Ædis Canonicos Argentoratum olim polluerit, nunc quoque vigeat; innumera Gentilium*

d) Hæc eadem Panegyris An. 1641. rurſus typis mandata fuit ibid. In 4to apud *Phil. Mulbium*, Acad. Typographum.

e) *pro*: XX. *lege*: XXI.

f) *ſic pone*: totum ſe confert atque admodum quiſite in Alſatiæ laudes.

tilium armorum inſignia, nedum in majori templo verum & in ſecundariis ſacris Ædibus ac Monaſteriis ſuſpenſa, planiſſimo ſunt argumento. Foverunt & hæc p.44 *mœnia* &c. (vid. ſupra Part II. pag. 29. ſq.)

Satin' clare? (*Malinkrote* doctiſſime) Satin' ad juſtam meritamque fidem à *Schragio* eruditiſſimo, atque à noſtro EXCURSUS Authore p.45 relatam ac poſteris traditam de INVENTO TYPOGRAPHIÆ roborandam, appoſite? Ecquis nunc iſta, quibus nihil candidius aut ſincerum magis enunciari poteſt, levabit, aut contra audentior ire ſataget? Sed o ſi ALSATIA, cujus hic meminit, & de qua nobis aquam aſperſit gratiſſimam, ſupereſſet! Si inquam apud nos *Opus* iſtud extaret, in quo quidquid in hac ipſa Provincia nobile ac ſingulare fuiſſet, foretve, curioſe deſcriberet atque abunde explicaret: Quid tuis illis *Moguntiacenſibus* bellulis, *Fauſto* videlicet Inſtitore, *Gutembergio* Aurifice & illo humilioris adhuc ſortis homine, (nam hunc ad manum *Fauſtus* habebat) *Petro* g) *Opilione* fictis ad arbitrium per ſummam *ſuorum* ambitionem TYPOGRAPHIÆ INVENTORIBUS jam fieret? In ea quippe *deſcriptione* ſuæ *Patriæ*, ut multos alios præteream florentiſſimæ civitatis hujusce

g) *Petrus* hicce *Scæffer* vocabatur patrio, hoc eſt, germanico idiomate, & *Fauſti* PUER dicebatur. Gallice, ſon valet, laquais. Latine ita recte nominatur Puer. vid. *Cicer.* Epiſt. ad Attic. lib. 3.

ce honores; hoc quoque non, ut hic facit, deſultorie; ſed ſtudio accuratiore ac diligentiore proſequutum ſe iri h) conſtituit; utpote cum addat, ſe levidenſem hic tantum Vrbis Argentoratenſis delineationem adumbraſſe, quam vivis coloribus eſſet expreſſurus in ALSATIÆ *deſcriptione. Sed ampliorem ejus ornatum* (de *Campana* ingenti majoris *Eccleſiæ* loquitur) *Alſatiæ noſtræ explicandum relinquimus, cum hoc loci ſummis duntaxat labris & extremis digitis* ARGENTORATVM *attingere decreverimus.* p. 46

Poſtremus eorum, qui in EXCVRSU citantur, *Authorum*, eſt *Andreas Althamerus*, quem potius ad fidem vocis noſtræ ſolvendam hic appellabimus; quam ut fuſiore i) teſtimonio indigeamus. Quis enim in tanta veritatis luce atque ſplendore, tot tantisque cauſæ noſtræ vindicibus atque defenſoribus ampliora requireret? Is porro vir doctus & optime literatus, atque ut à me laudatis, & ab *Excurſus Authore* prolatis, *Wimphelingio*, *Spiegelio* ac *Gebuilero* ætate non minor, ſic *patriæ hiſtoriæ* cognitione nihil inferior, Commentario in *Tacitum* de moribus & populis Germanorum enarrato, diſerte ſatis generoſæ ac multum induſtriæ *Nationis* illius ſplendore ac eminentioribus titulis, qua belli, qua pacis artibus comparatis; celebriores ſui ævi de TYPO-

h) *pro*: conſtituit, *lege*: conſtituerat.
i) *adde*: adeoque illius.

GRAPHIÆ Authore *Sententias* commemorat; atque ab iis quidem *Fauſtum*, ab illis vero *Gutembergium* proponi aſſerens, concludit tandem pag. 254. *Auguſtæ Vindelicorum* Editionis k) ad Annum 1581 inſtitutæ: *Alii* IOANNEM MENTELIVM *Inventorem ſcribunt.*

Ut autem planum ſit, nullum Tempus extitiſſe ab ortu TYPOGRAPHIÆ, in quo veritatis ejusce vices non expreſſæ ſint, acſi per p.47 manus traditæ; præter alios & avthenticos illos ſine controverſia calculos eorum Authorum, qui in EXCVRSV citantur, quique non longe ab ipſis *Natalibus* ARTIS in lucem prodiere; ipſaque tum primum penè florente ſcripſere; advocandi ſunt & alii paulo citerioris ætatis, deinde remotioris, ac tandem hujus noſtræ tempeſtatis; ſive illi populares ſint atque *Germani*, ſive alterius *Nationis*, quos paribus in ſcopum eundem, aut minime certe contemnendis concurrere telis, quod dici ſolet, manifeſte comperies. Adeo patet hanc ipſam ARGENTORATENSIBVS nullo non tempore aſſertam fuiſſe. *Gilbertus Cognatus*, *Nozereti* in ſuperiore *Burgundia* natus (cujus apud omnes juxta bonos ac literatos, maxima merito ſemper authoritas fuit, ob probitatis pietatisque, quam fecit cum profunda eruditione mixturam) in ea, quæ

k) *lege:* & poſteriore anno inſtitutæ alterius inculcare videtur.

quæ Anno MDLVIII. *Baſileæ* vulgata eſt, *Deſcriptione Galliæ*, quam pro veteri Orbis cenſu, l) quinque metis finiri advertit: *Rheno* ſcilicet, *Oceano*, *Pyrenæis Montibus*, *Mediterraneo mari* & *Alpibus*, docet m) ARGENTORATVM ampliſſimam ac potentiſſimam TREBOCORVM urbem, CLARAM eſſe EXCVSORIA ARTE. *Cujus facerent* INVENTORES JOANNEM MENTEL, & *Joannem Gutemberg.* Quod idem, qui ſupra, *Wimphelingius*, in eo p. 48 quod excutimus *Argumento* factus eruditior, viſus eſt occupaſſe in ſuis contra *Romanam Curiam Gravaminibus*, dum ait: *Neque nos Religionem à Romanis accepiſſe parvipendimus, pro qua nos* Æneas *Romæ multa debere contendit. Licet è diverſo nobis illa pro nobiliſſimæ excellentiſſimæque Artis impreſſoriæ per Noſtratium Argentini cujuſpiam & Maguntini* (quibus verbis neceſſe eſt ſubaudire eosdem, quos ipſe *Cognatus*; nam n) *Moguntiacenſis* erat *Gutemberg*, non *Argentoratenſis*, ut o) antea probatum eſt,) *ſagaciſſimam ac vigilan-*

l) vid. *Carol. Bouillum* in Ep. ad *Fr. Briconnetum* fol. 85. Rheno, Alpibus, Pyrenæo monte, Mediterraneo & Oceano &c.

m) *Eutropius* lib. X. cap. 7. Argentoratum inter Galliæ urbes recenſet: Julianus *modicis copiis apud Argentoratum Galliæ urbem ingentes Allemannorum copias extinxit.*

n) *adde*: Patria.

o) *adde*: ſatis.

tiſſimam induſtriam, *Invento nonnihil debere videatur.* *Hac enim Arte omnes optimæ fidei & morum doctrinæ, diverſis etiam linguis conſcriptæ, in univerſum orbem propagantur.*

Sed & ad Annum MDLXXXI. eo conſenſiſſe virum eruditionis recoctæ atque politæ, *Simonem Fabricium*, Scholæ Auguſtanæ ad *Annæ* primarium, propalam eſt: ut qui *Althamero*, (cujus laudata in *Tacitum Commentaria*, in quibus MENTELIVS inter Authores Typographiæ reponitur, recentavit,) hoc tempore ſubſcripſerit.

Ac ſimili modo *Joannes Kahl*, ſive *Calvinus*, *Wetteranus*, *legum Profeſſor Heidelbergenſis* peritus, ac in literis etiam aliis veterator haud ignobilis, *Jacobi Spiegelii* ſupra rogatam pro p) MENTELIO ELSATIBVSQVE ſententiam confirmavit in ſuo *Juris utriusque vocum Penu*, quem
p.49 ex ſagaciſſimis quibusque poſt ipſum *Spiegelium*, iſtiusmodi *Diſciplinæ* interpretibus confecit, & Seculo hocce, quod decurrimus, incipiente propoſuit, ac in vulgus emiſit. *

Atque ut ad noſtra usque tempora ſpeciem iſtam probandi, quæ potentiſſima eſt, per loca Authorum, quæ ad rem ſpectant propoſitam, ſectemur, juvat hic quoque in medium ad-

p) *Simon Schardius*, J. C. in Lexico juridico, quod ſui ad annum 1582 edi curarunt, ad verbum *librarios* p. 1301. confirmat & inculcat verba *Spiegelii* de *Mentelio*. * vid. ſupra pag. 21.

adducere ea, quæ tanto plus ſolide quam publice dixit Vir noſtræ memoria impendio doctus, & elegantioribus muſis percharus, *Matthias Berneggerus*, in illa q) *oratione*, quam totius *Academiæ* nomine III. Kal. Septemb. Anni MDCXXVII. frequenti omnis Ordinis hominum Conſeſſu habuit ARGENTORATI, in optimi *Conſulis* & *Scholarchæ* diligentiſſimi, *Petri Storckii*, funere: *Neque*, inquit, *minori dexteritate ſuſtinuit* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 56. ſq.)

Te urgere ſimilibus perfacile, (*Malinkrote* p. 5 diſertiſſime) ſed jura juribus accumulare quid neceſſe eſt? *Paucis* r) *amat expedita virtus*

T 3 *Ve-*

q) Hanc ſententiam confirmat idem Vir nobilis & eruditus, *Matthias Berneggerus*, in Quæſtionibus ſuis Miſcellaneis in *Taciti* Germaniam & *Agricolæ* Vitam, quas edi curavit *Joan. Freinshemius* an. 1640 Argentorati, Quæſtione ſcilicet 99. cui præmiſit hæc *Taciti* verba de Moribus & Populis Germanorum: Literarum ſecreta Viri pariter ac fœminæ ignorant. *Illud vero non habendum inſuper*, inquit doctus *Berneggerus*, *quod hanc diuturnam literarum ſcribendarum imperitiam optime penſarunt Germani, feliciſſimo illo & omnibus ſeculis memorabili invento Typographiæ, quam etſi nobis quaſi deſponſam, ſunt, qui ſine ullo divortio volunt abducere & aliis tribuere nationibus; non dimittimus tamen; nec enim ſoli Atridæ ſuas Uxores amant &c.*

r) Eſt

Veritatis, non pluribus, inquit *Tertullianus*: Quæ ut ſæpe diſcordant inter ſe, ita errorem redolent. Fidei dubiæ ſunt ea, quæ pro *Moguntiacenſibus* ſubleſta quadam traditione feruntur; ut & quæ pro s) *Harlemenſibus*, (è quorum cœno hanc etiam plantam evellimus) oggeruntur intempeſtive. t) Non inficias iverim ſane, Tuos illos ab ARTE nonnihil nominis reportaſſe; non inventa quidem illa, ſed exculta ætate prima *Moguntiæ*: Vnde hoc

r) Eſt enim virtus,ut veritas, paucis indicibus contenta, acclamationis & &c. *Critonius* in Gratiar. actione, ubi de *torneamentis* p. 15.

s) Narrabat mihi juvenis quidam Germanus 23. Dec. anni 1656. dum una nos offendiſſemus in via Cytharæa, non amplius ſpectari à tranſeuntibus effigiem *Laurentii* Argillacei *Coſteri* illius in urbe Harlemenſi, quo cives exſtructam illam in domo ſeu æde, ubi ajebant ſuum *Coſterum* commoraſſe, ſcilicet confuſi pudore, ſummovere fictitium ſuum *Laurentium*, tanquam Typographiæ inventorem.

t) Addantur ſequentia: Et ſic ſuam mihi mentem ſuper eo aperuit V. C. *Petrus Puteanus* an. 1648, dum una apud ſe colloqueremur in Bibl. Regia, cujus judicium & autoritas mihi juxta ac omnibus probis & doctis chara eſt & magni ponderis. *Malinckrotius* p. 57. diſſert. de arte Typograph. irridet narrationem *Adr. Junii*: Senes annoſos authoritate graves eſſe. vid. cap. totum ſextum ejusd. Diſſ. in quo totus eſt in *Junium*.

hoc loci repertam fuiſſe & ducta ſcilicet, & *Petri Scœfferi*, hominis leviſſimi, temeritate inſinuata opinio, *Joanne Fauſto*, ipſius *Hero, Doctore artis*, ac tandem *Socero* è vivis erepto; nam eo ſuperſtite hoc usque audaciæ nunquam proceſſit. u) Notat quippe *Fauſt* ipſe, quibus è *locis* & à quo *Heroë* hoc INVENTVM cœleſte *Moguntiam* veniſſet, nec poterat æqua mente id TREBOCIS invidere. Vti plus ſatis in ea re huicce *Vibi* tribuere, ſummæ fuerit impudentiæ. Superant etiamnum *Exemplaria* permulta in rerum natura, quæ *Fauſtus* ipſe impreſſit, aut *Opilioniis* iſtius ſui *famuli* manu imprimi curavit, poſtquam à *Gutembergio*, vel potius à *Gensfleiſch*, Moguntiæ hac Arte informatus fuiſſet. Sic enim hoc novum iſti *Negotium* inter ſe initio habuere: Vt *Anſicarus* ille, ſeu *Gensfleiſch*, *Artis Secretis Argentorati* intinctus à *Patrono* ſuo JOANNE MENTELIO, (velut *Aquila Libertus* à *Mæcenate* quondam *Romæ*, compendiariis quibusdam Literarum *notis* inſtructus eſt) ſocietatem inierit cum *Gutembergio Aurifabro*. Inde Domino ſe ſurripiens ſuo, cum iſto Moguntiam aufugit. Quo per unum & alterum prope ſudantes *Luſtrum* in eo clivo, Bona omnia inſumpſerunt, quæ alias ſuppetebant ipſi *Gutembergio*, antequam quidquam effatu dignum in Arte valuiſſent proferre. Non quod tamen non illam p. 51.

T 4

u) *pro:* notat, *lege:* norat.

illam ſatis belle tenerent, ac tantum non ejus ad ſummam non perveniſſent: ſed quod imo in fundo apud ſe ſolo ſuſpirante nummo, iis ſumptibus, quibus opus haberent, amplioribus imprimendis *Voluminibus* prorſus eſſent impares. Quibus in anguſtiis ita poſitis nedum torpentibus occurrit quaſi *θεὸς ἀπὸ μηχανῆς*, *Joannes Fauſtus*, ejusdem Vrbis *Mercator* haud obſcurus. Cum illo adfuerunt & x) alii, quorum opibus atque favore ſubnixi, ſo-
p.52 cietateque ac y) conſortione recreati, cœperunt per laborum gradus ac protelum majora opera moliri.

Cumque illi ſtarent &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 20. v. 109--116.)

Inquit *Joannes Arnoldus Bergellanus*, Poëta ingenioſus, ac præter illam, qua nitet, eruditionem, in hiſtoria quam extricamus haud tenuiter verſatus, in CHALCOGRAPHIÆ *Encomio*, quod z) compoſuit quadraginta plus centum re-

x) *adde*: quos fama obſcura recondit, ut *Joan. Medimbach, Conradus Henlif*, quod colligere eſt ex Necrologio Abbatiæ Sti Victoris, ubi de commemoratione horum agit, qui opus tum primum Moguntiæ impreſſum Epiſtolarum Divi *Hieronymi* ad annum 1570. typis mandatum ſibi conceſſere.

y) *pro*: conſortione, *lege*: conſortio.

z) *Bergellanus* vivebat ineunte ſuperiore ſeculo 1500. Arnoldus Bergellanus, *Autheur ancien, curieux*

retro annis. Cui etiam hac in re præiviſſe videtur Author ille *manuſcripti Codicis*, quam profert *Rerum Moguntiacarum Scriptor* diligentiſſimus, *N.colaus Serarius*, Societatis à Jeſu dictæ Presbyter doctiſſimus. *Hoc autem*, tradit, *Vrbis noſtræ* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 274.) Et hiſce aſſenſus eſt quoque *Joannes Trithemius*, p. 53 Spanheimenſis Cœnobii, Diœceſeos Moguntinenſis, meritiſſimus & ſapientiſſimus olim Abbas, inter ipſaque TYPOGRAPHIÆ incunabula ortus, a) dum in *Chronico*, quod de Domus ejuſce appellatione inſignivit, tangens eas *Gutembergii* rerum anguſtias, ſic ait: *His etiam Temporibus* (hoc eſt anno MCCCCL) *Ars imprimendi* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 311.)

Non ergo, velut intendit *Salmuthus* in *Guidonis Pancirolli* nova Reperta, ſub finem Partis p. 54 poſterioris, ubi de TYPOGRAPHIA, cum ementito fictoque ſuo publico *Inſtrumento*, (cujus nimis vellem nobis exhibuiſſet tenorem) atque anili narratione, hanc ARTEM *Gutenbergium* edocuit *Joannes Fauſtus*, ab eoque ſuppetias expertus eſt: Sed *Fauſtum* & *Scoefferum* è contra *Gutenbergius*, vel potius ſocius ejus *Gensfleiſchius*, qui verus Moguntiæ illorum omnium in *arte* ὄρχαμος extitit, ſi multis iisque

rieux & fort diligent, *qui dit expreſſement*, *que c'eſt* Jean Gutenberg. Naudé in addition à l'hiſtoire de *Louis* XI. p. 284.

a) *adde*: & educatus.

graviſſimis Scriptoribus adeoque *Wimphelingio* ipſi credamus, qui in *Præſulum Argentoratenſium Catalogo* ad *Rupertum* b) diverſum ſentit his verbis, confuſe quidem ac obſcure ſubjectis: (ut vel magni Authores non omnia perficiunt, ſed aliquando labuntur & oneri cedunt) c) veruntamen ex quibus nullo negotio id poſſis eruere: *Sub hoc* Roberto *nobilis Ars* &c. (vid. ſupra Part. I. p. 174.) Atque hæc p. 55 ſola & unica ratio eſt, cur olim unus ex Anteceſſoribus hujus Vrbis honorariam ei ἐπιγραφὴν excitaverit & inſculpſerit ibidem his vocibus: Joanni Gutembergenſi, *Moguntino, qui primus omnium literas ære imprimendas invenit, hac Arte de toto Orbe bene merenti*, Ivo Witigiſis *hoc Saxum pro monumento poſuit, Anno* MDVIII.

Ac ne forte aliquis hic oboriatur ἀκανθολόγος, qui alivorſum recedens, Cornicum, quod ajunt, oculos velit configere, hanc meam de *Wimphelingio* mentem firmabo, authoritate *Bernardi Herkog*,* qui in præfatione ſui *Chronici Elſatiæ* tradidit, *divinum libros imprimendi Artificium in* Germania *cœpiſſe Anno* MCCCCXL Argentinæ, *ſed* Moguntiæ *perfectum fuiſſe, auxilio* Joannis Gensfleiſch. Cumque illo concinunt alia duo, unum *Gaſpari Hedionis*, impreſ-

ſum

b) *pro*: diverſum, *lege*: hoc ipſum.

c) *dele*: veruntamen, & *lege*: ex quibus attamen.

* legendum eſt: *Hertzog* in Chronico Alſatiæ germanice edito Argent. 1592. fol.

ſum *Straſburgi* Anno MDXLIII, aliud *Sebaſtiani Franci*, Anno 1555 *Bernæ*, quod poſtremum ſic habet pag. 215. *Anno* M CCCC XL. *poſt natum Chriſtum, ſub Imperatore* Frederico III. Moguntiæ *in Germania Ars impreſſoria inventa fuit per* Joannem Gensfleiſch, *Moguntinum, Quanquam eam nonnulli* Argentinæ *prius à* Joanne Gutenberg *detectam tradant.*

Quibus ſubjungam hominis impenſe docti *p.56* ſapientisque, *Theodori Bibliandri*, locum ex *Commentario* ſuo *de ratione communi linguarum & literarum* depromptum: *Quod*, inquit, *adſcribunt quidam excellentiſſimæ rei Inventum Civi Moguntino, & nonnulli quidem* Fauſto, *& ad annum circiter* M CCCC LII. *prorogant ortum ejus, inde accidit, quod primus Inventor excogitatam à ſe artem in Patria, Moguntiam deſcendens, aliis etiam adjunctis, perfectiorem reddidit.* Nec ſui hac in re diſſimilem ſe præbuit Author ille, altero ſuo, *de Partitione Temporum*, Opere.

Verum eſt igitur, Artis fundamenta illius jacta præſtructaque *Straſburgi*, *Gensfleiſchium* cum *Gutembergio Moguntiam* portaſſe. Quo ejusdem in ædibus retractata frequentius, tandem excluſa eſt molimine hujus; cujus ideo memoriæ parentans alicubi d) *Wimphelingius*, hos verſus ſacravit:

Felix

d) Primum hic ſcribit illum, *Mentelii* olim famulum, Typographiam exercuiſſe Moguntiæ cum *Jo-*

Felix Anſicare (ſic enim nomen *Gensfleiſch* latine reddidit) *per Te* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 33.)

p. 57 At hic *Anſicarus* ſeu *Gensfleiſch* à MENTELIO divino, à quo ad *Gutembergium* turpiſſime defecerat, ut ante relatum eſt, edoctus ac informatus fuerat. Ad illum igitur, ut ad INVENTIONIS *Fontem* ſemper recurrendum eſt, & ad ARGENTORATVM, ut ad genuinum *locum*, ubi ea ipſa ſuborta.

Hic unum eſt, quod merito quæri poſſit: Cur in eorum Librorum, qui *Moguntiæ* excuſi ſunt primum, *Subſcriptionibus Gutembergii* illius aut *Gensfleiſch* Nomina non exprimantur, ſed utplurimum *Fauſti* ac *Scœfferi?* e) Ratio eſt nimirum, quod illi pauperrimi erant; hi divites. At ſcis, (Homo primarie) quodnam Emblema ſit Paupertatis, ut cujus

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas.

Ita ſane volente Numine male feriatorum illo-

Joanne ſcilicet *Gutenbergio*, non autem, ibi artem illam inveniſſe. Alias ſibi ipſi contradiceret *Wimphelingius*, utpote qui in epitome rerum Germanicar. ſupra laudata p. IX. aliter protulerit. Primus quidem Moguntiæ excudit literas, quod artem imprimendi a ſuo Domino Argentorati didiciſſet, nec mirum; nam eo cum *Gutenbergio* conceſſerat, & ſuo ſe Domino ſurripuerat.

e) *ſic corrige*: An quia illi pauperrimi erant, hi divites?

lorum quiſque pro meritis f) acceptus eſt; ubi ex ipſis *Secreta* noviſſet *Artis Fuſtheus*. Sicut qui prælargus opum vi fuiſſet aliquando *Gutembergius*, ne proprio Marte quid poſſet aggredi, ſumma rerum omnium egeſtate depreſſus ſit; ac licet tantiſper recreari viſus g) eſt, munere ſocietatis beati iſtius *Inſtitoris*; nec mora tamen abs illo ea mulctatus eſt, ac *Libraria Officina*, quam de ejus præcipue ſumptibus cum ſocio ſtruxerat, intenta lite propulſus, abjectus atque neglectus; (ut non dicam, hunc brevi rebus humanis inde exemptum fuiſſe) *Anſicarus* vero, funeratis partibus illis corporis, quibus quondam Lynceus erat, & quæ maxime ſunt Opus TYPOGRAPHIÆ, p. 58

Ægre vitam in miſeriis luctuque trahendo,

perfidiæ in Herum nefandæ pœnas exſolvit.

Nec alio utique cauſam *Cæcitatis* h) hujusce retulit *Chronicon* illud *Argentinenſe*, quod ſtatim à limine παραινέσεως hujusce laudatum eſt, quam ad i) Deorum immortalium, ut cum veteribus loquar, iram, conceptam videlicet ab inexpiabili proditione illa fraudeque, quam

f) *pro*: acceptus, *lege*: exceptus.

g) *pro*: eſt, *lege*: ſit. h) *pro*: hujusce, *lege*: iſtius.

i) - - - *Multum ille & terris jactatus & alto*
Vi ſuperum & ſævæ memorem Junonis *ob iram*.
Virgil. Æneid, l. v, 7. ſq. *Celſus* de re Medica ſtatim initio.

quam ſceleſtum id caput *Hero* ſuo fecerat. *Aber GOtt*, (inquit) *der ſeine* &c hoc eſt: *Sed Deus, qui nunquam perfidiam impune dimittit, hunc* Gensfleiſch *in pœnam ſuæ in Dominum infidelitatis* k) *viſu privavit.*

Fœderis autem iſtius ut & Diſcidii, quæ *Gutembergio* interveniſſe cum *Fauſto* advertimus, ſic rationem exponit, citato Poëmate *Bergellanus:*

Hic dum cernebant raras &c. à v. 245-262. (v. ſupra Part. I. pag. 28.

p. 59 Dic ergo, *Salmuthe*, unde habuiſti noviſſime, primo quidem *Gutembergium*, opulentum *Aurificem* (quem æque alii inepte *Famulum Fauſti* confingunt celebritate ac fama novitiæ Artis inductum) & lucri abs eo l) manantis odore allectum ſe *Fauſto* junxiſſe; illumque indigentem ſuis opibus levaſſe? Deinde vero *Fauſtum* cum eo diuidias egiſſe, quæ poſtea confectæ ſint, lato inter ſe m) Decreto Anno

k) Ita Daphnis, Mercurii *filius*, *Paſtor egregia forma, dilectus a Nympha* Lyca, *fidem quum dediſſet, nullius ſe mulieris alterius concubitu ſe uſurum: ſed fefellit, ob quod orbatus eſt luminibus, quod licet carminibus & fiſtula ſolaretur, non tamen diu vixit*; inquit *Philargyrius* in Bucol. *Virgilii* Ecl. V. v. 20.

l) *pro:* manantis, *lege*: manaturi.

m) Hujus inſtrumenti tenor non proponitur, ſed tamen

no MCCCCLV. quemadmodum tangis, melius dicerem, fingis? Quis enim præter te hoc unquam ſomniavit? Nec mirum, ſi ille, quo nemo verius, diſtinctius aut clarius, ſuſceptæ apud *Moguntiam* TYPOGRAPHIÆ *Infantiam* aperuit, *Joan. Arnoldus Bergellanus*, ſingulari & laudato jam *Carmine* contra cecinerit, & de ea re ſub Judice litem remanſiſſe notaverit. Cæterum hoc ipſum grave *divortium* non ante milleſimum quadringenteſimum & ſexageſimum annum accidiſſe probabile eſt; eo quippe tempore fidem adhuc ſtetiſſe, nedum amicitiæ ſuæ frigore *Fuſtum* illum percuſſiſſe & *commercii* teſſeram confregiſſe colligitur ex *Subſcriptione* jamjam notanda *Vocabularii*, dicti *Catholiconis*, librorum omnium n) effatu dignorum *ætate* (ut ego, poſito non perfunctoriè calculo, auſim affirmare) facilè principis: quod quidem *Pariſiis* aſſervatur, in *Bibliotheca* Religioſorum Patrum Fulienſis Ordinis, e qua mihi commodatum eſt à R. P. *Petro à S. Romualdo*, piiſſimo & eruditionis altiſſimæ varietate notiſſimo, ac multis in vulgus emiſſis Operibus percelebri Viro. In qua p. 60

men ratio & mens ficta a *Salmutho* & annus, quo fingit eſſe conditum.

n) Eodem enim libro tentamenta ſeu rudimenta quædam inſtituta fuiſſe traditur; eſt illud, quod extitit apud Dominum *de Mets*, dum viveret, Commiſſaire des Guerres.

qua ſcilicet *ſubſcriptione* (cum una edendo huic libro incubuiſſent *Gutembergius*, *Gensfleiſchius* & *Fauſtus*, cui ſuberat ſuus tunc forte *Scœfferus*. Vt ſi induſtriam illi contuliſſent, hic o) miniſtrarit *Impenſas*) nec horum nec illorum diviſim *nominis* mentio facta eſt, ſed *loci* tantum, ubi *opus* excuſum eſt, ne qua ſcilicet invidiæ anſa inter ſe male præberetur. p) Hæc autem illa eſt: *Altiſſimi præſidio, cujus nutu Infantium linguæ fiunt diſertæ, quique nimio ſæpe parvulis revelat, quod ſapientibus celat*: *Hic liber egregius* Catholicon *Dominicæ Incarnationis Annis* MCCCCLX.
p.61 *Alma in Vrbe* Maguntina, *Nationis inclytæ Germanicæ (quam Dei clementia tam alto ingenii lumine, donoque gratuito cæteris Terrarum nationibus præferre illuſtrareque dignatus eſt) non calami, ſtyli aut pennæ ſuffragio, ſed mira patronarum formarumque concordia proportione & modulo* q) *impreſſus atque confectus eſt.*

Hic

o) *pro*: miniſtrarit, *lege*: miniſtraret.

p) *adde*: quod nollent indicari nec propriis nominibus deſignari, ne vulgo nota fieret, quod non factum eſt niſi anno 1462. ut ipſemet *Joannes Scœfferus* teſtatur in ſubſcriptione Breviarii Hiſtoriarum *Trithemii*, infra p. 63. relata.

q) At objicies, ex hac ſubſcriptione ſaltem patet, eos Moguntiæ primum hanc artem incepiſſe; ac proinde non Argentorato, ſed ipſi gloriam eſſe referendam: reponam: Eja! putasne aliter debuiſſe loqui &

Hic tibi, Sancte Pater, Nato, cum Flamine Sacro
Laus & honor Domino Trino tribuantur & uno,
Eccleſiæ laude libro hoc Catholice plaude,
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.
Deo Gratias.

Fuit tempus, *Malinkroti* optime, cum egometipſe probarem *Subſcriptionem* illam, quam laudas, ac anteſignanam eſſe cauſaris omnium, quas ipſe videris, Diſſertationis tuæ de TYPOGRAPHIA capite 8 pag. 68. Sed nunc nuper eandem cum accuratius relegerem, & quæ ais ibidem, attentius perpenderem, quin & Subſcriptionis hujuſce, quam de illo ut tum primum prodeunte, novoque, nec hactenus viſo *literas formandi genere* admiratio produxit, modum reputarem; non potui certe à me impetrare (quod pace tua dixerim) quin dubitarem de *fide* illius. Nec moveor *Henrici Salmuthi*, & argumenti *Operis*, & ὑπογραφῆς etiam iſtius, in *verbis* quidpiam à te diſſentientis, (quamquam ſane, cum ad ſcopum eundem collimetis, oporteret p. 62
vos invicem convenire) authoritate, quæ ne titivillitio quidem ducenda eſt; ut qui in tota illa *appendice* Commentariorum ſuorum ad titulum XII. *Guidonis Pancirolli* Memorabil. quo de TYPOGRAPHICE agit, us-

& ſcribere quatuor illos impreſſores, *Gutenbergium* ſcilicet, *Gensfleiſchium*, *Fauſtum* & *Scœfferum*, cum omnes ejus ipſius urbis cives illi eſſent?

usque nugatur, ficta tradit aut hallucinatur.
Sed aliis rationibus ſollicitor. *Prodiit hoc opus*
Moguntiæ (tuas tibi reddo voces) *Anno* M
CCCCLIX. *eo nimirum tempore, quo* Fauſtus &
Scœfferus &c. (vid. ſupra Part. I pag. 686.
ſq.)

Cedro digna r) *ſubſcriptio*, ſi aditum ha-
beret? ſed amabo te, primum (cum ita ſua-
ve ſit, ut *Fauſtus & Scœfferus* eo tempore ſe-
cum in occulto tenerent, ac *domi* religioſe
ſervarent hanc *Artem*) quis *Joannem Gutem-
bergium*, quicum & *Fauſto* litis conteſtatio-
nem fuiſſe vel *Annos* ſolidos quatuor ante de-
p.63 narrat *Salmuthus* s) eandem vulgare prohi-
buit interim temporis? t) At ſi non ad uſum
Ipſam per inopiam revocare valeret, certe
alios docere? Ut ſic quoque perabſurdum
ſit & ἄτοπον, quod in calce *Breviarii Hiſtoria-
rum Trithemii* Anno MDXV. Moguntiæ in
vulgus elati *Joannes Scœffer* adjecit, dum ait:
Retinuerunt autem hi duo jam prænominati, Joannes
Fuſt & Petrus Scœffer, *hanc artem* u) *in ſecreto,
omni-*

r) Primis illis artis temporibus neque capitales literæ, neque rubricationes fiebant. Falſa & fictitia inſcriptio.

s) *adde*: loco ſupra laudato.

t) *ſic corrige*: Ac ſi ad uſum per inopiam ipſam revocare non poſſet.

u) Quaſi vero a *Gutenbergio* aut *Gensfleiſchio* non potuiſſet vulgo innoteſcere? Ope-

omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquomodo manifeſtarent, jurejurando aſtrictis: (O egregia fides ſervilis!) *quod tandem anno Domini* MCCCCLXII. *per eosdem Familiares in diverſas Terrarum provincias divulgata haud parvum ſumpſit incrementum.* Sed ad pulchellulum illud *Opus*, quod eſt *Capitalibus* verborum elementis adeo venuſte ornatum & illuſtratum, *Rubricationibusque*, ut fert ὑπογραφή, interſtinctum atque decoratum, quod certe fuit ea tempeſtate

x) *Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno,*

itane de primis huic ARTI commiſſis Operibus id y) unum eſt, cui inter imprimendum hæc gratia conciliata ſit? Nam in iſtis omnibus, quæ vidi, (multa autem vidi) quorum maximam partem tenet illa,

- - - z) *Altera Regia Phœbi*
Pariſius, Cyrrhaa viris, Chryſaa metallis,

U 2 *Græca*

Opera quidem impreſſa vulgo patebant, non autem artis ratio.

x) *Juvenal.* Sat. VI. v. 165.

y) Conjectura eſt, *Fauſtum* & *Scœfferum* nec ſua nomina, nec notas adſcripſiſſe libris, quos ediderunt, ſi quos ediderunt, antequam a ſuo Typographeio artem vulgari vellent. Inde in Catholicone ſupra laudato non deſignantur, quin in Bibliis deſignantur quidem, ſed ita, ut vellent ſe Bibliographos teſtari, non Typographos, quo nomine Pariſienſes deceperunt, ut infra videre eſt.

z) Ver-

p. 64 *Græca libris, Inda ſtudiis, Romana Poëtis,*
Attica Terra Sophis, mundi Roſa, Balſamus orbis,
Sidonis ornatu,

a) nihil tale unquam animadverti. Nec novitiis b) *chalcographiæ temporibus* & uſum illius tum primum ineuntibus hominibus *typis* edebantur *productiores* ejusmodi literæ, ſive *Imperiales* & *Bullaticæ*, ſive *Latinæ* & *Romanæ*, (quæ vi ac figura ſunt *Atticæ*) ſive *Tornatæ*, quæ cum *Bullaticis* ab *Arte* inventa *Triginta* plus *annis*, idque ab ARGENTORATENSIBVS primo impreſſæ ſunt, & *Capitales* ideo nuncupatæ; quod ab iis (ait c) *Godefridus Tory* Opere de vera Atticarum ſive Antiquarum literarum ad corpus humanum proportione, ſcripto gallice) ſuas *Editiones* inciperent, & Librorum *Capita* ordirentur. Sed abſolutis atque conſummatis omnino Libris & è *Literatoriis Officinis* amiſſis, d) pro ar-

z) Verſus ſunt *Archithrenii*, quo ſub nomine voluit legi & ad poſteros commendari *Joannes Hautivillenſis* Poëta, natione Normannus, qui florebat verſus annum 1200.

a) *lege:* in illa inquam nihil tale &c.

b) *pro:* Calcographiæ, *lege:* Typographiæ.

c) Is erat Regis Typographus, ut habet *Ramus* præfat. in ſuam Grammaticam Gallicam, Pariſiis editam an. 1572. 8vo apud *Andr. Wechel.*

d) Vide *Matthæum Gribaldum*, lib. de ratione ſtudendi; *Hi errores*, inquit cap. XVI. lib. I. ubi de Le-

arbitrio Poſſeſſorum miniabantur decorabanturque *Rubricationibus*, ut commentitiæ ὑπογραφῆς verbo utar, ac miro artificio, varieque non raro tum ratione colorum, tum ſui ipſarum, illuſtrabantur; in ſpatio illo nimirum, quod à Typographis erat relictum deſignatumque Initiis librorum; aut cum materiæ varietas incideret, eorum capitum.

 Hinc

legibus librariorum incuria depravatis, *quantum conjectura adſequor, ex eo fere proceſſerunt, quod majores noſtri (quibus pulcherrima hæc & prope divina excudendi ars nondum conſtabat) libros ſibi calamo parabant, & plerique elegantiores pumice expolitos, miniatos, inauratos, & quod præcipuum erat, capitibus legum egregie depictis, varioque emblemate illuſtratis; quale etiam nunc videre licet in vetuſtis codicibus ex membrana, non typis æneis, ſed librarii manu conſcriptis, in quibus majuſcula cujusque capitis elementa nunc minio, nunc praſſino, ſæpiuscule vero colore cœruleo vel auro irradiantur. Scriptores igitur in ſingulis capitibus ea elementa majuſcula ſtudioſe omittebant, ut pro libito emptorum depingerentur. Atque id in cauſa fuit, cur recentiores noſtri vetuſtos illos codices in prælum referentes (dum nullum elementum prætermittere voluerunt, in capitibus Legum nonnunquam variaverint, modo aliquid detrahentes, modo addentes, ſæpe eum invertentes. Cujus ſane rei argumentum evidens præſtant innumeræ leges, de quarum capite etiam hodie dubitatur.*

Hinc præclarus e) *Spiegelius enarrationibus in Stauroſtichon* ſuperius laudatis: *Vtimur & nos hodie*
.65 *minio in miniandis codicibus, cum literæ in eis majores non tantum ex illo, ſed & ex alia materia diverſi coloris fiunt.*

Annon inde *prægrandium* ejuſmodi *Literarum*, quas à f) *Florum* figuris, quibus erant intextæ, *Florentes* dixere, quamvis ſpecie *Romanæ* ſint, uſus obrepſit? Et hæ *Venetiis* principium habuerunt arte & ingenio *Erhardi Ratdolt* (*Rodolfi*) g) Auguſtenſis, ſub Annum Chri-

ſti

e) *adde*: Vir.

f) Poſterioribus inde temporibus non tam flores inſculpti ſunt, ſed & inſignia aut Principum aut dignatione ſumma præclarorum, vel gratiâ apud Dominos valentium virorum inciſa ſunt iis ipſis literis, ut videre licet in Exemplaribus editionis Comment. *Julii Cæſaris* apud *Vaſcoſanum* Typographum ſub *Franciſco* I. & in Exemplari etiam *Quintiliani* apud eundem Typographum, ubi arma & inſignia illius Regis in aliquibus literis, & illuſtriſſimi Viri *Carnaualeti* in aliis, animadvertere eſt. Et noſtris temporibus hic mos renovatus eſt in operibus, quæ edita ſunt apud Luparam, ubi Regis, Cardinalis *Richelii*, Cancellarii & Domini *des Noyers* arma expreſſi ſunt. Hoc etiam factum fuit alibi. Video enim in Exemplari Commentarii in Epiſtolas *Ciceronis* ad *Atticum Sebaſt. Corradi* inſerta arma Florentinorum & Placentinorum Ducum. Crediderim morem illum ad nos ex Italia veniſſe.

ſti MCCCCLXXVI aut VII. ut aliæ Capitales minores, de Romanis participantes, æque ac *Tornatis*, initium cepiſſe videntur *Pariſiis* induſtria Typographi cujusdam, ejus ipſius cognominis: *Erhardus Winsberg* is erat, (cujus ſuprà meminimus) ante quod tempus in ullis editionibus typis excuſas fuiſſe non conſpeximus. Quod & innuunt Subſcriptiones duæ, alia h) proſa, alia vorſa oratione conceptæ, quæ i) reperiuntur in quodam *codice*, qui penes me eſt, librorum *de Inventione ad Herennium*, *Ciceronis Officiorum* ac *Tuſculanarum*, quos hic impreſſit ibidem, quarum prior ſic effertur: M. Tul. C. *ad* C. Herennium *Rhetoricorum Libri quatuor finiunt*, *tranſitionibus*, *capitalibus literis ac paragraphis diſtincti*: *nitide*, *terſe ac perpolite* Pariſiis *impreſſi in vico* Sancti Jacobi, *juxta*

U 4

g) *adde*: Patricii. In qua eadem urbe Auguſtæ Vindelicorum ut Typographia non inventa ſit, (quam ei laudem Vir magni nominis [*Gilb. Cognatus*] tribuere non dubitat lib. 3. Sylvæ ſuarum Variarum Narrationum) primo tamen omnium libri Mathematici cum figuris Geometricis ante annos CXV. excuſi ſunt ejus induſtria, qui Venetias poſtea acceſſit *Erhardus Ratdoltus*, Auguſtanus. Hæc *David Hæſchelius* anno 1595 præfatione in *Horapollinem*.

h) *pro*: proſa, *lege*: prorſa. vid. *Muret.* in *Terent.* initio Scholiorum, ubi hanc particulam expendit.

i) *pro*: reperiuntur, *lege*: conſpiciunrur.

p.66 *juxta domum Prædicatorum Anno* M CCCC LXXVII. IV. *Kalend. Novembris.* Altera vero, quæ in calce eſt compacti ex hiſce *Tractatibus Voluminis*, ſic exprimitur:

Erhardus Ciceronianæ Lectionis Amatoribus
S. P. D.

Quom tua vel Mutis tribuant eloquia vocem,
Quom tua Phœbeus Carmina dictet honos;
Nonne reus Muſis & Vatibus usque tenebor,
Si tacitus Cicero *prætereare mihi?*
Quod Flacco Varo*que fuit ſummoque* Maroni
Mæcenas, *atavis Regibus ortus eques;*
Id mihi ſi tenues non eſſent carmine vires,
Nunc fores Eloquii Dive Pater Cicero!
Quem ſi Cephaleis vulgaribus annotavi
His libris, veniam Lector humane dabis.

(ita nimirum precatur, quia novum & inſolens id erat tunc *ætatis*, in librorum *editionibus*.)

Nos quoque cum legeris, pretium ne quæſo relinquas,
Artificum ingenuæ quod meruere manus.
Pro quibus optandi mihi ſi nunc copia adeſſet,
Tam bene promeritis commoda mille precer.

Quæ in cauſa ſunt, ut exiſtimem, Subſcriptionem hanc primam *Salmuthi* tuamque (qualis cujusque ſarrituræ illa ſit) ſuppoſitam eſſe; neque ab iis, quorum meminit, Typographis ſaltem *Anno* in ea ſignato excudi potuiſſe.

k) *Fallunt nos oculi, vagique ſenſus*
Oppreſſa ratione mentiuntur. *Ac*

k) In fragmentis *Petronii Arbitri* (pag. 680. ed. *Burmann.*)

Ac turris, prope quæ quadrata ſurgit; *p.* 67
Attritis procul angulis rotatur.

Sine precor, *Malinkrote,* me talem ſuper ea re mentem induere, ut exiſtimem, ὑπογραφὴν illam non *Arte formularia* l) unquam exceptam, ſed *manu* exaratam fuiſſe. Quod & poſita in *Limine* tui *Codicis verba,* quæ nobis exhibes, ſignificant ſatis. Illa autem ſunt: *Iſtum Librum dederunt ad Librariam Conventus Fratrum minorum in Galilæa, prope Zutphaniam, Venerabiles Germani Fratres, Magiſter* Hermann *& Magiſter* Johannes Herwim *de Zutphania, ut pro ipſis & eorum parentibus oretur, qui in Teſtamenti ſui pagina deſideraverunt, quod in prædicta Libraria catenatus permaneat.* Non enim tanti valebat hoc *Opus,* (cujus m) uberrimo TYPOGRAPHIÆ beneficio venales eſſent plusquam ſexcenti Codices) ut *Religioſam* hanc *domum,* à Moguntia non ita longe diſtantem, ſui caritate ac pretio devinxiſſe, atque in perpetuum obſtrinxiſſe cenſeri poſſet. Non hic tamen diffitear, Vir magne, me alias audiviſſe ab ornatiſſimis ac n) lectionis multijugæ hominibus, *Divinorum Rationale Durandi* Mimatenſis Epiſcopi, unum de *primis Operibus* fuiſſe commiſſum ty-

U 5

l) *dele*: unquam.

m) Ars fœcundiſſima. *Plinius* lib. 34. cap. 8. de fuſoria in ære.

n) De *Gabriele Naudæo,* amico veteri noſtro, loqui animo intendebamus.

typis; o) non tamen ante *Catholicon Januenſis*, ſed *Biblia ſacra*, quæ ad Annum MCCCCLXII. p.68 impreſſa ſunt, inter & *Illud*; ſic ut *librariorum* menda profecto ſit (ut in primoribus librorum *Editionibus* contigiſſe ſæpe ſæpius agnovimus) in ea deſignatione *Temporis*, editi iſtius *Operis*, ubi punctum, quod ante notam X poſitum de numero detrahit, eundem poſtfixum augere debeat, hoc modo: MCCCCLXI. non p) illo MCCCCLIX. q)

Num porro à *Fauſto* ac *Scœffero* privatim ſoliſque *Catholiconis Opus* impreſſum ſit, num ſimul à *ſuis* ipſorum *Doctoribus Gutembergio* & *Gensfleiſch*, haud juvat excutere; licet ad manum ſit conficere gravi authoritate fideque, *Scœfferum* in Arte bene tantum profeciſſe poſt citatam *Catholiconis* iſtius Editionem, quæ notandorum hic à me, quin & forte omnium aut ſaltem celebrium TYPOGRAPHIÆ *Speciminum*, (ne quis *Ectypas* nobis Tabulas, aut neſcio quid aliud, non multum ſpecioſius, noſtra vitilitigando reponat & objiciat) quæ *Moguntiæ* inſtituta ſunt, *Primas* habitura eſt, ut *Bi-*

o) *pro:* non tamen, *lege*: at non. p) *adde*: autem.

q) Vnius literulæ erratum interdum eas etiam eruditiſſimis hominibus offundit tenebras, ut tanquam in illuni nocte errantes, quovis potius perveniant, quam quo volunt. *Muretus*. *Lambinus* in *Æmil. Prob.* meminit errati librariorum *Non* pro *Con*, quod genus notavit ſæpius.

Bibliorum ſacrorum, vel Rationale Durandi ſecundus: ita tamen, ut illa per *Scœfferum* & *Fauſtum*, poſtquam inter ſe & *Gutembergium* male conveniſſet, expreſſa ſint. Ac *Bibliorum* ecce *Subſcriptio*: *Præſens hoc opuſculum* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 521.)

Atque cum plurima, ſcribendi tam propere Artis proventu, *Codicum* iſtiusmodi *Sacrorum* Exemplaria *Joanni Fauſto* ſuppeterent, res ſuas bene acturum ſe & fructum uberem collecturum putavit, (ingenii ſcilicet promercalis nondum oblitus, aut *Inſtitoriæ* ſuæ Artis pertæſus) ſi ea venum deferret Pariſios. Quod ſtatim, r) *Walchio* enarrante *Fabularum humani Generis* Decade num.IX. exequutus eſt: *Præter illa, quæ recitata ſunt de* TYPOGRAPHIA, inquit ille hoc loci, *ex* Henrici Schori *Belgæ* &c. usque ad verba: *Argentinam Moguntia tranſire neceſſum habuerit.* (vid. ſupra Part. I. pag. 180. ſq. not.) p.69

Hæ ſunt ſerviles ſolæque *Fauſti* illius tui Artes, non TYPOGRAPHIÆ, quam manus illuſtres decuit obſtetricaſſe, non viles. En tibi ingenium hominis, qui quæſtus gratia libros ac literas ſectatus eſt, non ulla animi magnitudine atque celſitate. Ac luculentæ *Commercii* ejusce nunc etiam *Reliquiæ* ſuperſunt in *Bibliothecis* multis ſplendidiſſimæ *Pariſiorum* civitatis; *Monaſteriorum* puta *Carmelitarum* de *Pla-* p.71

r) *Joannis Walchii* liber de fabulis humani generis editus eſt Argentorati in 4. 1609.

Platea Manberti & *Sanctæ Crucis* de *Britonariæ.* Quemadmodum in illa quoque perampla Illuſtriſſimi Viri *Achillis Harlæi*, Prætoriani Comitis ac Libellorum Magiſtri, aliaque s) ampliſſima clariſſimi & eruditiſſimi Senatoris M. H. *Boucheti*, mitto cæteras; ubi reliqua huc allatorum à *Fauſto Bibliorum Exemplaria* viſuntur.

Cæterum vides, Decane meritiſſime, tibi quam parce, imo nequaquam, verba illa favere, quæ cum ſuo *Scœffero Fauſtus* attexuit iſti *operi* Rationalis Officiorum divinorum *Durandi*; ſive Codicibus Sacris; ſive aliiis. Vera tamen hæc eſſe, ac pro Oraculis æſti-
p.72 mari Pythicis omnino debent à nobis. An ſi TYPOGRAPHIÆ Inventor fuiſſet is *Fauſtus*, juſta ambitione riteque nulla non ope tentaſſet, ut univerſus *Orbis* id ſciret? Sed MENTELII induſtriæ ac meriti conſcius erat Vir bonus; ac inſuper vivebat, & aura adhuc ætherea utebatur *Gutembergius*, qui ei è veſti-

s) Quam Victorinis Canonicis dedit anno 1654. quo fatis ille V. C. conceſſit. Exemplar etiam unicum reperitur apud V. C. D. *Barré*, ad Divæ Virginis Mariæ Canonicum, Senatorem ſupremæ Parlamenti curiæ, & St. *Mederici* Curionem, ſeu potius apud Dominum de *Megrigny*, Curiæ Senatus Aquenſis Principem. Viſitur etiam in Bibliotheca Collegii Navarrici ſtatim a Imis pulpitis. Duo illa Exemplaria ſunt ex politiſſimo Pergameno.

ſtigio pudorem impoſuiſſet, ſi plagiarium ſic impudentem egiſſet.

Num felicius pro te pugnare arbitraberis *Ciceronis Officiorum Voluminis*, quod paſſim teritur, *Subſcriptionem*? Habet illa: *Præſens* M. Tullii *clariſſimum Opus* Joannes Fauſtus *Moguntinus Civis non atramento plumali canna neque area; ſed arte quadam perpulchra manu* t) *pueri mei feliciter effeci. Finitum anni* MCCCCLXVI. *quarta die Menſis Februarii.* Minime gentium, niſi una volueris idem, primos quosque *Typographos* vel aliquos alios admirabiliter induſtrios diverſæque ſortis homines inter *Artis* Heroicæ *Conditores* recenſere, quod novas quasdam literarum *ſpecies* emendatioresve *modos* atque *compendia* effinxerint, ac ſua cum laude *Poſteritati* communicaverint. Cujus poſterioris merito generis eſt u) *Nic. Angelus Vergecius* Cretenſis, qui x) tam ingenioſe pinxit græce, ut manus ipſius y) *Charače-*

t) Pueri nomine antiquis ſervus intelligebatur. Hinc illud: Vnge Puer Caules, apud *Perſium* Sat. 6. v. 69. & paſſim apud alios Authores, & apud *Ciceronem* Epiſt. lib. I. ad Attic.

u) *dele: Nic.* & de *Vergecio* vid. Hiſtoriam *Thuani* ad an. 1565.

x) *pro:* tam, *lege:* adeo.

y) *Aldus Manutius* edidit *Virgilium* Poëtam an. 1501. charačtere quodam novo, cujus autor fuerat qui-

p.73 *cteribus* efformandis pro Archetypo nobis ex-
ti-

quidam *Franciſcus Bononienſis*, poſt Epiſt. ad Lectorem hæc in eo leguntur: In Grammatoglyptæ laudem:

Qui Grajis dedit Aldus, *en latinis*
Dat nunc Grammata ſcalpta Dædaleis,
Franciſci manibus Bononenſis.

Mapheus Paſinus, Typographus Venetus, anno 1534. edidit *Ciceronis* utraque Rhetorica in 8vo. ubi ad Lectorem ſic habet: *Eos omnes jure laudandos arbitror &c. jam inde ab adoleſcentia ita me comparavi, ut bonos omnes & induſtrios quaſi Deos quosdam obſervarem & colerem, eorum vero, qui hominum generi maxime profuiſſent, ſolertiam æmulari me oportere judicarem. Itaq; cum animadvertiſſem, quanto beneficio mortales affecerit, qui libros typis excudere primus inſtituit: quantum porro noſtri ſeculi homines ad eam rem adjeciſſent, tum Enchiridiis & prope inimitabilibus literarum figuris excogitatis, tum adhibita infatigabili cura, ut optima quaque antiquorum ſcripta in manus hominum quam emendatiſſima prodirent; cœpi ego quoque in ea re, qua parte potui, variæ lectionis avidos juvare. &c.*

Haultin a trouvé les caracteres grecs, que l'on a tenu & tient d'etre ces deux ſortes, ſcavoir *Royaults* & ceux de *Haultin*. *Joan. Petrejus* novas literarum formas græcosque Caracteres reperit hactenus non viſos, vid. Præf. in *Epictetum* collatum

titerit, jubente illo *Muſarum* ocello z) *Franciſco* I. Gallorum rege optimo; illo inquam literatorum *Parente* chariſſimo & illuſtriſſimo. Hinc & in *ſubſcriptionibus* quibusdam ea confidentia ipſorum eorumdem *Impreſſorum*, ut vel à me *propoſitis* ambitioſas magis libris, quos ediderunt, aliquando ſubjecerint. Audias rogo, quid *illa* contineat, quæ legitur in priori Editione *Junii Juvenalis* cum *Domitii Calderini Commentariis*: Junii Juvenalis, *Aquinatis*, *Satirarum libri impreſſi* Venetiis *diligentiſſime Arte & ingenio* Jacobi de Rubeis, *natione Gallici* VIII *Kal. Majas Anno Chriſti* MCCCC LXXV. *Invictiſſimo inclyto Duce* Petro Mocœnico. Quid & *iſta*, quæ ampliſſimo cuidam *Operi Bibliotheca Regia Navarra Pariſiis* aſſuitur his verbis: *Finit lectura eximii Doctoris* Dominici de Sancto Gemino *ſuper ſecunda Parte Decretalium Libri VI. nulla Calami exaratione, ſed quadam*

tum cum Cod. MS. Eſt ille inventor Caracterum Græcorum, quibus utuntur paſſim in Germania; ut *Plantinus* etiam fuit primus repertor & fabricator ſuorum.

z) *Henr. Stephanus* in Opere ſuo: Muſa Principum monitrix p. 307. & ante eum *Franc. Floridus* Sabinus Epiſt. ad *Franciſcum* I. eundem dedicatoria, præfixa *Homeri*, a ſe in latium traducti, Odyſſeæ an. 1545. apud *Vaſcoſan.* Pariſiis in 4to, ubi ratione literarum laus elegantiſſima habetur ipſi Regi optimo.

dam artificioſa characteriſandi & imprimendi inventione completa feliciter & operata per Magiſtrum Adam Rot, *Clericum Metenſ. Diœceſ. Anno Domini* M CCCC LXXI. *Die vero Lunæ ultima Decembris.*

Inſpice quoque & illam, qua a) *Aldus Manutius*, exquiſitiſſimus ac celeberrimus ille apud *Venetos* olim *Typographus*, Logices ac Phyſices *Ariſtotelis libros*, quos promulſidis inſtar
p.74 & mirificæ guſtationis *Ammonio*, *Simplicio*, *Aphrodiſeo*, *Porphyrio*, *Philopono*, *Themiſtio* & cæteris id *genus* ipſius ejusdem *Philoſophi Commentatoribus* præire voluit, in hunc modum concluſit: *Impreſſum Venetiis Dexteritate* Aldi Manutii, *Romani*, *Kalendis Novembris* M CCCC LXXXXV. Additum eſt ibidem: *Conceſſum eſt eidem* Aldo INVENTORI *ab Illuſtrisſimo Senatu Veneto, ne quis queat imprimere neque hunc librum, neque cæteros, quos is ipſe impreſſerit, neque ejus uti Invento, ſub pœna, ut in Gratia.*

b) Adjiciam & aliam libri cujusdam, *Novitiorum*

a) De *Aldo* elogium habet *Eraſmus* præclarum in Adagiorum Chiliad. 2. Cent. I.

b) *ſic corrige:* Quin & illam adjiciam ex libro quodam *Novit. Rud.* vocato &c. Idem *Aldus* in Virgilio ſuo ſic habet, ut latinos typos Græcis conjungamus; *Qui grajis dedit* Aldus &c. *ut ſupra ad p.* 72. De *Aldi* dexteritate in edendis libris vide *Garzonum* in Platea Univerſ. Diſc. 129. *Polyd. Vergilium* de inventione rerum & ſuppl. Chronic.

tiorum Rudimentum vocati, (quem Lutetiæ Pariſiorum vidimus tum in *Collegio Choleteorum*, cum apud noſtrum *Patinum*,) comprehenſam his verbis: *Anno ſecundum carnem Filii Dei, à nativitate* M CCCC LXXV. *ipſa die ſanctisſimi Regis & Martyris* Oſwaldi, *quæ eſt V. Auguſti, Sanctiſſimo in Chriſto Patre ac Domino noſtro* Sixto, Papa IIII. *Illuſtrisſimo præclarisſimæ Domus Auſtriæ*, Frederico III. *Romanorum Imperatore invictisſimo ſemper Auguſto ac Pio, nunc Coloniæ exiſtente, Imperiali in Vrbe* Lubicana *Arte impreſſoria ſpeciali gratia divina, animarum ob ſalutem fidelium* inventa, *Epitoma iſtud in Partes VI. juxta mundi ætates diviſum, prius alibi non repertum, quod placuit* Rudimentum Novitiorum *intitulari, Dei adjutorio, qui ſupernas res ac ſubterraneas feliciter, ſua*- p. 75
viter tranquilleque diſpenſat, per Magiſtrum Lucam Brandis de Schaſz *feliciter eſt excuſum atque finitum, ut pauperes ſolvere libros non valentes, unum tantum haberent hoc Enchiridion, loco multorum ſemper ad manum librorum.* &c. c)

Paris nominis alias innumeras recenſendo

c) Annectenda demum eſt *Roberti Granjon* Characterum Gallicorum inventio illa ſcribendi ſeu imprimendi, quæ ſcribentis Gallice ſui temporis manum quam proxime reddit, ut ſcripturam ementiretur impreſſio, & utrum manu factum, an typis excuſum eſſet, poſſit dubitari; inquit de ea inventione *Rob. Conſtantinus* Epiſt. quadam ad Lectorem præfixa Alexandreïdi *Phil. Gualteri de Caſtellione.*

tempus me deficeret. Ergone cum *Subſcriptiones* ita ſe habeant, hunc aut illum Palma TYPOGRAPHICES INVENTIONIS donandum, aut eam *Lubecæ* oriundam cenſebimus? Quaſi vero? Ex eo nihilominus, Decane ſapientiſſime, firmum ac validum Probationis argumentum cum *Tuis* eruere te putas, captasque fiduciam Juris. Ac licet ex tribus his, *Gutembergio*, *Fauſto* ac *Scœffero* nullum aliquem ſelegeris, cui ſoli, eximii illius INVENTI decus & gloriam indulgeas; *Sed ſimul Omnibus*, (quanquam neceſſe eſt, occupet eam unicus) *ut glorioſi laboris conſortibus & rei literariæ illuſtratæ Triumviris* cap. 11. tuæ illius de TYPOGRAPHIA *Diſſertationis*, ubi d) *Joannis Medinbach*, *Conradi Henlif*, & aliorum, (qui *Gutembergio* & *Anſicaro* in promovenda re *Typographica* cum *Fauſto* & *Scœffero* ſuppetias tulere) oblivifceris. Attamen *Moguntiæ*, licet alibi prius
p.76 inveniri potuiſſe concedas, primo illuxiſſe contendis cap. 22. tuæ alterius illius *de uſu & natura literarum Diſceptationis*, dum ais: *De loco ita ſentio: Omnium confeſſione certum & exploratum eſt*, Moguntiæ *demum hanc* ARTEM, *licet de ea cogitaviſſe olim aliquis potuerit*, *ad* EXERCITIVM & VSVM *perductam eſſe.*

Vt

d) Ut fidem exhibet non ſubtextam Necrologium Abbatiæ Sti *Victoris* Pariſ. ubi de Epiſtolis D. *Hieronymi* Imæ omnium editionis Moguntinæ.

Vt autem Lubecenſibus non ceſſerim (quidquid referat ὑπογραφὴ) primum *inventam* apud ſe *typographiam*; ita nec vobis, *Moguntia* periculum hujusce primum factum eſſe: ſed eo poſt *ortum* nec primo fortaſſe *Ipſam* divortiſſe.

Sed demus gratis permittamusque, nullibi prius imprimi cœpiſſe: ac *Volumina* illa, & quævis alia *ſpecimina*, quæ omnium prima *Typis* excepta ſunt, hinc exiviſſe. An ideo ſequitur, divinam e) fuiſſe repertam f) hoc loci *Induſtriam*, qua id effectum eſt? Negat Philoſophia, quam certiſſimam ac tutiſſimam veritatis eſſe regulam tute ipſe, quam quisquam, noviſti melius. Nec *Petrus Ramus*, cultor illius egregius, in ſui *ſcholarum Mathematicarum Proœmii libro* 2. nec *Theodorus Zwingerus* in ampliſſimo *Vitæ humanæ Theatro*, *Purbachium* in *Tabulis* ambo ſecuti, *Typographiæ inventionem Moguntiæ* (licet primum omnium, quod ſaltem crederent, impreſſum ibi Opus fuiſſe exiſtimarent) retulerunt: ſed *Regiomonti Boruſſorum*.

Narrat Vir ille ornatiſſimus, fideique antiquæ ac reconditioris doctrinæ titulis merito commendandus, *I. A. Schragius*, (quem honoris cauſa hic iterum nominamus) capite 9. ſui de TYPOGRAPHIÆ INVENTO Tractatus, tum ARGENTORATI cum alibi etiamnum *Libros* reperiri rudiſſime impreſſos, & qui p. 77.

e) *adde*: hanc. f) *pro*: hoc, *lege*: eo loci.

qui paginarum Numeris *Quaternionibus*, Annique inſuper, quo abſoluti ſunt, *notatione* careant. Vt de primis eos eſſe Tentamentis MENTELII INVENTORIS non dubitandum ſit. *Nihil ad me* (inquit *Maierus* libro ſupra laudato) *Moguntini, Harlemenſes, nec alii* &c. usque ad verba: *laudem ſibi vindicare.* (vid. ſupra Part. I. pag. 195. not.) Sed & ex *Wimphelingio* notatum eſt, multa ſuis MENTELIVM *Typis* Opera illuſtraſſe. Ac Pariſiis etiamnum copia eſt nobis in quibusdam *Bibliothecis* prægrandis illius &
p. 78 ARTE, quæ nondum provecta tum erat *ætate*, tarda ac hebete (ut res quævis multo minus perfectæ, cujusmodi eſt TYPOGRAPHICE, ſimul incipere atque abſolvi g) nequeunt) plus fortaſſe XX. *Annorum Operis*, *Decem* nempe *Tomorum multo* ingentium ac *Regali Folio* h) Vincen-

g) pro: *nequeunt*, pone: *non poſſunt*. Nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus eſſe poſſe credo. *Priſcianus* Grammat. initio.

h) *Vincentius Belvacenſis* a *Mentelio* editus dicitur fuiſſe anno 1473. a *Sauberto* in Appendice de Typograph. ſubjecta ſuæ hiſtoriæ Bibliothecæ Norimberg. ſed unde hoc expiſcatus fuerit, nondum legi; nam non deſignatur ullibi in ea editione, ſaltem quod mihi innotuerit; Inde putarim, id a *Sauberto* excogitatum, aut ab ipſo Typographo ſuopte poſitum, aut per oſcitantiam intruſum in hunc locum, ut pleraque ibi alia male poſita ſunt.

Google

centii Belvacenſis, *Typis Herois* illius primum commiſſi, Annoque M CCCC LXXIII. emendate finiti, ac proinde *priore*, quam *Tua* vel *prima* ſint, *Tempeſtate* incepti: ſi, (ut tandem fuere) non ad ſummam perducti. Sed & commodum meminiſſe oportet *Wimphelingii* ejusdem verborum, quibus habet, MENTELIVM hac *arte* florendo, dum *Rude* tui in ipſa nondum eſſent donati, ut jam delibavimus, opes maximas congeſſiſſe proventu *Novitatis* iſtius, quæ illi cum nullo tunc erat communis. Vt ex his quoque concludendum ſit, recte Principia TYPOGRAPHIÆ à MENTELIO deducenda eſſe, ac illum eundem PROTOTYPOGRAPHVM audire & haberi debere. Quis neget hæc? Nemo unus mehercule, nemo! niſi qui mala ductus ærugine malevolentiaque offuſus ea, quæ diximus, ſusque deque habuerit, & ſolem ipſum lucere mero meridie negaverit. Ideoque in *Fauſto* tanta audentia non fuit, ut excuſis, uti jam monitum, *Operibus*, quibus p. 79 præfuit, adſcribi voluerit, non dicam *Moguntiam Artis Impreſſoriæ Inventricem ac elimatricem primam fuiſſe*, (ut eo fatis functo balbutiit *Scœfferus*, ejus alias *Puer* ſeu *Famulus*) ſed ne quidem TYPOGRAPHIÆ *Authorem* ſe eſſe. Excute, ſi placet, omnes ὑπογραφὰς, tum hic à me prolatas, cum à Te in doctiſſima tua de TYPOGRAPHIA *diſſertatione*, eorum nempe Librorum, qui ante hoc *tempus* in

 vul-

vulgus emiſſi ſunt. Adjunge *his* i) *illam*, quæ *Divi Hieronymi Epiſtolis Anno* MCCCCLXX. *Mo-*

i) Sic autem ſe habet illa: *Eſt autem præſens opus arte impreſſoria feliciter conſummatum per* Petrum Scœfferum *de Gernsheim*, *in civitate Moguntiæ*: *Cujus nobilitati ſcribens Vir beatus ad* Ageruntiam *de Monogamia*, *teſtimonium perhibet ſempiternum multis millibus incolarum ejusdem in Eccleſia pro fide Catholica ſanguine proprio laureatis.*

Huic laudatori reddit Moguntia vicem,
Tot ſua ſcripta parans uſibus Eccleſiæ.

Anno Domini MCCCCLXX *die 7. menſis Septembris*, *quæ fuit Vigilia Nativitatis Mariæ. Da gloriam Deo.*

Voila les premieres paroles, que *P. Scœffer* a jettées, pour inſinuer, que Majence tiroit la gloire de l'invention de l'imprimerie, pour concluer, que *Fauſtus* etoit l'inventeur.

Pierre Scœffer, Gendre de *Fauſte*, ne ſe vante point en cette ſubſcription, que ny luy, ny *Fauſte*, ſon beau pere, ſoient les inventeurs de l'imprimerie. L'on peut de plus animadvertere, quod etiam *Scœfferus* idem ille præmiſerit Epiſtolam huic ipſi operi Epiſtolarum *D. Hieronymi*. Au Titre ou argument de la quelle ſienne Epiſtre il met ces mots: *Introductorium in Epiſtolare* B. Hieronymi *impreſſionis Maguntiæ facta per virum famatum in hac arte* Petrum Scœffer de Gernsheim. Il ne dit point, qu'il *fuſt* inventeur (dans la Declaration du Roy Louis

Moguntiæ impreſſis à *Petro Scæffero*, *Henlifio* laudato & k) *Joanne Fauſti* filio, quarum exemplar reperitur *Pariſiis* in *Bibliotheca* celebri illa

X 4 no-

Louis XI. donnée en 1475. a Paris au commencement de ce livre) de cet art, ny *Fauſte* ſon beau Pere, ce qu'il n'auroit pas manqué de faire, & de le publier par tout, ou il auroit peu. Il ne ſe vente, que d'eſtre bon imprimeur, & reconnu pour cela, qui eſt toute la vanité, qu'il monſtre. Il eſt vray, qu'il veult tousjours inſinuer,comme il avoit commencé de faire du vivant de ſon ſurdit beau pere, que Majence eſt le premier lieu, ou l'imprimerie a commencé de paroiſtre, & par la comme inſinuer,que lui & ſon beau pere doivent eſtre eſtimez a ce ſubjet, comme inventeurs, mais il n'oſe ſe declarer ouvertement, parceque le Seigneur *Jean de Mentel* vivoit encore alors, & s'eſtoit declaré, & faire reconnoitre, peu d'années auparavant,ſeul Inventeur de l'imprimerie par *Frederic* l'Empereur, c'eſt ſavoir en l'année MCCCCLXVI.

k) Ce *Joannes Fauſtus*, *Joannis* filius, n'avoit pas manqué en ce lieu icy, ny meſme au Necrologe de St. Victor, ou il eſt parlé de lui & des deux aultres, *Pierre Scæffer* ſon beau frere,& de *Conrard de Henlif*, de dire & de faire entendre en la ſoubſcription des Epiſtres de St. *Hieroſme*, que leur Pere, *Jean Fauſte*, avoit eſté Inventeur de l'imprimerie, ſi cela euſt eſté; car cela redonderoit a leur gloire & a leur honneur: Mais il ne l'a pas fait; faiſant tou-

tes

nobilis l) *Abbatiæ Sancti Victoris*; ipſamque demum, quæ libris *Sancti Auguſtini de Civitate Dei* Anno MCCCCLXXIII. ibidem procuſis, & in *Regia* apud nos ſervatis, adnexa eſt. Nihil animadvertes proiſus in *illis*, nec in aliis multis notæ congeneris, quas percurrimus oculis, quo merito glorieris. *O infelix Moguntia*! ſi Tibi TYPOGRAPHIAM non valentioribus adſtruxeris fundamentis: non aliis rationum ponderibus atque momentis; non denique melioribus Plagii à Te commiſſi crimen turpe amoliaris defenſoribus. Nec m) *Petri* iſtius, qui te primus præfracte
p.80 *divinæ Artis inventæ* gloria nec merita cohoneſtare auſus eſt, temerariis n) *Subſcriptionibus* un-

tes ſortes d'aultres alleguéz, pour taſcher a le faire entendre, & pourtant s'expliquer, s'il eſtoit repris par perſonnes, les quelles y pourroient avoir intereſt.

l) Vidi etiam aliud ſimile exemplar in domo Compactoris, nomine *Boullier*, in Area Collegii Cameracenſis, die 10 Julii anni 1658.

m) *Pierre Scœffer* eſt le premier, qui a dit, que l'invention de l'imprimerie s'eſtoit fait a Majence.

n) Apud Clariſſ. *Puteanos* habetur Opus *Valerii Maximi*, Romanæ urbis juris peritiſſimi, i. e. liber factorum & dictorum Memorabilium ad *Tiberium* Cæſarem, in cujus calce hæc ſubſcriptio legitur; *Preſens* Valerii Maximi *Opus preclariſſimum in*

unquam urgebis magis. Neque quoque, tu *Fauſte*, qui, te minime cogitante, nedum expetente, *Inventoris* honore o) decoraris à tuo illo p) Hectore, hoc eſt *Scœffero* Nepote, ἀλκίδου ἀπολόγοις diffluente Gerrone, ac ſuo vel ipſo q) *Parente* r) jactantiore ac putidiore oſtentatore; ut hoc *Hyperbato*, quod *Triſmegiſti Opuſculo de Poteſtate & Sapientia Dei*, interprete *Ficino*, velut impurum Centonem pretioſis veſtibus, vel vilem pannum purpuræ attexuit, conſpicere eſt; ubi futiliſſimus ac rerum inaniſſimus ille *Suffenus* ſe ita miratur ac effert ridicule: *Deſideratiſſimo* CHRISTI JESV *Optimi Maximi auſpicio vel maxime fretus, extremam ſane quam lepido huic opuſculo manum impoſuit ſpectatiſſimus ille vir*, Joannes, *cognomento* Opilionis, *primarius civis Metropolitanæ Vrbis Mogunti-*

in nobili urbe Moguntina Rheni terminatum anno MCCCCLXXI. XVIII. *Kal. Jul. per egregium* Petrum Scœfferum *de Gernsheym*, *artis impreſſoriæ Magiſtrum*, *feliciter conſummatum.*

o) *pro:* decoraris, *lege*: donaris.

p) *Jean Scœffer* eſt le premier, qui a dit, que *Fauſte* eſtoit inventeur de l'imprimerie.

q) Parens autem ille fuit *Petrus*, qui quidem primum propoſuit, Maguntiam eſſe inventricem, ut ſenſim inſinuaret, *Fauſtum* eſſe inventorem, cum primus fuerit Impreſſor ſeu Typographus Maguntiæ.

r) Ventoſiſſimo. *Cic.* XI. Epiſt. Famil. ep. 9.

tina, feliciſſima eorum propagine ſatus, qui divinam fere Chalcographiæ Artem propitiis fatis invenerant, Anno Virginei partus MDIII. *octavo Eid. Aprilis. Proinde Lector vale, ſiquidem lecta boni æquique conſulueris*: (quanta arrogantia, quanta verborum inanitas & inſolentia!) *ſin minus, efficiat ſapientiſſimus indulgentiſſimusque Parens ille Deus, è veſtigio reſipiſcas. Iterum atque iterum vale, humaniſſime Lector. Impreſſum atque expletum eſt divinum præſens opuſculum, in nobili urbe* Mogunti-
p. 81 na, *Artis Impreſſoriæ Inventrice Illuminatriceque prima*, (eia ſtultiſſime!) *per* Joannem Scœffer, *Anno Domini* MDIII. *in Vigilia Palmarum.* Non vaniſſima inquam illa, ac in Tuis *Tuorumque* laudibus profuſiſſima ὑπερβάσει, aliisve monetæ ſimilis, quas legimus, ex Officina tua manantibus, *Quinta relationis vel ultra jus obtinuiſti*, à quo ſcilicet nulla amplius *Provocatio* fieret; cum non ἐν ἀγορᾷ, ubi ἀψευδεῖν oportet, id pronuntiatum ſit, ſed in *Typographeio* ſeu in umbra prolatum; atque abs eo, qui non longius *Artis*, qua de agimus, arceſſit *Ortum*, quam à *tempore*, quo clam primum *Moguntiam* irrepſit, hoc eſt s) Anno M

s) *Naudaus* in Conjectione ſua Cauſæ Kempenſis p. 13. neſcio qua nova demonſtratione, (ut eſt in hac re mentis non ita conſtantis) aſſerit, *anno* 1459 *demum Maguntiæ a* Fauſto *inventas ære fuſas & ſectiles literas.* Sed eo loci nimia videtur offuſus in-

MCCCCL, ut ex iſta omnibus nota pervulgataque *Subſcriptione*, quam *Hiſtoriarum Trithemianarum Breviario*, ac *illi* quoque, quod *Eccleſiæ Mindenſis* eſt, ſubjecit, probatur evidentiſſime, quæ ſic habet: *Impreſſum ac completum eſt* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 273. ſq.) Retinuerunt autem hi duo prænominati & cætera, quæ ſupra relata ſunt. Nam levium & inanium verborum ſemper ambitum quærit, nihilque non proponit Jactator ac Venditator ille in omnibus pene librorum à ſe procuſorum *Subſcriptionibus*, quo de ſuis *Suorum*que laudibus ac meritis mendacia pro veris, pro gravibus ludicra infundat ac perſuadeat. At enimvero conſtans eſt opinio, jam usque abs illo prioribus ducta temporibus, eaque & *Germaniæ* univerſæ, & etiam *Europæ* firmata conſenſu, locisque *Authorum* omni exceptione majorum luculentis & innumeris, atramento temperato velut & calamo, quin & charta dentata, ut loquitur *Cicero*, expreſſis inculcata, hanc *reſupine* ſcribendi rationem nimiam miram incredibilemque Anno MCCCC XL. inchoatam fuiſſe. Itaque t) mellitus p. 82 p. 83

indignatione in D. *de Launoy*: nam qui alias, cum etiam ipſe *Joannes* hic *Scœffer* contendat anno 1450 id inventum Moguntiæ & duobus poſt annis completum fuiſſe.

t) *Valde jam lautus es, qui gravere literas ad me dare,*

litus es ac urbanus valde, *Scœffere*, dum ſic ultro fidei univerſæ repugnas, ſolusque contendis, ſolum duobus poſt *Luſtris* eam *Moguntiæ* à *tuis* tentatam, ac biennio tantum inde perfectam. Quo *Diploma* adducis vanitate à te refertum, fucoque oblitum, nec niſi ſpecie candidum atque ſincerum, quod ab *Arte* inventa *Septuageſimo* ſupra *ſextum anno*; MENTELIO vero eadem à *Frederico* aſſerta atque confirmata quinquageſimo quarto, eblanditus atque emendicatus es à *Maximiliano*; dum *Livium* à te impreſſum (eo ſiquidem recta *Privilegium* dirigitur) venalem habere privatim cuperes. Vbi propoſitis ac poſtulatibus acquieſcens tuis, ut moris eſt, *Cæſar*, ſeu potius ipſius *Reſcriptorum officinæ Præfectus*, *Vir magnificus* Quæſtor ejus nomine, hæc ait: Maximilianus *divina favente gratia &c. honeſto ac fideli nobis dilecto* Joanni Scœffer, *Chalcographo Moguntino, Gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Cum, ſicut docti & moniti ſumus fide dignorum teſtimonio, ingenioſum Chalcographiæ inventum, Authore avo tuo, felicibus incrementis in* univerſum *orbem promanaverit: & fere omnes Chalcographi non modo per imperii ditionem, ſed alia etiam regna gratia ſeu privilegio de non imprimendis libris ex officina eorum manantibus, ſecundum vim obtenti pri-*
p.84 *vilegii gaudeant, ne eorum irritus labor fiat. &c. Datum*

dare, homini præſertim prope domeſtico. Cicero ad *Trebatium* lib. VII. epiſt. 14. ad Famil.

Datum in oppido noſtro Wels, *die decima nona Decemb. Anno* 1518. Vbi iterum mihi ad te converſo, *Moguntine* mi homo, animus eſt exclamare cum Virgiliana Junone!

Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis,
Tuque Puerque tuus, magnum & memorabile nomen!

Ain tandem, putasne vana tua prædicatione atque hoc potenti quaſi ariete invictum veritatis robur tractæque per tempora fidei certiſſimæ argumenta ſuffringere? Ain inquam, putasne aliam te poſſe gloriam decerpere, quam *Typographices* à *Moguntia* (ubi à *Gensfleiſch* edoctus) u) per orbem *propagationis*? Quid enim aliud ſibi volunt hæc verba: *Cum ingenioſum chalcographiæ inventum, Authore avo tuo, felicibus incrementis in univerſum orbem promanaverit*; niſi quod fueris x) *Auctor* equidem *Progreſ-*

u) *adde:* es.

x) Hoc confirmatur verbis ipſius *Joannis Scœfferi* ſupra p. 63. poſitis, ubi ſic habet: *Retinuerunt autem hi duo*, Fauſtus & Scœffer, *hanc artem in ſecreto, quoad tandem anno* 1462 *per ſuos familiares in diverſas terrarum provincias divulgata, haud parvum ſumſit incrementum.* Hinc in MS. Moguntiaco a *Nic. Serrario* laudato, hic pag. 52. propoſito: & in loco allato *Trithemii* p. 53. *divulgator* artis vocatur *Pet. Scœffer, Fauſti* famulus & Gener. Neque enim recte conſtrui poteſt latinitas illa, (*Inge-*

greſſus & Incrementorum, ſed inventæ jam *Artis*, ſeu clarius, Te ipſam jam natam ubilibet diſperſiſſe atque propalaſſe. Quam tibi laudem aut *Puero* tuo *Petro* illi *Scœffero* (quem perperam volunt quidam *typos fuſiles* induxiſſe ac Protomolybdographum Moguntiaci extitiſſe) cum pluribus aliis communem non invidemus.

p. 85 At vitilitigabit aliquis, Hypallagen eſſe in verbis; ſicque te ſemper habere, quod efflictim deperit ac ſectatur ſtultiſſime *Nepos* tuus ἑαυτὸν τιμωρόυμενος ideo ille *Scœfferus*.

Sed inſpice precor, quid *Lege ſeptima tituli* XXVI *de diverſis Reſcriptis & Pragmaticis Sanctionibus libri* I. Codicis edicatur. *Univerſa Reſcripta ſive in perſonam Precantium ſive ad quemlibet*

---

genioſum Chalcographiæ authore avo tuo inventum,) ſi velis intelligere per hæc verba aliquem, puta *Fauſtum*, inveniſſe Chalcographiam, poni ſiquidem debuiſſet *ingenioſum Chalcographiæ avi tui inventum*, alias nullus illorum verborum eſt ſenſus, niſi quem ego hic dedi: Præterquam quod Privilegii hujuſce authoritas firmata eſt ſigillo & manu *Jacobi Spiegelii*, quod non factum fuiſſet, ſi per hæc verba potuiſſet intelligi alius, quam *Mentelius*, & ille maxime, quem quidam intelligunt. Nam *Spiegelius* ipſe *Joh. Mentelio* adjudicavit gloriam hujuſce divinæ inventionis, ut duobus in locis laudatis hac in diſſertatione p. 21. & 42. declaravimus.

bet Judicem manaverint; quæ vel Annotatio vel quævis Pragmatica Sanctio nominetur, ſub ea conditione proferri præcepimus: Si preces veritate nitantur. *Nec alium fructum precator mendax oraculi percipiat impetrati, licet in Judicio aſſerat veritatem; niſi Quæſtio fidei precum Imperiali beneficio monſtretur inſerta.*

Aliis ergo nunc, *Fauſte*, ſolidioribus hisce ac præſentioribus *Partium* tuarum vindicibus eſt opus, ſi tuis Deam y) *Typoſinam* Penatibus accenſere volueris: Sin minus, (ut cœlo ſane Luna deduci poteſt facilius) præpoſtera ambitione illius Tuque tuique moveri abſiſtite. Nolim tamen, Vir bone, ea modeſtiæ laude fraudari te, quod in fine *Operum*, quæ te curante atque allaborante procuſa ſunt, *Metropoli* tuæ (quam *Typographices* datæ conſciam apud ſe neutiquam noveras) hunc honorem deferre, ac una ſimul & eadem fidelia tibi attribuere non ſategeris. Sed nihilominus tamen apud omnes nunquam non inſimulandus exiſtes, ac ingrati animi culpæ ſemper accuſaberis; quod nec *Gutembergii* puta nec *Gensfleiſch*, Magiſtrorum in Arte tuorum, nec INVENTORIS ipſius & PROTOTYPOGRAPHI (quod unum fieri non potuit absque piaculo gravi, mentionem feceris. Quod toties quoties mecum ipſe perpendo, ac dolo malo quæſitum p. 86

y) Ita vocatur ab *Henr. Stephano* in poëmate.

tum de tanto *Heroë* ſilentium recogito, ſemper inique fero profecto, ut ex neceſſitate debeo, ac indoleo plurimum, quod apud z) pleroſque a) ſingularis in diſciplinarum ſtudiis ingenuarum commendationis præjudicio fuerit TYPOGRAPHIÆ Authori. Sic ut licet poſt multa annorum Curricula, per quæ filiis & nepotibus ſuis non verba, ſed b) *verbera* pro patria nobiliſſima, &

\- - - - - c) *grave Martis Opus*

ut plurimum ſtudio fuere, *Exoriar* ipſe hodie illius (d) præfiſcine dixerim) *ex Oſſibus ultor*, tam

z) Puta D. *Naudæum*, qui, quia Codices afferunt primarum Editionum apud Moguntiam, ideo vult inventionem referri acceptam huic loco, ſed non ſequitur.

a) *ſic pone*: Singularis in ſtudiis diſciplinarum ingenuarum &c.

b) Familia *duris ſtudiis aſſueta Gradivi. Buchananus* in Epithalamio *Franciſci Valeſii* & *Mariæ Stuartæ*, v. 202.

c) *Virgilius* Æneid. VIII. v. 516.

d) *Lipſius* ſui Lovanii lib. 2. cap. 8. pag. 63. meminit fortiſſimi Guillelmi de *Rode* equitis, & *Mabiliæ de Calſtris*, nobiliſſimæ mulieris, ut in quorum familiis inſertus ſit. Quod fortaſſis quibusdam vanitatis aliquid habere videretur: ſed cum verum ſit, quid mirum? Ita *Scaliger* gloriabatur, ſe genus ducere a Principibus Veronenſibus: ita *Florens* *Chri-*

tam invidioſæ taciturnitatis, clamem, poſtulem, implorem Deûm atque hominum fidem. Nec enim ego, qui literatæ propius Militiæ addictus ſum, tot vexatus *ſermonibus*, e) avitæ noſtræ laudis honores transverſum non tantum agentibus, ſed & immeritis mancipantibus: Tot inquietatus *objectionibus*, nulli alii fundamento innixis, f) quam aut *vulgi* erroribus, aut inſubide propoſitis *Adriani Junii* g) fabulis & puerilibus næniis, aut puris putisque *Scæfferorum* h) ſycophantiis, quivi me continere, ſomnoque inerti ſplendidiſſimum Decus *Patrium* ita deſerere, quin jam tandem reponerem, atque cogerem tum hosce, tum illos *Moguntinenſes* & *Batavos*, eam, quam ſibi hactenus male arrogarint de Arte victoriam, cum pudore ac infamia revomere. Ingenuorum ac liberalium ſemper hominum fuit, p. 87

Chriſtianus, ita *Camerarius* junior de ſe ſuisque prædicant. Deſinant itaque invidere quidam.

e) *Scande ſuper titulos & avitæ laudis honores*. *Lucanus* ad *Piſonem* in Panegyrico. v. 33.

f) *pro*: quam, *lege*: niſi.

g) *Jo. Iſaac. Pontanus*, qui ſuo operi de rebus & vita Amſtelodamenſium attexuit duo opuſcula, abhinc CL. annos ſcripta, in quibus mentio fit urbium Bataviæ, nihil habet de Typographia in urbe Harlemenſi.

h) vid. *Mallinkrotius* c. 6. ſuæ Diſſert. de Typogr. p. 57. ut ſupra p. 50. notatum.

animi dotes excelſas & acta præclare vel in hoſte laudare, fateri, publicare: *Fauſti* ac *Scæfferorum* velut agreſtium & Opicorum, minime; qui dum probe conſcirent, unde & à quo TYPOGRAPHIA veniret, (cum *Gutembergius* ac *Genſfleiſch*, qui *Moguntiam* furtim hanc pertulerant, ſe orbi dediſſe non dicerent) ſubticuerunt tamen *Authorem*, ac inſinuare conati ſunt, non voce tantum in *Colloquiis*, ſed & poſitis in fine *Operum*, quæ ediderunt atque vulgarunt, *Adſcriptionibus*, atque ad *Lectorem monitis*, hanc à ſe manaſſe. O effrenatam audaciam! quam ne quidem ipſa *Codicillaris* Authoritas *Frederici Cæſaris*, quæ virum eximium, JOANNEM MENTELIVM, Anno M CCCC LXVI. REPERTOREM *Artis* agnovit; & ſuffragante veritate, non tam *Placito* quam *Libito* in futurum aſſeruit, reprimere
p. 88 valuit ac obruere. Ipſe namque advertens homo ſublimitate mentis, animique vigore non minus, quam Nobilitate atque Generis claritate præcelſus, *Moguntiam* ac *ſuos* Inventi iſtius gloriam ſolennem, ſibi uni debitam, proterve ambire, non palam quidem & aperte, ſed verſutia & *arte*; ſeque nequidquam, quo eo diſcaverent, multoties clamaſſe, ac etiam quiritaſſe, *Imperatorem* adiit,

- - i) *ipſi memorat Nomenque Decusque*
Quidve petat, quidve ipſe ferat.

qui

i) Hos verſus *Statius* habet.

qui utique diu cum pluribus, ex quo de *Arte* tam mira rumor inceſſiſſet, quæritarat, cujusnam hæc eſſet? (nam *typographica Moguntinenſes Opera*, ſive poſt *diſcidium* inter ſe, ſive ante, non deſignabant *Authorem* illius, in *Editionum* ſuarum *Subſcriptionibus*;) uti cum eſſet is ipſe ſupremus Arbiter, ſuæ cauſæ *vindicem* agere, non indignum duceret, & impotenti *Vrbi ſuisque* frenos injicere non refugeret. Annuit *Cæſar* libenter, juſſitque hunc ipſum,

k) *Cui nec deformes obſcuri ſanguinis ortus,*
Nec ſine luce genus,

incomparabilem Virum l) ſolum INVENTOREM audire, Interdicto perpetuo, ne quisquam deinceps illius perſonam temeriter aſſumeret, eoque nomine, *Capiti* m) *gradientis Aurei* LEONIS, qui in ſcuto ipſius *Gentilitio* n) *phœnicei coloris* depictus erat, ſu- *p.89*

Y 2 per-

k) *adde*: - - - (*quanquam fortuna Parentum*
Arctior expenſis) *etenim de divite ritu*
Ponere purpureos infantia adegit amictus,
Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.
Protinus exorto dextrum riſere ſorores
Aonides, pueroque chelyn ſummiſit, & ora
Imbuit amne ſacro jam tum tibi blandus A-
pollo.

Statius Sylv. V. carm. 3. v. 117. ſqq.

l) *adde*: Jo. Mentelium.

m) *lege*: rapacis vel potius reptantis. rapax leo, *rampant* ex *Spelmanno*, inſilientis, irruentis,

perimponi præcepit CORONAM & illam *Auream:* Quemadmodum etiam *Illius*, qui pro more *Imaginum equeſtris ordinis* hominum o) *caſſidis Apici* accumbebat, p) *pennarum erectarum faſciculum*, quibus ille conſulto palamque, (ut nihil de q) Inſignibus ad laudem Viris obſcure nunciari oportere ajebat) viſus eſt voluiſſe MENTELIVM, qui ſingularem illam *Scriptionis* ſpeciem, quæ PENNIS innuitur, r) Literarum *Formis* ac *Typis* ſubtiliſſime, ac cum miratione inventis, (quo nunquam *Priorum* penetraverat Ingenium) produxiſſet, s) CORONA PENNISQVE, velut in ea re Principem, ut ſpicis veteres *Frugum Deam*, redimire. Sic t) *Domitianus Statium* ob carminis præ-

n) Coccineo colore ex minio.

o) Galeæ. p) Penna argentea faſtigiatus. *Chifletius.*

q) Ex *Cuſpiniano* in Vita *Friderici* III. Romani Imperatoris.

r) Hinc *Joan. Scotus* in ſuis Editionibus, e.g. in Geographia *Ptolemai*, ſic habet: Jo. Scotus *literis excepit*, *i. e. impreſſit.*

s) *Dionyſius Lynceus*, homo Romanus, acerrimo Vir ingenio, connexionis inter literas fuit excogitator, ex iis ſyllabas, ex ſyllabis conficiens dictiones. Propter quod ad ſempiternam tanti Viri memoriam ac beneficii, in Capitolio Statuam illi Papa Rom. collocavit, inquit *Pet. Ang. Spera* de Nobilitate Profeſſorum Grammaticæ & humanitatis libro pag. 8.

præſtantiam honorifice coronavit; ſic etiam *Ottomanus*, Turcarum Dominus, u) *Gentilem Bellinum*, Civem Venetum, ob pingendi artificium, equeſtri dignitate ornatum ad ſuos remiſit. Quod ſane FREDERICO non minori gloriæ ceſſiſſe putandum eſt, quam *Scipioni* quondam *Romano*, qui ad *Monumentum* ſuum x) *Ennii* ſtatuam, aut *Aſinio Pollioni*, qui in *Bibliotheca* ſua ipſam *Varronis* imponi juſſere.

Ac quamvis rei familiaris exiguitas, bonæ mentis utplurimum y) ſoror atque contubernalis, (in quam perficiendæ atque ad ſummam ducendæ admirabilis *Artis* ardore MENTELIVS incurrerat) in *Frederico* debuiſſet ex- *p. 9* petere z) *Lyſandri* in *Antilochum*, Poëtam eximi-

t) *Jo. Edouardus du Monin* Epiſtola Dedic. ſuæ Bereſithiados ad *Mich. Huraltum* id notavit.

u) *Sabellicus* in Hiſt. Veneta Dec. 3. lib. 9.

x) *Plinius* lib. 7. Nat. Hiſt. c. 30. *Laertius* in *Diogene* lib. 7. cujus tumulo ſuperimpoſuere canem ex pario marmore Corinthii. *Archimedis* ſepulchro ſphæram cum Cylindro impoſuere Syracuſani. vid. *Tullium* lib. 5. Tuſc. Quæſt. cap. 23.

y) *proxima & quaſi conſanguinea. Columel.* præf. lib. 1.

z) *Jo. Eduardus du Monin* Epiſt. Dedic. ſuæ Bereſithiados. *Maluit*, (inquit de ſe *Thuanus* in calce lib. III. de re Accipitrar.)

- - *varios hominum contemnere fumos:*

Ma-

um, cui pileum a) argenti plenum retribuit, potius animum, quam *Ejuſdem* in b) *Niceratium*, Poëſeos utique non vulgarem artificem, quem corona donavit; maluit tamen æternis ſemperque virentibus gloriæ titulis & honoribus fruiſci, gaudere, beari; ac illo munere dignitatis illuſtri *Majoribus* & *Poſteris* prælucere ſuis, quam c) fluxis opibus non carere.

Fabulæ fuit cum ſuis riſuique Moguntia tunc temporis, nec, ut plebejam decebat, mutire auſa eſt; donec elapſis ab emiſſo in MENTELII gratiam Imperatorio *Reſcripto* VI. *Annis* depudeſcere cœpit *Petrus Scœfferus* in Editionum ſuarum pleriſque hinc inde conſarcinatis pro *Moguntia Subſcriptionibus*, fallaci aſſertione & mendacio veritatem, ut & propriam MENTELIORVM hæreditatem decoquentibus; cujus generis eſt illa, quæ legitur in fine Codicum Æternæ Sapientiæ, *Editionis* ſecundæ *Moguntinenſis* ad annum M CCCC LXXII. initæ, quos hic etiam in nonnullis d)

Maluit ille ederas & lauro ſponte virentes,
Quam ſpolia & macra pingues de pace triumphos.

a) alns, auri.

b) *Plutarchus* in vita *Lyſandri.*

c) *Divitias alius fulvo ſibi congerat auro,*
Et teneat culti jugera multa ſoli.
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte;
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Me

d) *Bibliothecis* inſpeximus. Concinnata autem eſt illa partim ex ea, quæ affixa eſt *primæ* eorumdem *Librorum Editioni*, antea relatæ; partim ex *alia*, quæ *Catholiconi* toties indicato ſubjecta eſt, & qua quondam erectus ac merito incitatus *Artis* INVENTOR heroicus *Fredericum* III. humanum tunc *Jovem* vocavit clamore veritatis. En ſeries ipſius: *Præſens hoc Opus præclariſſimum alma in urbe Moguntina inclytæ Nationis Germanicæ, quam Dei Clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito cæteris terrarum nationibus præferre illuſtrareque dignata eſt, artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi absque ulla calami exaratione ſic effigiatum, & ad Euſebiam Dei eſt induſtrie conſummatum, per* Petrum Scœffer *de Gernsheim, Anno Dominicæ Incarnationis* M CCCC LXXII. *in vigilio Matthiæ Apoſtoli.* p. 91

Quæ tamen abunde, ut nec ſimiles, cum ad ambitioſum pro *Moguntia* palatum non faceret, & rem pro arbitrio non exponeret, in aliis poſtea non adumbrate id egit, ſed abſo-

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Tibullus lib. I. el. 1. v. 1-6.

Non illum Cereris &c. (vid. Part. I. pag. 514. ſq.) It. *Quæſivi nomen, quærat avarus opes.* Titulus eſt ſepulchri cujusdam.

d) In *Mazarina* nempe, ut nobis innotuit αὐτοψίᾳ ipſamet.

ſolute clareque; velut apparet in illa, quam *Juris Inſtitutionibus* appoſuit, Anno MCCCC LXXVI. atque in altera, quam *Sequenti* proxime, *Deciſionibus DD. Rotæ*, quarum utriusque, pererudite Decane, meminiſti notato Capite. Nec tibi ſoli, fatemur, fucoſæ fuere atque fallaces tam bellæ ſolaque ſpecie candidæ *Inſcriptiones*, ſed multis pariter aliis, authoritatis non tenuis *Scriptoribus*, quos hic appellare non neceſſe eſt.

p.92 Atque id ſane moleſte noſtrum INVENTOREM tuliſſe valdeque excanduiſſe non dubitaverim, hominem videndo tam planum, tamque perfrictæ frontis & levem; tam inquam audacem, duri oris ac impudentem; ut neque *Formali vindiciarum Authoritati*, neque juſtis pro *Argentorato* rationibus; quin nec propriæ, quæ non poterat non ipſum redarguere, Animi conſcientiæ acquieſceret.

- - - e) *Adeo immanis gloria falſi*

hunc ipſum hominem ambitioſum urebat! Sed uno abs illo tantum non *Anno*, nulli unquam ſecundus demerendis hominibus Sortis & Ævi cujusque, mirabili *Compendio ſcribendi* ſeu literas celerrime confingendi excogitato *Artificio*, MENTELIVS, plenus annis, honoribus & f) liberis, (quæ argumenta ſunt pla-

e) *Buchananus.*

f) Deus ipſe in vet. Teſtamento iis, qui mandata ſua co-

planiſſima benevolentiæ cœleſtis) humanitate *Strasburgi* exutus eſt, ac propter virtutem cœlo receptus, priusquam Bambalionis iſtius, g) Decus ſic ſuum collutulare nitentis, jactantiam refrænare poſſet, ac audaciam retundere; ut ex vetuſto codice, *Liber pulſuum Mortuorum* appellato, cathedralis Eccleſiæ, quam *Münſter* vocant, ſuperbæ inquam iſtius Ædis, quæ magno ſuo merito inter miracula recenſetur orbis, quo ab omnibus omnium ordinum hominibus, ut in magnifico eoque digno Mauſolæo, perhonorifice ſepultus *p. 91* eſt, patet, ea nimirum formula, quam ad me miſit Vir magnificus, & ætatis noſtræ gloriam exornans ſuis virtutibus, *Gaſpar Berneggerus, Matthiæ* illius, jam nominati, filius: *Item* h) *obiit* (ea ipſa eſt) *Dominus* JOANNES MEN-

coluerint, inter cætera præmia liberorum copiam, ut magnum quoddam & eximium bonum, pollicetur, inquit *Muret.* in I. Ethicorum.

In republica Maſſilienſium nullus conſequebatur dignitatem Timuchi, (i. e. dignitatis honore per totam vitam illuſtris ob merita) cui nulli ſunt liberi, aut cujus ſtirps inter cives non per tres ætates duraverit. *Strabo* lib. 4. Geogr. p. 179.

g) Honori inſidiari *Politianus* diceret.

h) *Gabr. Naudæus* adeo cæcus invidia in *Joan. Lannojum* V. C. Theol. Pariſienſem, ita efferatus, ut pro illuſtriſſimo illo Viro *Joan. Mentelin*, ita ſcri-

TELIVS, IMPRESSOR, *Sabbato poſt Conceptionem Virginis* MARIÆ *Anno* M CCCC LXXIIX. *Et factus eſt ei pulſus cum campana magna, Dominica ſequenti. Qui quidem pulſus ingentis Campanæ illius fiebat tum tantum denatis Principibus, aut aliqua dignatione ac meritis ſupra* i) *profanum vulgus evectis hominibus.* O felicem fortunatamque tanto cive *Strasburgum*! o mirificam, ut olim *Argenti*, (à quo tibi nomen eſt,) ſic ætate Majorum k) promicondam *Literaturæ formalis*, quæ *Procuratore* hoc ipſo eruta eſt, ac per orbem diſperſa! o pietaticultricem ſummopere *Gentem*, quæ fatis functum l) *Semonem* & jam *In-*

ſcribit vulgus Germanorum, aut *Menthelen*, vel *Manthelen*, qui Alſas erat, putaverit eſſe *Manthen* illum impreſſorem, qui ſocius erat *Joannis de Colonia*, quique erat eodem pene tempore, ac noſter Prototypographus, ſaltem dum ſenex admodum eſſet inventor Typographiæ, ille florebat ætate, ſed erat ex inferiore Germania oriundus de Gerrethzen, videlicet pago circa Coloniam, & quum ille ſupervixerit longe ipſi *Joanni Mentelio* noſtro, erroris me voluit inſimulare *Naudæus*, & in eo fabam contra me quandam inveniſſe putabat, ſed fruſtra fuit, ut notavi adverſus *Riolanum* ad p. 97.

i) *dele*: profanum. *Et non plebejos luctus teſtata Cupreſſus. Lucan.* lib. 3. v. 442.

k) *Tibi res antiquæ laudis & artis. Virgilius* 2. Georg. v. 174. ubi de laudibus Italiæ.

l) *Semo*

Indigetem ſupremis honoribus, m) Campanæ nempe majoris, ſeu ærei vaſis immanis auguſtiſſimi *templi beatiſſimæ Virginis*, ingenti pulſu atque boatu, quo videlicet Chriſtiani DEO Opt. Max. cultum exhiberi, & vota ac preces, quæ fiunt pro mortuis atque funduntur, in altum evehi efferrique opinantur, n) pompa ferali, exequiis & laudatione funebri proſequuta ſis; hisque confectis etiam curaveris, *p. 94*

In-

l) *Semo vocatur* Mercurius, *quia fere in infimis collocatus erat*, quemadmodum Semones vocabant eos Deos, qui in *infimis cenſebantur. Majores ſcilicet hominibus, minores Diis. Fulgent.* de Vocibus Antiquis, & *Scaliger* c. 29. Auſon. Lect. lib. 2.

m) *Paulinus*, Epiſcopus Nolæ urbis primus, ut referunt, in ſuam Eccleſiam campanæ uſum invexit. Correxit ſcilicet Vir ſanctiſſimus abuſum Gentilium ſacrorum, & ad pia munera transtulit, ut nimirum ejus ſtrepitu & ſono excitari poſſent ſemotius habitantes ad conciones precationesque. vid. *Magium* de Tintinnabulis.

n) *Tacitus* lib. 2. Annal. cap. 83. ubi de morte *Germanici*, qui ſic incipit: *Honores, ut quis amore in* Germanicum *aut ingenio validus, reperti decretique; ut nomen ejus Saliari carmine caneretur; ſedes curules ſacerdotum Auguſtalium locis, ſuperque eas quercea corona ſtatuerentur, ludos Circenſes eburna effigies præiret, neve quis flamen aut augur in locum* Germanici, *niſi gentis Juliæ, crearetur. Arcus additi Romæ* &c.

Inſtrumentorum, quibus TYPOGRAPHIÆ qua fingendæ, qua tractandæ, uſus is *Heros* fuiſſet, Figuras ipſius lapidi ſepulchrali exſculpi; o) ut his quaſi digitis monſtraretur, inibi *oſſa* quieſcere tam ſtupendæ & à nulla non ætate mirandæ INVENTIONIS *Authoris!* Sed quid-quid

o) *adde*: tanquam id Vigiliarum ſuarum inventioniſque adeo palmarium, ut his &c.

At pius Æneas *ingenti mole ſepulchrum*
Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubamque.

Virgilius Æneid. VI. v. 232. ſq.

Veteres clarorum Virorum monumenta decorabant imagine aliqua, mores eorum ac ſtudia referente, inquit *Franc. Junius* de Pictura Veterum p. 97. ubi pulchra in hanc rem. In Clauſtro Mathurinenſium Pariſienſ. tumulatus eſt *Joan. de Sacro Boſco*, ac ſepulchrali lapidi inſculpta eſt ſphæra, qua oſtenditur, eum fuiſſe in diſciplina ſphærica principem. Commemorat *Cicero* lib. V. Tuſcul. Quæſt. cap. 23. Archimedis ſepulchrum, cum de *Dionyſio*, Syracuſanorum Tyranno, loquitur: *ita nobiliſſima*, inquit, *Græcia civitas, quondam vero etiam doctiſſima, ſui civis unius acutiſſimi monumentum ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet.* Hæc *Tullius* de *Archimedis* ſepulchro, quod notat *Ramus* lib. I. Schol. Mathemat.

Sunt & aliæ artes, inquit *Lactantius* lib. I. c. 18. quarum Repertores humanæ vitæ plurimum profuerunt. Cur non etiam illis attributa ſunt templa? &c.

quid id eſt, quod in gratiam iſtius perhumaniter effecere hi cives, non tantum eſt ſane, quin hoc INVENTVM cœleſte non ſuperet ſuum. Et vero, ſi p) *Philtatius Athenis* ſtatua donatus eſt, quia *glutine* libros continendi rationem dediſſet; ſi *Mentor* & *Apelles*, ſi *Polycletus* & *Protogenes* tum pingendi, cum ſculpendi præcellentes artifices, ideo divinis concelebrari laudibus meruere, quod illuſtrium ſimulachra virorum & imagines graphice formarunt & lepide; Quid potuit huic noſtro condignum MENTELIO decerni? qui non *Libros*, ut ille, modum compingendi, ſed eosdem miro artificio effingendi; non, ut hi, mutas corporum figuras, inanes, parumque admodum profuturas; verum eloquentes & ſolidas minimeque mutabiles animorum icones, nec non præclariſſima ingeniorum monimenta, beneficio *Typorum*, quos *prior* ſuggeſſit, exprimere docuit, & intermorituris nunquam chartis (quibuscum venerabile nomen ſuum victurum eſt,) æternitati conſecrare. Abſit tamen, o ſplendidiſſima & florentiſſima ARGENTORATENSIVM Civitas! ut non in eo Te non gratiſſimam dicam, quæ omnibus inclytiſſimæ Claritudinis decoribus *Civem* tuum ornaſti, Poſteritatique meritiſſime commendaſti. Hinc *p.95* etiam

p) *Photius* in Bibl. cod. LXXX. & *Caſaubon.* ad *Sueton.*

etiam ab *Arte*, cujus q) PRINCEPS is fuit, ducto nomine ſimplici quidem ac nudo, verum perhonorifico & κατ' ἐξοχὴν dicto, Te volente, indictus eſt proxime ſuperiori *Epigraphe*; ſicut *Virgilius* Poëta, qui r) *Poëtarum* Rex extat; ut qui nempe cum viveret, ſolum teneretur amore virtutis, non ambitione duceretur inani:

Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, fama nec dare vela ſua.

Vt apud *Martialem* s) *Imperator* ille. Sed nec ſpecioſius ſe gerere amavit, in iis, quas illuſtris-

q) Parens.

r) Cum poëtam dicimus, nec addimus nomen, inquit *Juſtinianus* lib. Inſtit. Tit. 2. ſubauditur apud Græcos egregius *Homerus*, apud nos *Virgilius*. *Homerus*, inquit *Cicero* in Topicis, *propter excellentiam commune Poetarum nomen apud Græcos effecit ſuum.* Vide *Senecam* Epiſt. 8. *Plutarch.* lib. 4. Sympoſ. *Galenus* autem ſic eam in rem ſcripſit: Conſueverunt homines, quæ in quoque genere præſtant, ipſis quoque generis nomen proprie tribuere.

Cujus inventionis (de modo lapidem ex veſica extrahendi loquitur) repertor *Ammonius*, ob id Lithotomus cognominatus eſt. *Celſus* lib. 7. cap. 26. de re medica. *Heron*, Mechanicus dictus, ob ſingularem animi præſtantiam, ſolertiam & induſtriam, ac in machinando ſcientiam, inquit *Daſypodius* in ſuo Herone Mechanico.

s) *Nerva* ſcilicet; *Martialis* lib. 8. Epigr. 70. v. 5. ſq.

ſtriſſime ac ornatiſſime moderatus eſt,*impreſſionibus*,haud unquam ſine divinitate dicendus noſter t) MENTELIVS. (nam perfecto tam pulchro INVENTIONIS ſuæ *Opere*, non ſtatim hic deſtitit, ſed porro perrexit, ac diu incubuit divinæ huic ARTI, quam vel *Reges* ac *Duces* nonnulli *Aliique* celſioris Status homines non ſolum venerati ſunt, ſed & manibus tractaverunt; ut de *Siciliæ* quodam Rege, procedam ordine, de u) *Henrico* III. *Francorum* & *Poloniæ* (cujus hic x) prælum perelegans & expeditum p.96

\- - - nobis hæc Otia cudit)

De *Ludovico* XIII. eorundem atque *Navarræ*, deque multis Principibus invictiſſimæ *Saxonica*

t) *Quis enim eſt,*

Qui valeat tantum dictis, ut fundere laudes
Pro meritis ejus poſſit, qui talia nobis
Pectore parta ſuo, quæſitaque præmia liquit?

Lucretius lib. V. v. 3-5.

u) Ergo *Henricus* III. fuit Typographus.

x) Prælum, quo hæc Parænesis cuſa eſt, fuit quondam *Henrici* III. Francorum Regis, Nepotis *Franciſci* I. Academiæ Pariſienſis reſtauratoris, quod quidem cum neſcio quo fato huc & illuc poſt illius ipſius Principis mortem ferretur, tandem venit in manus & poſſeſſionem *Ballardi*, avi ejus ipſius, qui in fronte hujus opuſculi habetur, nempe *Roberti Ballard*, unde etiam num hodie perſtat & inſervit imprimendis operibus, quæ illi obveniunt.

cæ Domus aliiſque Magnatibus atque Tetrarchis; de y) *Marco Muſuro, Jano*que *Laſcare, Proceribus Imperatoriæ Græcorum Stirpis*; de Epiſcopis & Præſulibus enarratur. Adjiciam his demum Conſiſtorianos z) Comites, ac Supremæ a) Curiæ Præſides, *Budæos*, b) *Ranconetos*, Juris Antiſtites ad miraculum eruditos, quibus aliquando non inſuave fuit, ſe quoque *Typographicis* apud *Robertum Stephanum Operis* permiſtos agnoſcere, ac ſingulare hoc c) negotium apud eum exercere, cui, ut illuſtriſſimus edicit *Thuanus*, ob acre judicium, diligentiam accuratam, & ARTIS ipſius elegantiam, non ſolum *Galliæ*, ſed univerſus *Chriſtianus Orbis* plus debet, quam cuiquam fortiſſimorum belli Ducum, ob propagatos d) fines, Patria unquam

y) *H. Stephanus* in Typogtaphices artis querimonia.

z) *adde*: Regum noſtrorum.

a) *adde*: Pariſienſis.

b) *Æmarius Ranconetus*, præſes quartæ Claſſis Senatus Pariſienſis, de cujus laudibus ut & indigna morte nec merita *Iac. Thuanus* ad an. 1559. lib. 23.

c) *Actiones exercere*, dixit *Lambinus* in verſione Ethicor. *Ariſtotelis*. vid. *Muret.* in 2. Ethicor. p. 173. *Munera exercere togatæ militiæ* dixit *Lucan.* in Panegyr. ad *Piſonem*. Rob. Eſtienne *a porté l'imprimerie a ſon faiſte* &c. *Scaligerana* in *Imprimerie*.

d) *Valerius Max.* in laudem *Ciceronis* dixit: plus meruiſſe, qui Romani eloquii fines promovit, quam qui imperii.

quam debuit; majuſque ex ejus unius induſtria, quam ex tot præclare bello & pace geſtis ad *Franciſcum* (primum ſcilicet) decus & nunquam interitura gloria redundavit. In iis inquam ſuis *Impreſſionibus* Vir frugi atque modeſtus IOANNES MENTELIVS ne verbulum quidem adjecit, quod plane mirandum, ac tergeminis tollendum honoribus TYPOGRAPHIÆ *artificium*, à ſe proficiſci referret p. 97 atque contenderet. Nec ideo tamen putarim honori ſuo litatum minus. Ad quid enim inepto ac incongruenti id loco cum phaleris affectare?

e) *Ipſa quidem Virtus pretium ſibi ſolaque late*
Fortunæ ſecura nitet, nec Faſcibus ullis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi,
Nil opis externæ cupiens, non indiga laudis,
Divitiis animoſa ſuis &c.

Cenſes tamen, o *Moguntiace*, hoc idoneo velut inſtrumento jus tibi ſolidum ex animi ſententia contechnatum iviſſe, tanquam Te

e) Verſus *Claudiani* de Conſulatu *Mallii Theodori* v. 1. ſqq. Eſt enim virtus ut veritas paucis indicibus contenta, acclamationis & applauſus popularis parum appetens; nec immerito Citharœdi illius factum celebratur, qui cum ſecundo & admurmurante populo in muſico certamine ceciniſſet, quod præter morem populo placuiſſet, ſibi diſplicuit, & abjecta Cithara proſiliit e Theatro. *Critonius* ubi de Torneamentis in Gratiar. actione p. 15.

DIXISSE ſufficeret, tuaque valeret in eo ſine ratione Authoritas. At toto cœlo aberras, mi homo, ut jam mirum ſit, quam apte conveniat in Te quadretque plagoſi objurgatio iſtius Agaſonis apud *Avianum* in *fabulis* ad Aſinum ſuum, pelle ornatum Leonis:

Forſitan ignotos mutato murmure fallis:
At mihi, ceu quondam, ſemper Aſellus eris.

Ita certe eſt, plerisque rei, qua de agimus, *Hiſtoria* ignaris ac mentis bonæ ſimplicisque lectoribus tuis offuciis os ſublinere & imponere poteris, ac cum tuis ſupra memoratis *Anteceſſoribus* de eorum credulitate ludere, deblate-
p.98 ratis neſcio quibus f) vocibus & veri larva obtectis ὑπογραφαῖς effutitis, adeo, ut viri graves & docti, *Gebuilerus* & *Spiegelius*, quibus jam teſtibus g) profecimus, pro ſua cujusque in patriam pietate,

h) (*Nam pius eſt, Patriæ facta referre, labor*) neceſſum habuerint alias, hoc publice falſi arguere atque ſugillare, deque *plagii* turpitudine *Moguntiacos* interpellare. Ac ille quidem ſua *Oratione* ſolemni, in qua evidentiſſime demonſtravit, imo invictiſſimis & Achilleis confecit argumentis, IOANNEM MENTELIVM (quem quadam admiratione commo-

f) *adde*: ſcilicet. g) *adde*: rite.
h) *Ovidius* lib. II. Triſt. v. 382. *Irenicus* in Encomio Germaniæ hunc verſum uſurpat p. 6.

motus, ſæpius fortaſſe i) laudo, quam neceſſe eſt) CHALCOGRAPHICES *Artificium* abhinc ducentos ſupra tres annos ARGENTORATI abſolviſſe conſummaſſeque, quidquid *Moguntiaci* oggerant de ſuo *Mercatore*. *Ipſi quidem vidimus*, k) inquit, *Syngrapham Herois illius: conſpeximus & illic libellum ejusdem manuſcriptum, ac multis figuris Inſtrmentorum ei arti neceſſariorum depictum: item de* ATRAMENTO *rite conficiendo Præceptiones*. Vnde in primis *Polydori Virgilii* editionibus ſui *de rerum inventione* Operis, non potuerim ego ſine bile legere, hoc *rei Typographicæ Petro Scœffero* referri; cum ad eam non ille naſcentem vocatus ſit, ſed jam adultam; ac in illa *Ætate*, in qua uſu probatus debebat eſſe modus aliquis, concinnandi iſtiusmodi l) *Atramenti* genus, quod ſimul cum Arte MENTELIVS expreſſit, ac plurifariam m) eſſe parandum in *Adverſariis* ſuis reliquit: puta cum fuligine ſeu fumo parietibus inhærente picis reſinæ, vel tædarum, aut vitis nigræ ſarmentorum carbonibus, ſiccatave & uſta vini fæce, aliisque non diſſimilibus operoſiſſime tritis rebus olei lini vel nucum, *p. 99* cui

i) Sed ut utar verſibus *Lucretii:*
Quis enim eſt, qui valeat &c. ut ſupra ad p. 95.

k) in Panegyri Carolina.

l) Inter liberales artes Sinæ artem conficiendi atramentum referunt, vide Admiranda Galliæ,

m) *adde:* id.

cui inter coquendum gummi aliquid vel glutinis aut ovorum albuminis adjiceretur, quantum ſatis eſſet, ſumebat; aut pondo libræ unius liquidæ verniginis, hoc eſt, gummi juniperi, oleo lini ſoluti, (quod exemplo ſit) addebat memoratæ fuliginis unciam circiter unam, ac inſuper eam, qua foret opus, nucum olei quantitatem; quæ inter ſe mixta bullirent æſtate quidem diutius, quo craſſius adeoque lucidius, & nigroris exuberantioris atramentum evaderet, hyeme minus. Quod etiam accidit, cum major vel minor olei portio quam verniginis ingeritur. Et illam quidem *Formulam* è recentioribus quoſdam æmulari obaudio. Quæ omnia *Joannes Schottus* INVENTORIS ipſius ex *filia* Nepos n) *Argentorati* habebat.

Spiegelius vero in multis *Operibus* ſuis *Gebuilerio* ſubſcribit, ac præcipue in *Lexico Cæſarei Juris*. *Quamvis* (refert ipſe hoc libro) *Artis iſtius*
pag. *publicatio, ſed tamen haud abſque ingenio, Mogun-*
100 *tiacis tribuatur.* Videbant ſiquidem magni illi Viri nec publici ſaporis Scriptores, *Scæffere*, Te tuoſque excogitata ac verſuta captione TYPOGRAPHIAM *Moguntiæ* propriam eſſe, prædicandi anſam arripere à novitiis *Typographei* ſui recentis fœturis. In quo ſolo frivolæ iſtius ac inanis pro hac *Vrbe Fauſtoque* præſumptionis vis & ſumma poſita eſt. Sed

n) *adde*: clariſſimus.

Sed ſpecies iſthæc argumenti, quæ futilitatis plena eſt atque levitatis, cum & ſtultiſſime obtrudatur juxta atque credatur, non eſt quod mireris, *Scæffere*, ſi non tantum non ALSATES, ſed nec alii Sapientiores, (ut de *Ramo* & *Zwingero*, quibus *Funccium* adjungemus, ſupra o) propoſitum) ei non ſubſcripſerint. Verum ipſi cur miremur, maxima cauſa eſt, dum te hominem intuemur adeo projecti pudoris, ut nulla nec ratio, nec publica & ſuprema auctoritas revocare potuerit, ac ſemel efficere, ut ſanatos indueres animos &, confeſſa tandem fraude, in gratiam cum veritate redires, fatererisque nobiſcum (quod hactenus *ipſa* per vos oppreſſa dictat & efflagitat) *typorum* divinum ac immortale *beneficium* ARGENTORATO, non *Moguntiæ*; MENTELIO, non *Fauſto*; NOBILI, p) non obſcuro; q) Mathematices Scientiarum perito, non earundem ignaro, impu- *pag.* tandum eſſe. Hinc nec temere vulgo per- *101* ſuaſum eſt, ſubtiliſſimum tantæ rei Promum condum extitiſſe non è *Trivio Mercatorem* ali-

 quem,

o) ſcilicet p. 76. p) *adde*: Viro.

q) *Monantholius* p. 133. Comment. ſuorum in *Ariſtotelis* Mechanica docet, Typographiam non poſſe exerceri absque inſtrumento, quod vocant Cochleam, ut ita verum ſit, quod hic enunciatur, Mathematices peritum eſſe debuiſſe Inventorem Typographiæ.

quem, non *Puerum Inſtitorem*; ſed *Equitem*, & illuſtri procreatum ſanguine, mente exercitatum atque ſagacem. Pro quo *Gutembergium* qui regerunt, minime attendiſſe videntur ad vitæ genus ipſius, quod meritorium plane fuit ac vile ARGENTORATI, priusquam CHALCOGRAPHICES *Repertoris ſervum* improbum corrupiſſet, atque ad pinguiorem liberioremque Fortunarum conditionem evocaſſet, ut accuratiſſimi quique *Chronologi* aliique Authores non incurioſi teſtati ſunt, è quorum claſſe eſt *Sethus Calviſius*, quem hac ratione commendabat Epiſtola quadam *Juſtus Joſephus Scaliger*, vir ille ſempiterna ſeculorum memoria reverendus, ingenii acritudinis & doctrinarum, quibus inſignis,

- - - *victorque viros ſupereminet omnes*,

nobiliorum gratia; Rerumque Maguntiacarum ſupra nominatus *Author*, & *Laurentius Beyerlingus*, homo plurimæ ac variæ ſcientiæ; qui duo poſteriores magnopere mirati ſunt, cur *Equitum claſſi* foret annumeratus Aurifex iſte *Gutembergius*. Noſtri autem Herois clarum
pag. 102 eſſe decus Generis, docent abunde *Obſervationes Hiſtoricæ Provinciæ Rheticæ*, r) ubi ſuperant etiam hodie Monimenta non exigua celebrioris olim *oppidi*, MENTELIORVM de *nomine* dicti; in quo *Gentis* illius s) Primores olim t) do-

r) *adde*: ſeu vallis Felinæ, quæ Rhætis ſubjecta eſt.

s) *adde*:

t) dominati ſunt. Sed hic minutius ea perſequi, quæ nobiliora u) Ingenia audio excepiſſe, hominis eſſet & vani, & otio ſuo abutentis. Tantum dicam (quod *poſteros* ſuos ignorare noluit x) Proavus meus, y) IOANNES MENTELIVS, à noſtro TYPOGRAPHICES INVENTORE *Domus* Ordine IIII. Εφεδρος inquam ille, qui Primus ad annum M D XLVIII. in *Gallias* ex *Alſatia* conceſſit, prope *Caſtro Theodoricum* urbem) *Fredericum* Cæſarem non inter *Equites* ac *Patricios* MENTELIVM adlegiſſe, neque illum feciſſe *Nobilem*, ſed inveniſſe; fumoſisque Majorum ſuorum perpetuo *Imaginibus*, adjectis nonnullis y*) Inſignibus & Ornamentis,

s) *adde*; quos non male ejusce loci Aborigines dicere poſſumus. *Quiricius Scaliger* Salonarum fuit Dynaſtes: cui &c. *Scaliger* in vita Patris pag. 11.

t) Patroni Municipiales ex vetere lapide in Diſſert. de inſula Melita *Joannis Quintini* Hedui.

u) Lubios Argentoratenſes intelligito.

x) Authoris proavus Germaniæ fugitivus & Galliæ novus incola ad annum 1548.

y) *Joannis* nomen fere gentilitium familiæ *Menteliorum*, ut *Jacobi Thuaneorum*, quemadmodum notatur Initio vitæ *Thuani*.

y*) Addita præterea, inquit *Scaliger* in Vita *Jul. Caſ. Scaligeri* pag. 13. a Rege veteribus inſignibus Scaligerorum *parerga, cornua cervina, ſignacula ſolis*

Quæ ſibi, quæ Soboli maneant decora alta futuræ, ob TYPOGRAPHICES INVENTIONEM *Anno* MCCCCLXVI. illuſtriorem ſplendidioremque reddidiſſe. Et hoc eſt, quod voluit jam laudatus Neptis INVENTORIS filius haud inglorius, dum in fronte multorum Typis ornatorum à ſe voluminum, *Ptolomæi* nempe *Geographici Operis* ad Annum MDXX. *Spiegelii Lexici Juris* uno & viginti poſt annis, & *Onomaſtici Medicinæ ſimplicis* Othonis Brunsfelſi, abs illo pariter duobus, aliorumque aliis, dum vixit, temporibus ipſamet Inſignia propoſuit, quibus *Joannis Scœfferi* temeritatem cum vanitate conjunctam oſtenderet, deridendam propinaret atque traduceret; totusque demum, quo *exemplaria* iſtius modi perveniſſent, addiſceret orbis, nobiliſſimum eundemque ſanctiſſimum virum, IOANNEM MENTELIVM, CORONAM ac PENNAS in Scuto Gentilitio præferre, in ſignum reportatæ ſuper omnes victoriæ, atque

pag. 103

lis & luna; quemadmodum Carolus *M. parerga inſignibus priſcis* Scaligeræ *gentis adjecit* Alberto Nicolai Fortis *primi filio*, *ob rem in* Taxilionem *fortiter geſtam. Ea parerga etiam ſua ætate extitiſſe Verona ſcribit* Paulus Æmilius, *quæcunque illa fuerint. Nam in genere priſca omnium familiarum* Scaligeræ *ſtirpis inſignia ſunt aut ſcala ſingularis, aut canes utrinque ſcalæ innitentes; Qualia inſignia præferunt hodie Comites* de Scala *in Bavaria.*

que in authoramentum ſtupendæ iſtius ac incredibilis ſcribendi INVENTIONIS. Ac licet *ipſa*, qualia *Lapidi*, ſupra *Ædium* Thiergarten Portas inſerto, exſculpta ſunt ARGENTORATI, curante *Domino* quondam ſuo IOANNE MENTELIO, z) poſt acceptam de ARTE tam clara, & poſt homines natos maxima, à ſe reperta, a) palmæ gloriam, expoſuerit AVTHOR EXCVRSVS, mi *Malinkrote*, non abs re tamen hic fuerit, rurſus denuo b) *Hæc* appingere, ſed cum *Perigraphe*,

Z 5

z) *adde*: eodem.

a) *Ædem Herculis muſarum in Circo Flaminio* Fulvius *ille* Nobilior *ex pecunia cenſoria fecit*, *non id modo ſecutus*, *quod ipſe literis & ſummi poëtæ amicitia duceretur*; *ſed quòd in Græcia quum eſſet Imperator*, *acceperat*, Herculem Muſagetem *eſſe*, *id eſt*, *comitem ducemque Muſarum*, *idemque primus novem ſigna*, *hoc eſt*, *omnium Camenarum*, *ex Ambracienſi oppido translata ſub tutela fortiſſimi numinis conſecravit*, *ut res eſt*, *quia mutuis opibus & præmiis juvari ornarique deberent*; Muſarum *quies defenſione* Herculis, *& virtus* Herculis *voce* Muſarum. *Eumenius* Rhetor in Orat. pro reſtaurand. Scholis cap. 7.

b) Porro alii Inſignia dono accipiunt, acceperuntve ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, Ducibus, quiqui fuerint, aliqua, quæcunque illa fuerit, ratione. Propterea viri fortes ac ſtrenui Leone ſeu leoni-

phe, *Cæſarei* tempus *Reſcripti* cauſamque docente; ut & cum *Lemmate*, tum hujus ipſius Vi-

nibus donabantur, ſimplices Columba, incolumes Delphino, præſtantes atque inter alios virtute excellentes roſa, quæ inter alios excellit flores, merito donabantur. Idem de aliis ſupponamus. Quapropter aſſerunt quidam, inſignia *Hectoris* fuiſſe duos leones aureos in campo rubro; *Achillis* item duos leones purpureos in vacuo argenteo: *Æneæ* tres roſas purpureas in argenteo æquore, & alia aliorum Illuſtrium virorum Inſignia &c. *Burchelatus* Serm. 7. Epitaphior. p. 296.

Militare ſcutum familiæ *Menteliorum* coccinei eſt coloris, & illud occupat leo aureus ipſe repens, & corona ubique aurea capite redimitus. Collum illius cingunt vexillula, (quæ hic non videntur, quia hæc inſignia ſunt Prototypographi, non vero Nepotum eorum, qui in Galliam migravere.) Cærulea, quæ in poſteriora velut agitata ſeſe diſpergunt. Caſſidis apici corona laudatæ par inſidet, cui leo priori ſimilis incubat. Ac omnia illa pro more deſuper ambiunt laciniæ ſeu ornamenta aurei & coccinei coloris.

Jehan Mentelin ou *Mentel* (inquit *Naudæus* in Appendice ad Hiſtoriam *Ludovici* XI. Francorum Regis,) qui en travailla le premier a Strasbourg, comme il paroiſt par leurs armes, dans lesquels il y a un lion couronné & le Caſque tymbé, de meſme avec cette inſcription a l'entour:

In-

Viri maximi *ſubtilitatem ingenii*, quæ ad *inventionem* tam miram ſuffecerit, cum glorioſa ſua alia Majorumque *ſuorum facinora* (velut in *pag.* eo *Herculis* ac Muſarum commune Tem- 104 plum Romanis olim celebre inſtauratum eſſet) indicante.

Exhibentur ære expreſſa Inſignia, quæ extant ſupra Part. II. pag. 212.

Hoccine eſt, *Malinkrote* præſtantiſſime, quantum ad Imperatoris *Reſcriptum*, ſeu ut ſingula- *pag.* ri ad c) Amicum epiſtola Tu loqueris, 105 d) *Formalia* Privilegii obtenti & conceſſorum TYPOGRAPHIÆ *Authori Inſignium* tibi non ſatisfacere? Audacter dico, Vir inclyte, nec meo ſane judicio ſubblandior. Nihil inſuper à nobis, ipſoque adeo EXCVRSVS AVTHORE merito vales requirere. Sicut Epilogi tantum vice hic incumbat adjicere, quæ illa confirment univerſa, quæ pro laudando nun-

Inſigne Scottorum *familiæ ab* Friderico *Romanor. Imperatore III.* Joanni Mentel, *primo Typographiæ inventori ac ſuis conceſſum anno Chriſti Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto.* Hæc *Naudæus* loco citato.

c) i. e. C. V. *Guidonem Patinum*, Med. Pariſienſ. & Profeſſorem Regium.

d) Formalis Epiſtola Imperatoris paſſim apud Authores Claſſicos: *Sueton.* in Domitian. c. 13. & *Turneb.* c. 10. lib. 5. Adverſ.

nunquam ſatis, at ſemper adorando Heroë MENTELIO unaque Auguſta TREBOCHORVM Civitate hactenus protulimus; cum nec *Gebuileri* ELSATIÆ ſupra libatæ, in qua urbs ipſa nullo non præconio efferri ac e) nobilitari debebat: nec eorum, quæ pro TYPOGRAPHIA *Argentoratenſibus* vindicanda ſibi notaverat BERNEGGERVS, ὁ μακαρίτης, adſit copia. Erunt autem illa, quæ de ſpeciei cujuslibet ſcientia notabilis, potiſſimæque inter *ævi* iſtius eloquentes & emunctioris naris Profeſſores laudis, *Ioannis Henrici Bœcleri* pia gravique & plurima elegantiarum venere diſtincta *Oratione*, quam Anno MDCXXXX. de TYPOGRAPHIÆ ARGENTORATI inventæ *Fatis & Divinitate* magna cum celebritate habuit, formisque hoc loci permiſit, excerpſimus. *Non erat*, inquit, *quærenda nobis ex abdito materies* &c. usque ad verba: *quanto eſt divinius, quanto perennius, quanto utilius?*
pag. 106-117 (vid. ſupra Part. II pag. 169-181.) Hæc ita Vir clarus. Quem nos imitantes haud ingratiis, PROTOTYPOGRAPHVM quoque divinum attollimus, miramur, ſuſpicimus; ac ei ex officio, quantam poſſumus pietatem ſequenti parodia ex ſapientis vena *Lucretii* conflata ita ſuppliciter exhibemus:

E tenebris tantis tam clarum extendere Lumen
Qui primus potuiſti &c. (vid. ſupra Part. II. p. 198. ſq. not.) At-

e) *adde*: jure.

Atque hiſce, quæ ex rei veritate dictata & cum ſinceritate pronunciata ſunt, propoſitis, & ut ratio poſtulat æquitatis, acceptis atque admiſſis; jam quæ non humilis nec ſpiritus nec generis è veſtratibus f) Poëta cecinit de vobis, o ARGENTORATENSES chariſſimi, voce reddite, vereque ac omni procul arrogantia & merito dicite, palamque ac publice proferte MENTELII veſtri, hominis præluſtris, ac ſi quis unquam, divini, nomine. *pag. 118*

- - - - - Nos primi excudimus ÆRE
Et ſculptis manſura notis, tot Secla, tot annos,
Omne genus ſcripti, vatum æternosque labores:
Quæque diu nemo perituris ſcribere chartis
Poſſet, & in multas ita paſſim ſpargere gentes;
Per nos una dies in mille Volumina profert.
Quod tantum eſt, ut ſi cunctas perpenderis Artes,
Itala quas acies, latiumque exercet acumen,
In-

f) *Vlricus Huttenus*, is fuit Eques Francus, in Poëmate Heroico: *de non degeneri ſtatu Germanorum*, quod inſeritur Tom. 2. Rerum Germanicar. quæ ex variis autoribus collegit in 3 voluminibus *Marquard Freherus* & Francof. edi curavit anno 1637. in fol. Typis Caſp. Rotelii. [typis Wechel. 1602. fol.] Habetur, inquam, poëma illud ſtatim initio hujusce Tomi, cujus hoc eſt initium:

Rhenigenas populos & robuſtiſſima mundi
Pectora quisquis aves &c.

Invenias omnes hac utilitate minores.
Nunc quiſque innumeros, etiam de paupere turba,
Exiguo parat ære libros; & munere noſtro
Conſequitur decus ingenii, parvoque labore
Omnia vel per ſe, quæ longo addiſceret uſu,
Et vigili cura, ſomnoque carentibus horis,
Imbibit. Hoc tantum eſt, ut quod nunc omnia plenis
Sunt congeſta libris; ut quod nunc oppida doctos
Cuncta viros referunt, quod nulla ita barbara Tellus,
Quin animum colat, & fœcundis artibus ornet,
Solis deberi nobis, nemo neget usquam.

FINIS.

Obſer-

Obſervationes
JAC. MENTELII
de
Præcipuis Typographis,
&
Typographiæ Origine,
transſcriptæ
ex
Codice *Baluziano*,
qui in Bibliotheca Regia Pariſiis
aſſervatur.

Les peuples, qui ont ignorés les inventions des choſes, ont appropriés l'invention des toutes choſes a ceux, qui premierement leur en ont donné l'uſage & connoiſſance. Ce dit *Mart. Garault* en ſon livre de la recherche des prix de Monnoyes p. 58.

Quod de juris Civilis ſcientia olim, id de Typographia jure merito dici poteſt. Nam ut illa *Manlios*, *Scævolas*, *Servios* in ampliſſimum gradum evexit, & nunc inquit *Claudianus Mamertinus* ad *Julianum* Imperatorem in Panegyrico cap. 20. libertorum artificium dicitur: Sic hæc ars Typographica, quæ olim

olim non niſi magnæ dignationis viros ut plurimum ad ſui munus admittebat, nunc videtur ita eviluiſſe, ut obſcuriſſimorum cujusque hominum artificium & munus eſſe videatur.

Claude Garamont vint à Paris & s'arreſta chez feu *le Bé*, fondeur des lettres d'Imprimerie, ou il laiſſa les matrices; qu'il fiſt, là il euſt connoiſſance de nommé *Mejat*, qui pour lors demeuroit chez le dit *le Bé*,& eſtoit ſon domeſtique,& dit-on, que le dit *Garamont* eſtoit fort debauché. Il quitta Paris y eſtant envoyé, & s'en alla a Geneve, de là a Rome, il y mouruſt a l'Hoſpital, n'ayant pas, de quoy ſe ſoutenir en maladie.

Antoine Eſtienne (fils de *Paul* petit fils d'*Eſtienne*, qui eſtoit fils de *Robert*, & petit fils de *Henry Eſtienne*, qui le premier de cette famille fuſt imprimeur ſous *Louis* XII. Roy de France,il y a cent cinquant ans) m'a dit le 18 Novembre 1657, que *Robert Eſtienne* ſon biſayeul avoit eu ordre dès ſon age de jeuneſſe du Roy *François* I, & de faire travailler *Garamont* aux poinçons, & que comme le dit *Garamont* eſtoit le premier ouvrier en ce fait, qu'il y euſt jamais eu pour la delicateſſe & perfection des poinçons, le dit *Eſtienne* abandonna toutes les matrices, qu'il avoit tant de Grec, que de Latin, pour avoir celles, qui venoient des poinçons de *Garamont*. Le *Parangon*, qu'ils appellent, & ce beau Grec du Roy ſont de *Garamont*. L'on tient,

tient, que la belle Italique vient de *Granſon*, ce qui eſt ſi vray, que ce qui eſt du Grec du Roy, que le dit *Anthoine Eſtienne* a euſt en ſes mains une pieçe, ou ſon biſayeul dit & fait mention, d'avoir touché du Roy 55. Eſcus d'Or, pour ſatisfaire a l'ouvrier, c'eſt a dire a *Garamont*, des poinçons, qu'il avoit fait.

Sed quid facias iſtis literationis non literaturæ Magiſtris, qui nullo magis quam talibus nugis ſupercilia tollunt, ut cochleæ cornua, quorumque plumbea prorſus ingenia quam magis excoluntur, tam magis obbruteſcunt. Angel. Politian. cap. 75. lib. Miſcell. p. 643.

Germani ſolerti ac incredibili quodam invento nuper novam quandam Elementorum characteres imprimendi rationem invenerunt, (inquit *Junianus Majus* ad Ferdinandum Regem Italiæ in Prologo ſui libri de proprietate ſermonis anno 1490 impreſſi) *ut, quantum per annum vix boni IX. ſcripſerunt librarii, unus una die impreſſor confecerit, præcipue* Joannes Vercellenſis, *Vir elegantia & ingenio in hoc genere impreſſionis effloruit.* Hæc ille.

Epigramma, quod *Laurentio Vallæ* adſcribitur, de Inventione artis impreſſoriæ.

Abſtulerat Latio &c. (vid. ſupra Part. I p. 510)

Sine Cochlea inſtrumento Mathematico nihil eſſet Typographia, ars illa divina, inquit *Monantholius* in Ariſtotelis Mechanica pag. 133.

Aldus.

Quocirca nunquam ſatis laudari poteſt Aldus Manutius *Romanus, vir non minori ingenio quam doctrina, qui ſua induſtria ac labore omnem Græcorum Sapientiam, Grammaticam, Poëticam, Oratoriam, Philoſophiam & Medicinam etiam innumeroſis voluminibus curat imprimendam, qui tot doctiſſimorum hominum lucubrationes, quæ non multis poſt annis erant interituræ, ita reficit atque reſtaurat, ut nulla unquam poſſint temporum vetuſtate aboleri, dignus profecto immortalitate, qui tam multis viris præſtantibus dat æternitatem.* Hæc *Nicolaus Leonicenus* de Morbo Gallico pag. 116. b. Opuſculorum.

Aldus ejusque aſſeclæ ut non raro corruperint Auctores audacia corrigendi, ita tamen, ut optimorum Italiæ Codicum (dic & præcipue Galliæ) ſubſidio nixi, nobis, recenſentibus enucleate omnia, non ſint plane inſuper habendi, inquit *Caſpar Barthius* cap. 27. lib. 26. Adverſ.

Eundem ob editiones probas laudat cap. 1. lib. 53.

Aldo Manutio ſcripſit *Eraſmus* de excudendo opere ſuo Proverbiorum. vide ejus vitam in 4to per *Merulam* editam p. 291. & ſeq. ubi *Aldus* laudatur ob æſtimationem doctorum Virorum. vide inſuper *Eraſmum* in Proverb. p. 349. Centuria 1. Chiliad. 2dæ Proverb. ubi ait *Aldum* tum Bibliothecam moliri, cujus non alia ſepta ſint, quam ipſius orbis. Pro-

Profeſſus eſt literas *Aldus Manutius*, antequam ſe Typographiæ totum daret. *Jac. Berengarius* Carpenſis Epiſtola dedicatoria Iſagoges Anatomes ſuæ ad *Albertum Pium*, Carporum Principem: *Nulla oblivio delere potuit quam plurima ſtudia & honeſtiſſima, quæ tecum in manſuetiorum rudimentis ſub felici Memoria* Aldi Manutii, *Romani præceptoris noſtri, conferebam* &c. hæc *Jacob Carpus.*

THEODORVS BEZA de ALDO MANVTIO, Romano, omnium quidem autorum, præcipue vero Poëtarum, Excellentiſſimo Typographo.

Didonis *cecinit rogum diſertus*
Maro, Pompeji *rogum* Lucanus:
Et diſerte adeo hoc uterque fecit,
Vt nunc vivere judicetur illa:
Nec jam mortuus hic putetur eſſe:
Immo ſint redivivi & hic & illa.
Ergo credere fas erit Poëtas
Divos, utpote qui loquendo poſſint
Vitam reddere mortuis, quod ipſis
Eſt Divis proprium & peculiare.
Quod ſi credere fas Deos Poetas,
Vitam reddere quod queant ſublatam:
Quanto eſt juſtius æquiusque quæſo,
Aldum Manutium *Deum vocare,*
Ipſis qui potuit ſuo labore
Vitam reddere mortuis Poëtis.

Schottus in Itinerario Italiæ ait, *Aldum Manutium* octoginta millium librorum Bibliothecam Piſanæ Academiæ teſtamento legaſſe.

Funeſtiſſimum ſibi annum renaſcentem 1515 reſpublica literaria vidit, cum *Aldus Manutius* Romanus ex humanis deceſſit, Vir admodum ſedulus ac eruditus. Primus hic nobilitavit Artem Impreſſoriam, quam ſub *Friderici* III. Imperio & *Pii* II. pontificatu anno M CCCC LIII. in Allemania *Joannes Guttenbergius* eques Coloniæ adinveniſſe traditur. Huic, quod doctos Viros aluerit, amaverit & ſummo honore affecerit, plurimum debet humanitas; eorum enim opera ſolertiaque in libris utriusque linguæ corrigendis utebatur. Hunc *Leo* X. ex animo dilexit, ita ut paſſim familiariter eum *Aldum* ſuum per literas compellaret atque hortaretur. Neque operæ ſuæ, neque ſumtibus pepercit, ut ſtudia literarum expoliret ſublevaretque, formatis etiam dexteritate mirabili Argenteis Characteribus ad Impreſſionem. Inſuper de ſuo ingenio & Typographica officina produxit in publicum Grammaticæ Græcæ Inſtitutiones, mero ſermone græco conſcriptas, & a *Marco Muſuro* expolitas: item Grammaticæ Latinæ Inſtitutionum libros 4. elegantiſſimos, qui etiam nunc teruntur manibus omnium. Adduntur his de dierum Generibus ſimulque de umbris & horis, quæ apud *Palladium* memorantur, Annotationes in *Horatium* &

& *Homeri* Poëma de ranarum & murium pugna latinis verſibus expreſſum, multæque præfationes libris compluribus apud ipſum excuſis præpoſitæ, & alia nonnulla Vide *Garzon* in Platea Univerſal. Diſcurſ. 129. *Polydor. Vergilium* de Invent. rerum; *Supplem. Chronicorum.*

In *Aldi Manutii* laudes ſeſe effert V. Ill. *Thuanus* lib. 59. Hiſt. ſui temporis. *Theod. Beza* in Iuvenilibus, ubi de *Manutio* Epigramma.

Aldus Manutius ſub annum abs homine redempto 1481 florebat, ut ex Cornu Copiæ Græco manifeſtum, ubi in præfatione non ſubticet proprias laudes: *Poſtquam hanc duram provinciam ſuſcepi, annus enim agitur jam ſeptimus,* (hoc enim ſcripſit an. 1486) *poſſem jurejurando adfirmare, me tot annos ne horam quidem ſolidam habuiſſe quietis. Pulcherrimum utiliſſimumque inventum noſtrum omnes uno ore* (ita narrat *Leo* X. in ſuo privilegio pro *Aldo* in Var. *Columell.*) *dicunt, laudant, prædicant. Sit ita certe, inveni tamen ipſe, quo excrucier, modo, dum vobis prodeſſe cupio, bonosque libros ſuppeditare, &c.*

Supra januam cubiculi ſui hæc habebat verba: *Quisquis es, rogat te* Aldus *etiam atque etiam, ut ſi quid eſt, quod à ſe velis, perpaucis agas: deinde actutum abeas: niſi tanquam Hercules defeſſo Atlanti veneris ſuppoſiturus humeros; ſemper enim eſt, quod & tu agas, & quotquot huc attulerunt pedes.* Vide multa de eo eleganter dicta apud *Eraſmum* in Chiliad. 2. Cent. I. p. 350. vid. etiam,

quæ habet de ipſo filius illius *Paulus* in Epiſtolis p. 393. edit. an. 1614.

Paulus Manutius in Scholiis in Epiſt. *Ciceronis* ad Familiar. conqueritur, *quod quidam ſibi arrogarent emendationes, aut Germanis referrent, quas deberent Patri ſuo* Aldo: *Quodque magis doleo, Gallis acceptum referre mallent; de Germanis nihil dicam, qui ut veterum libros ediderunt, multum & optime de ſtudioſis meriti ſunt; certe patri meo nunquam in hoc genere videbuntur comparandi. &c.*

Aldus, hoſpes meus, (inquit *Eraſmus* in Epiſtolis p. 860. ſub finem) multis poſt annis periit, haud multo minor annis ſeptuaginta, ſed tum animo ad literas mere juvenili &c. ſcribebat *Eraſmus* hæc anno 1524 in *Eraſmi* Epiſtolarum opere p. 47. Editum Proverbiorum opus univerſo prope Orbi ita placuit, ut intra pauculos annos quater à nobiliſſimis Impreſſoribus formis excuſum ſit: primum in Italia ab *Aldo Manutio*, Viro propter ſingularem utriusque linguæ doctrinam omnium memoria ſeculorum digniſſimo, deinde in Germania bis à *Frobenio* Baſileæ, ſemel ab *Anſelmo* Tubingæ, præcipuis Chalcographis &c.

Joannes Frelonius.

Egregiam *Joan. Frelonii* mentionem habet paſſim in Epiſtolis *Gilbertus Cognatus* nominatim vero 57, 63, 98. quem vide.

Idem ille *Cognatus* in brevi Galliæ deſcriptione p. 45. *Argentoratum*, inquit, *ampliſſima & po-*

potentiſſima Triboccorum civitas, clara excuſoria arte, cujus inventores faciunt Joan. Guttenberg & Joan. Mantel. Poſt hæc addit: *Maguntiacum Rheni, Francorum metropolis, omnibus ſeculis memorabili invento Chalcographiæ urbs celebris circa annum Chriſtianum* 1440. Friderico III. *imperatore, reperta eſt ab viro* Joanne Fauſto, *Germano.*

Egenolphus.

Ad illum ſcripſit *Melanchthon.*

Joannes Frobenius, Hammelburgenſis.

De obitu *Joannis Frobenii Eraſmus* Epiſtola ad *Emſtedium* (Heemſtedium) anno 1527. Conſule Tom. I. Epiſtolarum illius & Tom. I. Sermonum Convival. p. 105. *Joan. Frobenii* laus habetur ſingularis apud *Eraſmum* Adagiorum Chil. 2. Cent. I. pag. ſeu columna 350.

Vir doctus D. *Balesdeus* illius imaginem veram poſſidet.

Vxorem habuit *Gertrudam Lachneram*, cujus impenſis & typis ſuis opera quædam poſteritati voluit innoteſcere, ut patet in fine & calce Iſagoges Muſicæ *Glareani*, anno 1516. in 4to Baſileæ impreſſæ, ubi viſitur Symbolum ejus cum Lemmatis Latino, Græco, Hebraico.

Beatus Rhenanus Epiſtola dedicat. præfixa operibus *Eraſmi* Roterod. notat, ipſum eundem allectum fuiſſe, ut *Frobenio* Opera edenda committeret, officinæ diligentioris, quam *Aldina* illa eſſet, celebritate. Vide locum, nam pulchra habet in laudem illius officinæ, deque ipſo *Frobenio* etiam non multo poſt.

Michael Vaſcoſanus, Campanus Gallus.

De eo vide Κενοτάφιον in clauſtro Eccleſiæ Sti *Benedicti*. Ad eum *Julius Cæſar Scaliger* Epiſtolam dirigit, ut ſuos de ſubtilitate in *Cardanum* libros edat, quæ eſt Epiſtolarum ſuarum 87. p. 274.

Adr. Turnebus.

Typographus Regius, qui in plerisque operibus à ſe editis functus eſt officio Impreſſoris ſimul ac Correctoris, inquit *Henr. Stephanus* in Pſeudocicerone p. 48. Idem in fine editionis 2dæ Poëmatum *Theod. Bezæ* an. 1569. in 8vo a ſemet impreſſæ.

Edidit ad invidiam felicibus & elegantibus typis *Philonis Judæi* Opera Græca in fol. vide de eo & Morellio *Thuanum* in Hiſtor.

Suffectus eſt *Turnebus Roberto Stephano* in Excuſoria arte regia, ut patet ex pag. 366. Epiſtolarum Claror. Virorum lib. 3. ed. *Michaele Joan. Bruto.*

Guilielmus Morellius.

In edendis caſtigate libris rem domeſticam diſſipavit, ideo *Turnebus* Epiſtola quadam ad *Carolum* IX. Francorum Regem efflagitat ex Rege, ut & vidua ejus & filii ſuperſtites fruantur dono aliquo & beneficio ejus. vid. *Turnebum* Tomo ſuorum Operum III. p. 53. ſeq.

Scripſit *Morellius* librum de Antiquitate Philoſophica.

Guilielmi Morellii Opera: Tabula compendioſa de Origine, Succeſſione, Ætate & Doctri-

ctrina Veterum Philoſophorum ſc. *Plutarcho, Laertio, Cicerone*, aliiſque ejusdem generis ſcriptoribus a *Guilielmo Morellio* Tiliano collecta cum *Hier. Wolphii* annotationibus, Baſileæ ex Officina Hervagiana per *Euſebium Epiſcopum* an. MDLXXX.

Fridericus Morellus.

(inquit Florens Chriſtianus ad Ariſtophanis Veſpas p. 21.) amicus noſter, Juvenis pereruditus, qui profeſſionem Typographiamque Regiam una diligentia complexus eſt. Et: *in emendatione erratorum cujusdam commentatur amicus noſter*, Fridericus Morellus, *qui profeſſionis & impreſſionis Regiæ titulos una diligentia complexus* &c. *Rutgerſius* in ſuis notis in *Horatium* edit. *Stephan.* anni 1613. in 12. *Hæc*, inquit, *narravit mihi Vir clariſſimus*, Frid Morellus, *ex cujus ego ſuaviſſimo convictu eruditiſſimisque ſermonibus quintum jam menſem non minorem voluptatem quam fructum capio*, pag. 66. Habet ille & alibi p. 30. *Græce eum transtuliſſe Carmen Seculare* Horatii, *eodem genere verſuum tanta elegantia, ut* &c. *Fridericum* hunc Regium Doctorem & ſimul Reg. Typographum vocat *Florens Chriſtianus* Epiſt. præfixa Notis ſuis in *Senecæ* Thebaidem.

Demetrius Cretenſis & Dionyſius Paraviſinus.

Angel. Politianus Demetrium Cretenſem & Dionyſ. Paraviſinum Græcorum Impreſſores voluminum ſic laudat p. 289. Tom. II. operum ſuorum in 8vo apud *Gryphium*:

Qui colis Aonidas, Græcos quoque volve libellos,
Namque illas genuit Græcia, non Latium.

Simon Millangius

Anno 1572 Burdigalæ poſt plurimos in Gymnaſio Aquitanico ſudores ornatiſſimam Typographiam inſtituit. vid. *Gabr. Lurbens* in Chronico Burdigalenſi p. 21.

Joh. Oporinus.

De *Oporino* vide Alluſionum *Menhovi* (leg. forſitan: Weſthovii) Librum I. p. 99. cum *Buchanano* in 8vo. *Canterus* in præfatione ad *Plantinum* ſui Syntagmatis ad emendandos authores Græcos meminit Bibliothecæ *Oporini*. *Gilb Cognatus* p. 408. Tom I. Operum ſuorum verſus ſcripſit ad *Joannem Oporinum*. Idem *Cognatus* notat p. 385. *Theodorum Zuingerum Oporini* ſui eſſe Nepotem.

De *Oporino* magnifice loquitur *Leunclavius* initio Annotationum ſuarum in *Nyſſenum* de Opificio hominis.

Camerarius ſuam eidem miſit verſionem & Commentaria in *Nicephori* Chronologiam & Hiſtoriam Synodi Nicenæ, habeo editionem Lipſianam.

Chriſtophorus Plantinus.

Multa de *Plantino* paſſim habentur elogia. *Guilielmus Canterus* præfationem ad illum habuit initio ſui libri ſeu Syntagmatis de ratione emendandi Græcos Authores: *Hunc*, inquit, *laborem noſtrum tibi dicatum volumus, cum quia*

quia ſingulari quadam benevolentia me meosque conatus hactenus proſecutus es, quod ego felicitatis in parte non exigua pono, tum, quia ſic de literis meritus es, ac mereris in diem &c.

Amici nomine illum dignatus eſt *Joſeph Scaliger* Epiſt. 4. lib I. Epiſt. 78. Edit. Francoſ. Commentaria *Cæſaris* emendata ad illum miſſa ſunt Epiſtola quadam meo exemplari præfixa.

Dialogos compoſuit & in lucem ſuis elegantiſſimis Typis emiſit Antverp. in 8vo anno 1567. gallice & flandrice, quos dicavit Senatui Bruxellenſi, ad quem in Epiſtola verſibus comprehenſa ſic ait;

Je conſacre a vos pieds ces petits Dialogues,
Qui contiennent les mots & phraſes des colloques,
En françois & flameng, dont les enfans entre eux
Vſent communement. &c.

Franc. Raphelengius.

Hebræarum literarum profeſſor, Correctura Typographica ipſi arridente, Antwerpiæ pauliſper hærens, mutato conſilio operam ſuam *Chriſtoph. Plantino* addixit, cujus filiam in Matrimonium duxit. vide Academiam Leydenſ. p. 21.

Hieronymus Commelinus.

De *Hier. Commelino Joſeph Scaliger* Epp. lib. 4. Epiſt. 400 p. 690 *Eunapium* de vitis Philoſophorum poſt *Junium* contulit cum duobus MSS. Codicibus, & ſupplevit, dicavitque *Jacobo Monavio* 1596 in 8vo Græc. Lat. Dicavit Ope-

Opera Gr. Lat. S. *Chryſoſtomi* in N. T. Bavariæ Duci *Friderico* IV.

Patiſſonius (*Mamertus*.)

Joſeph Scaliger ad eum dirigit Epiſtolam Apolog. in *Franciſcum Inſulanum*. *Paſſeratius* etiam illi Epiſtolam miſit, dum remitteret illi *Petronium*, quem notis quibusdam emendaverat. Epiſtolas *Ciceronis* ad famil. typis elegantiſſimis commiſit, ut & *Petronium*, & libros de emendatione temporum *Scaligeri*: *Varronem Scaligeri*, *Feſtum*, *Manilium* in 8vo. Poemata *Paſſeratii*. Miſerabili fato periit, dum rediret ab Turronibus Pariſios, ſcilicet incidit in vallum & foveam aquarum, ubi ſuffocatus eſt inter Stampas & Pariſios.

Paſſeratius ſuas in *Petronii* Satyricon notas miſit cum præfatiuncula, quas, cum non appoſuiſſet nomen ſuum, *Goldaſtus* putavit eſſe *Chriſti. Richardi*. Sed falſus eſt; habeo enim ipſius *Paſſeratii* ἀυτόγραφον.

De *Matthia Schurerio*.

initio Voluminis *Chriſtoph. Landini* de Diſputationibus Camaldulenſibus in fol. hoc habes Epigramma *Hiecheri*:

Chriſtophori, Lector, *Landini*, candide, librum
Perlege, qui latuit tabidus ante ſitu.
Hunc tibi jam preſſit docta *Schurerius* arte,
Qui dedit humatis vivere ſæpe viris. &c.

in fine operis: Has Camaldulenſes Diſputationes pulchrioribus typis *Matthias Schurerius*, Artium Doctor, (Profeſſor Regius & Typogra-

graphus etiam fuit *Frid. Morellus.*) excudit in Officina ſua litteratoria Argentorati, die 26. Aug. an. Chriſti 1508, regnante Cæſare *Maximiliano Auguſto*.

Eraſmus ei ſcribit poſtremam ſuarum Epiſtolam p. 1213. vide illam, nam ibi maxime commendatur.

Lazarus Schurerius florebat eadem in arte 1520. In calce Interpretationis in *Prudentium Spigelii* ejus Symbolum Gentilitium expreſſum eſt, quem librum habeo à viro Cl. *Gabr. Naudæo.*

Joannes Tornæſius, Lugdunenſis.

Anno 1575 Lugduni emiſit in lucem varias lectiones in *Petronii* Satyricon cum epiſtola ad D. *Lebeum*, JC. humaniſſima. vid. in *Petronio Goldaſti* p. 99. Sylloges Annotationum & Obſervationum in *Petronium Arbitrum* editarum Helenopoli 1610. in 8vo.

Henricus Stephanus.

Henricus Stephanus, *Roberti* (cui tantum res literaria debet,) filius, Lutetiæ Pariſiorum natus, qui patris æmulator cum ſcriptoribus Græcis edendis & caſtigandis navaſſet ſedulam operam, anno 1598. ſeptuagenarius Lugduni obiit. De eo vide *Thuanum* ad annum laudatum, & *Sammarthanum* in Elogiis, aliosq;.

Robertus Stephanus.

De Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piſcium & avium liber (*Caroli Stephani*), ex *Ariſtotele*, *Theophraſto*, *Dioſcoride*, *Galeno*, *Aëtio*, *Paulo Ægineta*, *Actuario*, *Nicandro*,

dro, Athenæo, Oppiano, Æliano, Plinio, Hermolao Barbaro & *Joan. Ruellio*, cum gallica eorum interpretatione. Tertia edit. Lutetiæ ex officina *Roberti Stephani*, Typographi Regii, 1547 in 8vo.

Roberti Stephani Elogium habes a *Thuano* Hiſt. ſui temp. anno 1559.

Paulus Manutius Scholiis in Epiſt. fam. *Ciceronis* Scholio 486: Rob. Stephanus, *quo ego ſecundum Patrem meum in emendandis atque edendis Veterum ſcriptis neminem fuiſſe aut eſſe arbitror diligentiorem.* &c.

Typi eorum duorum voluminum palmam merito præripiunt cæteris cujusque editionis operibus, editis ea arte.

Patrem habuit *Henricum*, artis literarum excuſoriæ induſtrium Opificem, ut idem ille *Henricus* habet in Calce *Sigeberti* à ſe editi 1513 & utique in Elucidatorio Eccleſiaſtico, ubi ſic habet: *Abſolutum eſt hoc opus arte formularia in lucem emiſſum Pariſiis, in officina* Henr. Stephani, *excudendorum librorum induſtrii & ſeduli opificis, è regione ſcholæ decretorum habitantis*, &c. Poëma edidit in ejus laudem *Auratus*, quod ibi reperitur.

Jodoc. Clichtoveus Epiſtola dedicatoria ejus ipſius operis: *Cæterum quoniam non ſolum hanc operam noſtram inſigni Eccleſiæ tuæ Iaurienſi aut Pannoniæ, ſed & Galliæ noſtræ & quibusdam aliis provinciis profuturam ſperavi, ratus ſum id cunctis conducibile fore, ſi in lucem edatur arte Chalcotypa, proferaturque in publicum, quo in plures extendatur atque propagetur ejus utilitas* &c. *Rob.*

Rob. Stephanus filius fuit *Henr. Stephani*, qui initio ſeculi 1500 floruit. *Robertus* extulit & alium *Robertum*, fratrem *Henr. Stephani*, qui quidem anno 1556 primum edidit opuſcula quædam poëtica ipſius *Henrici*, qui erat filius *Roberti*.

Henrici illius Epiſtola exſtat de ſuo Typographiæ ſtatu [illegible]ita 1569. habeo. Induſtrioſiſſimum Typographorum vocat *Douſa* in *Petronium*.

Carolus erat etiam *Henrici* filius, cujus induſtria extant *Ciceronis* opera in 4 Tomos digeſta, adjecto in fine cujusque indice locupletiſſimo, quod opus dedicavit Cardinali *Lotharingio*.

Nicolaus Jenſon, Gallicus.

In Hiſtoriæ Bibliothecæ Norimbergenſis appendice de Typographia p. 131. hæc habentur: Digeſtorum Opus per *Nicolaum Jenſon*, Gallicum, Venet. 1477.

Carolus Stephanus.

De Diſſectione partium Corporis humani libri tres a *Carolo Stephano*, D. Medico, editi, una cum figuris & inciſionum Declarationibus à *Stephano Riverio*, Chirurgo, compoſitis, Pariſiis apud *Simonem Colinæum* 1545. in fol.

De re hortenſi libellus, vulgaria herbarum, florum, fruticum, qui in hortis conſeri ſolent, nomina latinis vocibus efferre docens ex probatis authoribus in Adoleſcentulorum gratiam multo quam antea locupletior fa-

factus, cui nuper additus eſt alius libellus de cultu & ſatione arborum ex antiquorum ſententia, Lutetiæ ex officina *Roberti Stephani*, Typographi Regii, 1545. in 8vo.

Diſcours des Hiſtoires de Lorraine & de Flandre, au Roy tres Chreſtien *Henry* II. à Paris par *Charles Eſtienne* 1552. 4to.

Joannes Criſpin.

Opus compoſitum à ſe, inſignitum: Acta, ſeu Actiones & Monimenta Martyrum, quod ſemel atque iterum typis ipſe mandavit. Editionem habeo alteram, factam Genevæ 1560 in 4to. Orditur autem *Criſpinus* Hiſtoriam ſuorum illorum Martyrum à *Ioanne Wiclevo*, Anglo, finitque in *Guyraudo Taurano*, qui poſtremus eſt V. Martyrum *Cameriaci* in Sabaudia exuſtorum. Comprehenditur porro illa hiſtoria VIII. libris. In quorum fine recipit in ſe, quum otio majori & commoditate uſurus eſſet, ad cæteros Martyres progreſſurus, incipiendo ab *Annate de Burgo*, Pariſienſis curiæ Senatore, qui, ut habet, Martyrii coronam accepit die 23 Decembr. 1559. & perſequendo deinde ad Hiſpaniæ Martyres.

Sebaſtianus Gryphius.

Julius Cæſar Scaliger ſuos de Cauſis Linguæ Latinæ libros ad eum dirigit Epiſtola eleganti anno 1540. Lugd. in 4to.

Joannes Bebelius.

Lectori dedit Epiſtolam elegantiſſimam, ſed brevem, initio fragmentorum vetuſtiſſimo-

morum authorum, *Myrſili Lesbii* &c. Baſil. 1530.

Bocheti fratres.

Typographeion elegantiſſimum inſtituerunt Pictaviis, cujus Inſigne fuit, prima pagina ut plurimum, præpoſitum omnibus eorum, quæ imprimebant, operibus. Illud autem erat officina Typographica, iis rebus, quæ ei ſunt neceſſariæ, prædita, ſcilicet incus ſeu tabula, ſuper quam literæ inter ſe unitæ ad verba componenda applicabantur ab impreſſoribus, qui ibi adſunt. Sunt & capſæ literas continentes, quas ſingulatim excipiunt compoſitores, quos vocant. Adſunt & ii, qui folia imprimunt duo, ut ſunt etiam compoſitorum duo, qui impreſſioni librorum incumbunt. In capite vero illius figuræ & inſignis legitur: *Vitam mortuo*, in inferiore parte, *reddo.* Quod Lemma ſuper ſuperque oſtendit Typographiæ virtutem. *In fine hujus libri hæc deſcriptio ſic legitur; Bocheti* fratres Pictaviis Typographiam conſtituerant. Prima pagina eorum, quæ imprimebant, operum, pingebant circulum, in quo deſcriptæ erant operæ Typographicæ quatuor, inſidentes operi ſuo, ita graphice omnes cum omni ornatu & apparatu Typographico, ut nihil poſſit melius, aut luculentius Porro in ſuperiore parte ſ. capite, ſi in circulo caput dici poſſit, lemma ita loquitur: *Vitam mortuo*, in inferiore vero: *Reddo*, habet. Quæ

certe figura ſatis belle exprimit artem illam divinam. Hæc figura habetur in Exemplo, quod habeo Scholiis MSS. ditatum ab erudi-tiſſimo viro *Jo. Altino.*

Carola Guillard.

Exercuit illa ſumma cum laude artem Typographicam Pariſiis, mirumque eſt, mulierem tam generoſum animum geſſiſſe. Vide, quæ de ſe ipſa profitetur epiſtola, quam præfixit Lexico *Tuſani* Græco-Latino, Pariſiis edito a ſe in fol. an. 1552.

Gertruda Lachnera,

Frobenii uxor, poſt mariti obitum profeſſa eſt artem non ingloria. Vide Iſagogen Muſicæ *Glareani* impreſſam 1516. in 4to.

Sigismundus Feirabendius.

In ejus laudem vide Epiſtolam dedicatoriam libri de Aſtutia Vulpeculæ *Reinickes.*

Jodocus Badius Aſcenſius.

De eo vide appendicem ad Suppl. *Trithemii.* Conſule de eodem præcipue *Pet. Angeli Spera* opus de nobilitate Profeſſorum p. 445.

Ludovicus Jacobus Vitriacenſis Epigrammate quodam ad *Ludovicum Pinellum*, Cancellarium Pariſienſis Eccleſiæ, operibus *Durandi*, Epiſcopi Meldenſis, in magiſtrum Sententiar. præfixo, quod ſic incipit: *Alta ſolent* &c.

Vidi ego tam crebris librum ſquallere lituris,
Qualis multicolor lepra ſcatere ſolet.

Mi-

Mirabar, vario disjectos fragmine ſenſus
Chalcographi ullius lumine poſſe legi.
Omnes inter erat princeps *Aſcenſius* unus,
Ardua cui merito tradita cura fuit.
Hic eſt Pariſiis, Venetis quod doctior *Aldus*
Plurima temporibus reddit ubique ſuis. &c.

vide inſuper Epiſtolam præfixam eidem operi *Jacobi Merlini*, de *Jodoco Badio Aſcenſio*.

Vincentius Valgriſius.

Vincentius Valgriſius, *Typographus, quem olim in Germania novi leviter, libellum quendam* Bartholomæi Ricii *de Elocutione mihi exhibuit, quem miris laudibus Itali extollunt*, inquit *Gilbertus Cognatus* p. 381. Tom. I. operum ſuorum.

Henricus Petri.

Gilbertus Cognatus dirigit illi *Zenodoti*, Græci Authoris, *Paræmiographi* percelebris, interpretationem, cum Epiſtola dedicatoria, quæ ſic incipit: *Si pro tuis in me meosque officiis* &c. vocat autem illum clariſſimum atque prudentisſimum virum Operum *Cognati* p. 23. Tom. I.

Adamus Petri, Henrici filius.

Epiſtolam illi mittit *Gilb. Cognatus*, ut ſuos e *Seneca* floſculos eleganter & accurate imprimat. vid. Tom. III. Operum *Cognati*, p. 2.

In Poëmatis *Gilberti* ejusdem p. 416. Tom. I. Epiſtolam habes ad *Henricum Adamum Petri*, Typographum, & illam ſequitur alia Epiſtola *Henrici Adami Petri* ad Lectorem. vid. locum.

Maternus Cholinus.

Franc. Modius in calce notarum ſuarum in *Vegetium* Epiſtolam perpulchram ei mittit, his verbis: *Franciſcus Modius Materno Cholino*, V. Clar. Senatori & Typographo Colonienſi S. *Habes ecce*, *mi* Materne, *ut petiſti*, *& ad quem diem petiſti, Scriptores bellicos*, *noſtra opera & diligentia emendatiores*. In meo Exemplo an. 1607. in 4to p. 343.

Presbyteri & ſacris addicti,
PETRVS JACOBVS, *impreſſor*,
Liber a) Nanceiados PETRI DE BLARRORIVO, (*Blaru*, village de Loraine) Parhiſiani,
hoc eſt,
Opus de Bello Nanceiano,
impreſſum in celebri Lotharingiæ Pago D. Nicolai de Portu per PETRVM JACOBI, Presbyterum loci paganum,
anno chriſtianæ incarnationis MCCCCLXXVI. in fol.

En-

a) In MICH. MAITTAIRE Annal. Typograph. Tom. II. P. I. p. 323. & in AVGVSTINI CALMETI Hiſtoire eccleſ. & civile de Loraine Tom. I. pag. LVI. du catalogue alphabetique des ecrivains de Lorraine traditur, hoc opus prodiiſſe an. 1518. in fol. min. Sed in catalogo Bibliothecæ Thuanæ P. I. p. 401. memoratur liber PETRI DE BLARRORIVO de bello Nanceiano verſibus, fol. 1476.

Envoyée au R. P. *Louis Jacob* par Monſieur *de la Mare*, Conſeiller au Parlement de Diyon l'avril 1665.

L*ouis*, par la Grace de Dieu Roy de France, a nos amés & feaux les Genereaux Conſeillers, par nous ordonnés ſur le fait & Gouvernement de toutes nos finances, ſalut & dilection; de la partie de nos chers & bien amés, *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer*, Marchands bourgeois de la Cité de Majence en Allemagne, nous a eté expoſé, qu'ils ont occupé grand partie de leur temps a l'induſtrie art & uſage de l'impreſſion d'eſcriture, de la quelle par leur cure & diligence ils ont fait faire pluſieurs beaux livres ſinguliers & exquis, tant d'Hiſtoires, que de diverſes heures, dont ils ont envoyé en pluſieurs & divers lieux, & meſmement en notre Ville & Cité de Paris, tant a cauſe de la notable Univerſité, qui y eſt, que auſſi, pourceque c'eſt la ville Capitale de notre Royaume, & ont commis pluſieurs gents pour iceux livres vendre & diſtribuer, & entre autres depuis certain temps en ça commirent & ordonnerent pour eux un nommé *Herman de Stattren*, natif du Dioceſe de Munſter en Allemagne, au quel ils baillerent & envoyerent certaine quantité de livres pour iceux vendre là, ou il tiendroit au profit deſdits *Conrard Hannequis* & *Pierre Scheffer*, auſquels le dit *Stattren* ſeroit tenu d'en tenir compte, lequel *Stattren* a vendu pluſieurs deſdits livres, dont a l'heure de ſon trepas il avoit les deniers par deniers lui, & pareillement avoit mis en garde tant de notre dite Ville de Paris, qu' à Anguers & ailleurs, en divers lieux de notre dit Royau-

me, & eſt iceluy *Stattren* allé de vie a trespas en noſtre dite ville de Paris, & pourceque par la loy generale de noſtre Royaume toute fois, qu'aucun eſtranger & non natif d'iceluy noſtre Royaume, va de vie à treſpaſſement ſans lettre de naturalité & habilitation & puiſſance de nous de teſter, tous les biens, qu'il a en noſtre dit Royaume, a l'heure de ſon dit treſpas, nous competent & appartiennent par droit d'Aubenage, & que le dit *Stattren* eſtoit de la qualité deſſus dite, & n'avoit aucunes lettres de naturalité, ni puiſſance de teſter, notre Procureur ou autres nos officiers ou Commiſſaires fierent prendre, ſaiſir & arreſter tous les livres & autres biens, qu'il avoit en ce lieu, & ailleurs en noſtre dit Royaume, a l'heure de ſon dit treſpas, & depuis & avant que perſonne ſe ſoit venu comparoir pour les demander iceux livres & biens, ou la plus part ont eſté vendus & divertys de les deniers, qui en ſont venus, diſtribués. Apres les quelles choſes le dit *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer* ſe ſont tirés par devant nous & les gents de notre Conſeil, & ont fait remonſtrer, que combien que les dits livres fuſſent eſté poſſeſſion du dit *Stattren* a l'heure de ſon dit treſpas, toute fois ils ne luy apartenoient point, mais veritablement apartenoient & apartiennent aus dits expoſants, & pour ce prouver & monſtrer, ont exhibé le teſtament du dit *Stattren* avec certaines cedulles & obligations, & produit aucuns teſmoins & autres choſes, faiſants de ce mention, en nous requerants les faire reſtituer des dits livres & autres biens, ou de la valeur & eſtimation d'iceux, les quels ils ont eſtimé a la ſomme de deux mil-

mille quatre cent vint cinq eſcus d'or & trois ſols tournois: Pourquoi nous, les choſes ſusdittes conſiderées, & meſmement pour conſideration de ce, que le tres haut & tres puiſſant Prince, noſtre tres cher & tres amé frere, couſin & allié, le Roy des Romains nous a eſcrit de cette matiere, auſſi que les dits *Hannequis* & *Scheffer* ſont ſujets & de pays de noſtre tres cher & tres amé couſin, l'Archeveſque de Mayence, qui eſt notre parent, amy, confederé & allié, qui pareillement ſur ce nous a eſcrit & requis, & pour le bon amour & affection, qu'avons a lui, deſirants traiter & faire traiter favorablement tous ſes ſuyets, ayants auſſi conſideration de la peine & labeur, que les dits expoſants ont pris pour la dite art & induſtrie de l'impreſſion, & au profit & utilité, qui en vient & peut venir a toute la choſe publique, tant pour l'augmentation de la ſcience, qu'autrement, & combien que toute la valeur & eſtimation des dits livres & autres biens, qui ſont venus a notre connoiſſance, ne montants pas de grand choſe, la dite ſomme de deux mille quatre cent vint cinq Eſcus & trois ſols tournois, a quoy les dits expoſants les ont eſtimés, neantmoins pour les conſiderations ſurdites, & autres a ce nous mouvants, nous ſommes liberalement condeſcendus de faire reſtituer aus dits *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer* la dite ſomme de deux mille quatre cent vingt cinq eſcus & trois ſols tournois, & leur avons accordé & octroyé, accordons & octroyons par ces preſentes, que ſur les deniers de nos finances ils ayent & prennent la ſomme de huit cent livres par chacun an a commencer la pre-

miere année au 1. jour d'octobre prochain venant, & continuer d'aller en avant, jusque a ce qu'ils ſoient entierement payés de la dite ſomme de 2425 eſcus & 3 ſols tournois. Sy vous mandons & enjoignons expreſſement, que par noſtre amé & feal conſeiller, *Jean Briconnet*, reçeveur General de nos finances, ou autre, qui par le temps advenir ſera, Vous ſur icelles nos finances faites payer, bailler & delivrer aus dits *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer*, ou a leur procureur ſuffiſamment fondé par eux, la dite ſomme de 800 livres tournois par chacun an, a commencer la dite premiere année au dit 1. jour d'octrobre prochain venant, & continuer d'an en an, jusqu'a ce qu'ils ſoient entierement payés de la dite ſomme de 2425 eſcus & 3 ſols tournois, & de rapportant ces preſentes ſignées de noſtre main ou vidimus d'icelles faits ſous ſcel Royal avec quitance ou recognoiſſance ſur ce ſuffiſante des dits *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer*, nous voulons la dite ſomme de 800 livres tournois par chacun an, ou ce qui en aura eſté payé, eſtre alloué es comptes & rabbatu de la recepte du dit *Jean Briconnet*, ou d'autre, qui ſera noſtre Receveur General au temps advenir par nos amés & feaux gents de nos comptes, auſqui eux nous mandons d'aynſi le faire ſans difficulté, & en outre voulons & decernons, que le vidimus de ces dittes preſentes, faits ſous Scel Royal, vaille eſtat & Rolle au dit *Briconnet*, ou autre noſtre Receveur General preſent ou advenir pour les ſommes deſſus dites, qui auront eſté payées a la deſſu dite, ſans ce que beſoin leur ſoit d'en avoir de nous autre Rolle ou acquit,

pour

pourveu que par chacun an il ſera tenu, d'eſcrire ou faire eſcrire au dos de ces dittes preſentes les payements, qui auront eſté ſur ce faits, & que au derniere payement & parfourniſſement de la dite ſomme les dits *Conrart Hannequis* & *Pierre Scheffer*, ou leur dit Procureur ou commis, ſeront tenu rendre & bailler a noſtre dit Receveur General ce preſent original, pour le rendre & raporter ſur ſon compte en noſtre dite Chambre des Comptes, car ainſy nous plait-il eſtre fait, non obſtant que les dits ſommes ne ſoient enrotulées chacun an des Rolles de noſtre dit Receveur General & quelconques reſtrictions, mandements ou defenſes, a ce contraires. Donné a Paris le XXI. jour d'avril l'an de Grace M CCCC LXXV, & de noſtre Regne le XIV, ainſi ſigné *Louis*, par le Roy, Vous l'Eveſque d'*Evreux*, & pluſieurs autres preſents.

Le Gout.

De arte impreſſoria.

Arte librorum Chalcographica quid utilius ad omnium diſciplinarum propagationem? At illam protulit noſtra hæc ætas, ut & paulo ſuperior cera, corticis aut papyri vice chartam hanc, quam fabrianam primi appellarunt: Atque iſtorum ope in tantum faſtigium evecta ſunt literæ. Fernel. præf. in libr. de Abdit. rerum cauſis. Vbi oppoſuit noſtram ætatem ſuperioribus ratione præclararum inventionum.

Clivenſes ſtatuam erexere *Eumenio*, Rhetori tanquam ſuo: at falſa eſt iſta ſtatua, ex Hiſtor.

Philoſophica *Georg. Hornii*, ut & ſtatua & effigies *Laurentii Coſteri* apud Harlemenſes, p. 277. apud *Hornium* de *Eumenio*.

Ex capite 104 illuſtrium Germaniæ Virorum *Hieron. Ziegleri* p. b. fol 95. *Impreſſoria artis divinum inventum a Germanis Authore aut* Guttembergio, *aut alio prodiit primum. Deinde ſecuti ſunt plures Viri ingenio ac induſtria celebres, ſc.* Joan. Mentel, Joan. Pruſs *&c.*

Ejus etiam meminit *Budeus*, Philologiæ libro poſteriore, dum refert artes, quas ſecula recentia protulere p. 87 variarum lucubrationum. *Contra autem*, inquit, *ætates recentiores artem librariorum formulariam ediderunt; validum, ut mihi videtur, adminiculum ad exſuſcitandum & erigendum litterarum veſtrarum nomen; quod tamdiu jacuit ut exanimum & emortuum. Multa etiam & alia in utramque partem valitura adhuc in altis naturæ cryptis condita eſſe cenſeo, quæ ſuo quæque ſeculo in lucem depromenda ſint.*

Paſquier lib. des Recherches de la France en deux endroits.

Brodæus, qui habetur Tomo IIdo Theſauri Critici p. 485. *Joan. Guttembergio* Typographiæ inventum refert, quam tamen apud Indos extitiſſe ait ſe legiſſe, (ante mille annos ſcilicet prodiiſſe.)

Barthol Riccius lib. 2. p. 30. de Imitatione hæc habet: *Equidem antequam hæc hominum nova inventa ſcirentur, Tormenta, ut ita dicam, militaria, navigandi certa illa in omni tempeſtate locorum ſcientia,*

tia, librorum deſcribendorum ars uberrima, avium ex avibus & natura & artificio inimicis regia venationes, vitrei quaſi oculi, temporum per horas ad ſonitum certiſſima dimenſio, ex ephippiis certus pedum appenſus locus, & cetera ejus generis prope innumerabilia, à recentioribus hominibus cum ad ſummam hominum voluptatem, tum ad maximam utilitatem excogitata, hæc, inquam, quamdiu in hominum ignoratione latuere, ut multa in tenebris jacuere, ut vero in lucem hanc atque in uſum humanum doctiſſimorum hominum ſtudiis venere, ita uno omnium gentium conſenſu in cœlum tolluntur, ut cum antiquitate certare, niſi eam etiam ſuperare poſſe videantur.

Joan. Trithemius libro de ſeptem Intelligentiis Orbem poſt Deum moventibus p. 56. *His temporibus*, inquit, *ad annum* 1450. *aut* 1453. *ars impreſſoria Moguntiæ, Metropoli Alemanniæ, inventa eſt de novo, mirabili induſtria, munere divinitatis.* Hæc ille.

Rob. Gaguinus Epiſt. 52. ad Epiſcopum *Maliscobenſem*: *Nullum in rebus humanis*, inquit, *eſt beneficium, quod hominum incuria vel iniquitas* &c. Ea propter ſecundo imprimendum curavi, idque Lugduni, ut illuminatius veriusque opus haberetur &c. fol. XLIII. b.

En ce temps (1458) *l'impreſſion des livres fut trouvée en la ville de Mayence. Laquelle n'avoit oncques eſté veue, art des arts, ſcience des ſciences. Laquelle enrichit & illuſtre la vertu infinie des livres, manifeſtés par ce moyen aux pauvres Eſcoliers* &c. *Nic. Gilles* ſous Charles VII. Roy de France.

M.

M. *Georg. Draudii* Typographicus Diſcurſus experimentalis varius, utilis & jucundus, cum præcipuorum Typographorum, illorum cumprimis, quorum impenſis libri in lucem prodierunt, Inſignibus, quæ Frontiſpiciis librorum imprimere conſueverunt, eorundemque expoſitionibus conjecturalibus &c. Francof. 1625. 8vo.

Hier. Hornſchuchii Inſtructio, Operas Typographicas correcturis neceſſaria. Lipſ. 1608. 8vo.

De Artis Typographicæ Inventione multa *Joh. Pincierus* cap. 27. lib. 3. parergorum philologg. otii ſui *Marpurgenſis.* vide ibi perpulchra non negligenda. Otium illud impreſſum eſt Herborn. 1617. 8vo.

De Arte Typographica vere dici poteſt, quod *Plinius* cap. IX. Lib. XXXV. de Pictura ſcripſit: *Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui exercerent, mox ut honeſti, perpetuo interdicto, ne ſervitia docerentur.* &c.

Beatus Rhenanus ad Lectorem:

Accipe Moralem, lector ſtudioſe, libellum,
Qui brevibus facilem pandit ad Alta viam;
Hunc meus ingenua nuper *Clichthoveus* arte
Auxit, ſubnectens Optima quæque, vale.

Initio Epitomes Moralium *Ariſtotelis* per *Jac. Fabrum* Stapulenſ.

In

In Typicæ Artis laudem
EPIGRAMMA,
quod reperitur apud *Lucanum Gauricum* in prædictionibus ſuper luminarium deliquiis.

Tingere diſpoſitis &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 514 ſq.)

Redditus hac etiam nuper *Tortellius* arte
Pluribus ex ſcribis qua ratione docet.
Hunc eme, qui lingua cultus cupis eſſe latina,
Hunc eme, Grammaticus qui cupis eſſe bonus.
Quæ geminanda notis fuerit tibi ſyllaba ſimplex;
Quæve ſit exilis denſave, doctus eris.
Poſt modo qui fuerit grato ſi commodus uſu,
Has memor aſſiduis plauſibus ede preces.
Artfici ſemper faveant pia Numina ſancto,
Utilis effluxit cujus ab arte liber.

L. V. F.

Epi-

Epigramma Typis mandatum eſt primum in fine *Tortellii*, editi Venetiis 1488. Ejus author eſt, ut ibi notatur, *Hieronymus Bononius*, ut eo loci dicitur, ubi X. verſus inſuper habentur, ſed ſermonem convertit in laudem *Tortellii*.

Præterea multos præcipitat inanis gloriæ ſpes & libros imprimendi facultas, multis ſeculis intermiſſa paulo ante revocata, inquit *Pompon. Latus* Epiſt. ad *Maphæum* præfixa *Salluſtio*.

De Laudibus & Meritis *Frobenii* Baſileenſis vide *Eraſmum* in fine Exemplarium plerorumque ſui Ciceroniani, ubi Tumulus *Frobenii*.

QVINCTIANUS STOA in ſua Cleopoli, de Typographia.

Quis credat formare Typos elementa? quis autor?
O animi cœleſtis opus, turbata Vetuſtas
Hinc abeat; ponatque novo ſua ſerta labori.
Repererit *Danaus* puteos: Aurique metalla
Phœnix: convexas tegulas *Cinyra* ipſe; terebram
Dædalus! *Idæi* ferrum: limoſa *Chorœbus*
Fictilia: Ancipitem fera *Penteſilea* ſecurim,

Et

Et mel *Ariſtæus:* ſocialia fœdera *Theſeus:*
Frena *Peletronius*: fuſos & *Cloſter: Arachne*
Retia: *Erichtonius* per græcula regna quadrigas:
Augurium ex avibus *Car*: juſtaque pondera *Phidon*:
Harmoniam *Amphion:* Horas Rhodopæius *Orpheus:*
Mercurius Citharam: Tamen horum pace fatendum eſt,
Non eſſe in Terris inventum clarius, aut quod
Humanum genus illuſtret celebratius iſto.
Una dies hac arte dabit tot ſcripta notasque,
Quot manus ante dabat centum laſſata per annos,
Inventum ſublime, ingens, illuſtre, decorum,
Perpetuo laudandum ævo. Si antiqua fuiſſet
Roma miniſterio tali decorata; diebus
Adcumulata forent proh! quanta volumina noſtris.
Dic ubi *Pacuvii* tot ſcripta? tot inclyta magni

Var-

Varronis monumenta, ſuis gens barbara flammis
Abſtulit & rapidæ dedit omnia flammis.
Temporibus noſtris, & noſtro gratulor ævo,
Inventum cum tale ſuis monimenta figuris
Perpetuet: latoſque operum producat acervos.
Adgredere Europam Rex (*Attila* Rex Gothorum,) barbare, Dii tamen iſtud
Avertant) immitte faces, non flamma cremabit
Amplius Auſonidum numeroſa volumina vatum.

Hæc ille in laudem Typographiæ.

Anno 1572. *Simon Millangius*, poſt plurimos in Gymnaſio Aquitanico ſudores, ornatiſſimam Burdigalæ Typographiam inſtituit, inquit Chronicon Rerum Burdigalenſ. a *Gabriele Lurbeo* compoſitum & Burdigal. 1590. apud *Simonem Millangium* impreſſum.

De Typographiæ utilitate.

Bonus Accurſius, Piſanus, qui florebat Sec.XV. præfatione in opera *Ovidii* editaFlorent. 1489. fol. *Scis enim*, (inquit ille ad Ziethum Simonetam) *noſtra tempeſtate veniſſe in lucem hanc imprimendorum voluminum artem, rem profecto & utilem*

lem & perpulchram. Nam libros exſcriptos haud facile eſt omnibus ſibi comparare propter pretii ac pecuniarum difficultatem. Quod tametſi divina benignitate tibi nulli impedimento eſſe poteſt: non tamen eſt contemnenda propter pulchritudinem artificii, & quia, ubi hujusmodi librorum impreſſio & tanquam formatio recte fuerit ab initio conſtituta, ſemper eodem procedit ordine in omnibus hujusmodi voluminibus, ut vix errare liceat; id quod in deſcribendis libris ſacris longe aliter ſolet evenire &c.

Magnam is labori ſuo gloriam addidiſſe ducebat, inquit *Mich. Fernus* in Vita *Campani*, præfixa ſuis operibus, *cui hujus commendatio accesſiſſet. Hinc jam nemo impreſſorum in tota Heſperia ea tempeſtate opus imprimendum ſuſcipere velle videbatur, cui illius commendationis Epiſtola non præluxiſſet. Adeo clarum & celebre apud omnes ſanctum & venerabile nomen ejus habebatur. Unde cum* Uldaricus Gallus, *qui tunc ad annum* 1648. *formas in urbem librarias nuper intuliſſet, interquieſcere illum aſſiduis emendationibus non permitteret, Remque literariam ex magnis difficultatibus inopiaque ad ingentem ubertatem glorioſisſimo illo & divino opificio evocaret, in illum jocatus, carmen hoc edidit:*

Anſer Tarpeji Cuſtos Jovis &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 175.)

cum illius impreſſiones ſcribendi neceſſitatem pennarumque uſum ſuſtuliſſe viderentur. Hæc ille.

Junianus Majus, Eques, in Epiſtola præfixa ſua de Verborum priſcorum proprietate ad *Ferdinandum*, Regem Italiæ, poſt quædam: *Ac-*

cedit, inquit, *quod Germani ſolerti ac incredibili invento nuper novam quandam* (ſcribebat hæc an. 1490.) *elementorum characteres imprimendi rationem invenerunt, ut quantum per annum bini vix exſcripſerint librarii, unus una die impreſſor confecerit, præcipue* Jo. Vercellenſis, *Vir ingenio & elegantia in hoc genere impreſſionis efflorüit. Qui quidem tantum librorum omnis generis proventum attulit, ut magnam adepti opportunitatem videantur, qui literarum ſtudio ad gloriam comparandam enituntur.* Hæc ille.

Artem Typographicam, Angliæ finibus recenter appulſam, Oxoniam primo deveniſſe, unde Guilielmi Caxtoni *opera Londinum quoque traductam eſſe, non ſolum antiqua ſcripta, ſed etiam illud indicat, quod* Jo. Scolar *primus Oxonienſis Typographus officinam Typographicam hic aperuit, &* Io. Dedici *Oxonienſis acutiſſimi in moralia Commentarios in lucem edidit anno Domini* 1518. *Brianus Twynus* in apologia pro Antiquitate Academiæ Oxonienſis pag. Ddd. 3. b. ubi Miſcellanea ſua exhibet.

Mendoza libro 3. de la Hiſtoria de gran Regno de la China fol. 86. an. 1458. Segun parece por commenco &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 12)

Populus æris ferrique tractandi peritia, & per mille artificia ducendi inſignis eſt. Typographiæ inventum, pulveriſque nitrati illis ingeniis orbis debet, ambiguo prorſus beneficio, & quo tam pernicies mortalium, quam utilitas, ſe humanis rebus ulterius inſinuavit.

Joan. Barclajus in Icone animorum, ubi de Germanis cap. V. pag. 157. ſq. *Cam-*

Canterus in Syntagmate de ratione emendandi Græcos authores, præfatione ſ. Epiſt. Dedic. ad Chriſtoph. Plantinum, Typographum clariſſimum, ſic habet ſub finem: *Volumus porro tibi dicatum hunc librum noſtrum, cum quia ſingulari quadam benevolentia me meosque conatus hactenus proſecutus es, quod ego in felicitatis parte non exigua pono, tum quia ſic de literis omnibus meritus es, ac mereris indies, dum ſumma induſtria, maximis ſumtibus, ineffabili elegantia libros optimos publici juris facis; nemo ut ſit, qui ſtudioſorum in cohorte cenſeri velit, quin multis nominibus tibi ſe devinctum fateri cogatur. Gratum igitur hunc animum noſtrum, & publicis & privatis de cauſis hoc pacto nobis teſtatum, nunc quidem relinquere viſum fuit, id quod tu, qua es humanitate, niſi optime, non poteris interpretari.*

Qui bonus eſt Medicus, Mendicus non erit, inquit *Palingenius.*

Manus ſuſpenſa tenens libram æqualiter ſuſpenſam, ac ſupra illam plures ſtellæ, tum addetur illud: *Hac itur ad Aſtra.*

Saxum undique aquilonibus adpetitum, cum hac Inſcriptione: *Mens immota procellis.*

Pallas altera manu tenens ramum olivæ, altera laurum, cum hac Epigraphe: *Ad Utramque paratus.*

Curtius ruens in hiatum terræ, vel *Codrus* in hoſtes, cum his verbis: *Patria ſic debita Vita.*

)o(

TYPOGRAPHEI CHEMNITIENSIS
primæ plagulæ,
de laudabilis & inæſtimabilis
ARTIS TYPOGRAPHICÆ
inventione, utilitate & incremento,
Chemnitii cum nonnullis acceſſionibus
iterum excuſæ
per
JO. GABRIELEM GVTNERVM,
typographeon ſuum primum aperientem,
VoLente Magno parIter Deo ac fortVna,
poſtquam A.C. 1440. atque adeo ante 221 annos hæc
nobilis ars primum erat excogitata;
& è lingua *) germanica latine redditæ
à
JOANNE OSWALTO,
Altonavienſi,
Hamb. Gymnaſii Cive digniſſimo.

In-

*) Schediaſma hoc germanice inſcribitur: DrV-Ckerey zV keMnItz erſte bLätter von der löblichen und unſchätzbaren *Buchdruckerey-Kunſt* Erfindung, Nutz und Beförderung; daſelbſt druckts, zum andern mal etwas vermehrt, *Iohan Gabriel Gütner*, als er ſein Druckerwerck angefangen MIt gott Vnd gLVCk, nachdem im Iahr Chriſti 1440. und alſo vor 221. Iahren dieſe Kunſt erſtes mal aufkommen war.

Inclytæ urbis Chemnitienſis Rectoribus & Moderatoribus,
Viris nobiliſſimis, ampliſſimis, doctiſſimis & prudentiſſimis,
Conſulibus, Prætoribus, Quæſtoribus & Senatoribus,
Patronis meis & Promotoribus gratioſiſſimis atque honoratiſſimis.

Hier iſt das erſte Blat, ſo meine Preſs aufträget,
Und als die Erſtling hin zu Euren Füſſen leget,
Aus lauter Schuldigkeit. Nehmt wohlgeneigt es an,
Und macht, daß ich mein Werck hier ferner treiben kan.

Σὺν τοῦ Θεοῦ αὐταγάθου τε καὶ παναγίου τρίειος παλάμῃ.

Etſi Germania, à Deo variis beneficiis affecta, permultarum in toto terrarum orbe, omnibusque in locis olim incognitarum, rerum vera inventrix fuerit; tamen inter has omnes primum locum tormenta bellica & typographia tenent; quæ duæ artes dilucide demonſtrant, a) Germaniam neque in bellicis, neque in aliis inventis ulli nationi palmam relinquere debere. Ad tormenta-

 riam

a) *Lanſius* in Conſult. de Princip. inter Prov. pag. 36. *Salmuth* in Comment. ad G. *Pancirolli* N. R. cap. 10.

riam artem quod attinet, nemo negare poteſt, tormenta & ſclopeta cum pulvere pyrio à *Berchtoldo Schwartzio*, Germano, Monacho Franciſcano, Philoſopho & Chymico, ſub Imperatore *Wenceslao* An. 1380 excogitata, & in lucem prolata eſſe, quemadmodum *Polydorus Vergilius* de invent. rerum lib. II cap. 11. *Vannuccius* lib. VI. Polytechniæ, atque *Camerarius* in Viridario hiſtorico Part. I. teſtantur. Quamvis enim *Maffejus* aliique hanc inventionem Sinenſibus adſcribere conentur, tamen *Alexander Valignanus* in Admirandis Regni Chinenſis refert, b) Chinenſes (qui rectius Sinenſes vocantur) hanc artem à Luſitanis, hosque à Germanis didiciſſe. Eſto etiam, illam jam antea apud Sinenſes in communi uſu fuiſſe, conſtat tamen inter omnes, iſtis temporibus Americam & Sinam nondum ab Europæis detectam fuiſſe. Egomet autem, qui ab ineunte ætate Deo & patriæ in pacis potius quam belli rebus inſervire ſtudui, inprimis quum pernicioſum illud artificium magis ex juſto Dei judicio, quam ex ejus benignitate, magis in noſtram pœnam, quam utilitatem exortum ſit, uti illius peſtiferam vim & exitioſum effectum non ſolum cruentiſſimum illud Germanicum bellum tricenarium nuper per DEI gratiam finitum, ſed etiam mœnia urbis noſtræ in iſto bel-

b) *Lanſius* p. m. 671.

bello diruta & munimenta cetera adhuc dejecta (quæ propediem reparanda Deus perpetuo conſervare velit) abunde proh dolor! teſtantur; ejus inventione prorſus non afficior, ſed id aliis inveſtigandum relinquens, oblectationem unice quæro in iis rebus, quibus Dei gloriam hominumque internam atque externam felicitatem promovere licet, & in arte iſta, quam addidici, Typographia ſcilicet præſtantiſſima, cujus inventionem nulli alii genti, niſi Germanis, debemus.

Quod ſi ex hiſtoricis ſcriptoribus accuratius quæramus, quis primus nobilis artis typographicæ inventor fuerit, diverſas illi quidem ſententias nobis proponunt. *Michaël Eytzingerus* in Belgii deſcriptione Harlemi typographiam cum ſuis inſtrumentis excogitatam, deinde eam poſt inventoris obitum, per ejus famulum, Moguntiæ primum divulgatam eſſe affirmat. *Sebaſtianus Franck* in Chronico Imperatorum primum inventorem *Iohannem Ganſefleiſch*, Moguntiaci degentem, profitetur. Sed in hac urbe primordia artis iſtius non ſunt quærenda. Diverſa prorſus tradit *Aventinus* Annal. lib. VIII, nempe prima ejus rudimenta primum à *Ioanne Fauſto*, (qui certe in hoc invento *fauſtus* nomine & omine fuit) cive & aurifabro Moguntinenſi, Anno 1430. excogitata, & aliquamdiu ab ipſo occultata eſſe, dum ipſe & duo ejus ſocii, *Ioannes Guttenbergius*, Argentinenſis, & *Petrus*

Schafferdes, uti eum *Timotheus Polus* c) appellat, vel *Schoifferus de Gernsheim*, *Fauſto* in hac arte

c) im Luſtigem Schauplatze, Lübeck 1651. 12. pag. 82. ſq. *Die Buchdruckerkunſt ſol billig hochgehalten werden, weil die Gelehrten nach dem Tode durch dieſelbige leben, und jederman bekandt werden. Vorzeiten kundte niemand von armer Leute Kindern ſtudieren, weil die Bücher ſo theuer verkauft wurden, daß ſie auch kaum die Reichen bezahlen konten, weil ſie allein mit der Hand geſchrieben waren. Jetzunder aber hat jederman gute Gelegenheit etwas zu lernen, und kan Bücher genug durch die Druckerey bekommen, weil mit geringer Mühe und wenigen Unkoſten viel tauſend Exemplar in kurtzer Zeit gedruckt werden. Es iſt aber dieſe Kunſt im Jahr Chriſti* 1430. *wie* Aventinus *ſchreibet, erſtlich von* Iohan Fauſten, *einem Bürger und Goldſchmiede zu Mayntz, erfunden, und anfangs gar heimlich gehalten worden, indem er und ſeine beyde Geſellen*, Iohan Guttenberg *von Straſburg, und* Peter Schafferdes *von Gernsheim, zuſammen geſchworen haben, ſie wolten bey des* Fauſti *Leben ſolche Kunſt niemand entdecken. Als aber gedachter* Fauſtus 10 *Jahre hernach ſtarb, zog* Guttenberg *gen Straſburg in ſein Vaterland, und richtete daſelbſt eine beſondere und neue Druckerey auf. Solches geſchahe unter der Regierung des Römiſchen Kayſers*, Friederichs, 42 *Jahr vor* Lutheri *Geburt.* Peter Schafferdes *aber blieb zu Mayntz. Wurden alſo*

arte conſcii, ex animi ſui ſententia jurarunt, ſe, quoad *Fauſtus* in vivis eſſet, eam nemini manifeſtaturos eſſe, ſed ſibi ſolis reſervaturos. Quum vero *Fauſtus* ille, præterlapſis decem annis, ex hac vita diſceſſiſſet, *Iohannes Guttenbergius*, (quem *Polydorus Vergilius* lib. II. cap. 7. pag. 139. teſtimonio civium quorundam Argentoratenſium nixus, *equeſtri dignitate* virum appellat) in patriam ſuam, Argentinam ſcilicet, ſe contulit. Quamvis autem *Iohannes Mentelius* ibi partim literas ſingulas, partim voces integras in ligno inſculptas filorum ope in verſus ſeu lineas arcte conjungens, craſſe & infacete admodum libros excudere conatus eſſet, mox tamen, ſimulac *Guttenbergius* in publicum proceſſit, & multo

Cc 5 me-

alſo die erſten gedruckten Bücher zu Mayntz und Straßburg geſehen. Von dannen kam dieſe löbliche Kunſt auch gen Nürnberg, und von dannen gen Cölln am Rhein, und hernach in andere Reichsſtädte und hohe Schulen Teutſches Landes, von dannen wurde ſie auch in Welſchland gebracht, und wurde zu Rom die erſte Druckerey aufgerichtet, darinnen die Bücher Auguſtini *von der Stadt Gottes die erſten waren, die gedruckt wurden.* Nicolaus Genſonius, *ein Frantzoſe, brachte ſie darnach auch gen Venedig, da ſie ſehr iſt illuſtrirt, und endlich in gantz Europam mit groſſem Ruhm und Nutz der gantzen Chriſtenheit iſt ausgebreitet worden.*

meliorem, ignotum antea & à nullo tentatum modum libros excudendi adhibuit atque oſtendit, labor *Mentelii* in omnium contemptionem eſt adductus. Hic igitur cum *Guttenbergio* artis exercendæ ſocietatem fecit, eamque diligentius excoluit, id quod *Friederico* III. imperante anno quadrageſimo & ſecundo ante *Lutherum* natum contigit. Sed in his Chronologi omnes non conſentiunt. *Calviſius* enim in Chronologia ſua pag. 789, & *Io. Funccius* pag. 163, chalcographiam anno 1440, alii an. 1442, iterumque alii an. 1451. inventam eſſe exiſtimant. At enimvero inter has ſententias non multum intereſt, quum res ipſa ſit nobis exploratiſſima, inprimis, ſi emendatio & propagatio typographiæ ab ejus inventione rite diſtinguatur. Interim *Calviſii* & *Funccii* ſententia accuratiſſima eſſe videtur, quamobrem An. 1540. & 1640. artis hujus annus jobelæus, & quidem in S. Johannis die feſto, celebratus eſt, quoniam omnes fere, qui ejus rudimenta & fundamenta prima poſuerunt, *Iohannis* nomine, nempe *Iohannes Fauſtus*, *Iohannes Guttenbergius*, *Iohannes Ganſefleiſchius*, *Iohannes Mäntelius*, appellabantur. Quod ad alterum *Fauſti* ſocium, *Petrum* ſcilicet *Schafferdes*, vel *Schoifferum*, quem alii *Scheflerum* vocant, attinet, is Moguntiaci remanſit, ibique id ſedulo præſtitit, quod *Guttenbergio* Argentorati curæ erat. Attamen ſi nonnullis Hiſtoricis fidem adhibere velimus, *Guttenber-*

gius

gius iſte, quocum *omne bonum* ſimul in hoc mundo exortum eſt, quia is divulgatione hujus artis incomparabilem theſaurum poſteris reliquit, typographiam Argentorati in patria ſua magna ex parte atque præ ceteris omnibus excogitavit, poſtea autem Moguntiacum ſe conferens in hac urbe porro excoluit, & ad majorem perfectionem, reſpectu preli & atramenti typographici, quorum uſus adhuc hodie viget, adduxit, Hæc ſententia, quæ in ſcriptis permultorum virorum eruditiſſimorum reperitur, *diu optima & certiſſima à plerisque eſt habita, nobilem ſcilicet artem typographicam Moguntiaci à* Guttenbergio *eſſe inventam. Vltima autem hæc tempora*, inquit D. *Danhauerus*, d) celeberrimus Argentinenſis Theologus, *hanc gloriam noſtræ urbi, & nominatim* Ioanni Mentelio, *vendicarunt.* Argentinenſes enim in relationibus hiſtoricis, de typographiæ origine editis, ad tabularia & monumenta ſua publica provocarunt, quorum teſtimonia ex variis ſcriptis hoc loco proferre juvat. *Joannes Schmidius*, S. Th. D. & Prof. P. atque conventus Eccleſiaſtici Argentoratenſis Præſes, in prooemio trium concionum de typographia, anno Iobelæo 1640 habitarum, in hanc rem ſequentia monet: *Ad quam felicitatem & gloriam* &c. usque ad verba: *hac in urbe detexit*, (vid. ſupra Part.II. pag. 60.) & paucis

d) pag. 11. ſeines Scheid-und Abſag-Briefs, p.224.

cis interjectis; *quod Deus clementiſſimus* &c. usque ad verba: *alii contradicant.* (vid. ſupra Part. II. pag. 61.) Idem in primæ concionis exordio pag. 4. *Jam vero ſingulari Dei gratia factum eſt* &c. usque ad verba: *primus evulgavit.* (vid. ſupra Part. II. pag. 67-69.) *Jo. Henr. Bæclerus* in oratione, eodem anno Jobelæo habita, quum publice Magiſtros & Baccalaureos crearet, hæc diſſerit: *Quæ in re omni exceptione major eſt* &c. usque ad verba: *diſerte & bona fide denarrant.* (vid. ſupra Part. II. pag. 173.) Quibus teſtimoniis merito fides adhibetur, quia aliis in locis aliisque hiſtoricis hæc minus nota fuiſſe videntur. Itaque libri omnium primi excuſi Argentorati & Moguntiæ reperiebantur & legebantur. In *Iohannis Heidfeldii* Sphinge Theologico-philoſophica cap. 27. pag. 784. narratur, *M. Tullii Ciceronis* librum de officiis primo excuſum eſſe, ejusque exemplum adhuc Francofurti ad Mœnum in Bibliotheca publica aſſervari.

Ex his omnino apparet, gloriam hujus ingenioſi inventi Germanis eſſe propriam. Ex illo tempore & ex locis modo memoratis hæc utiliſſima ars ad alias urbes & regiones longe proceſſit, & non modo Norimbergæ, Coloniæ Agrippinæ, atque in variis S. R. I. urbibus liberis & Academiis Germaniæ, ſed etiam in Italia & remotioribus locis eſt exercita. Nam in Italiam ſtatim an. 1455 duo fratres è Germania, quorum nomina ignorantur,

tur, ut *Volaterranus* refert, vel alius quidam, cui fuit nomen *Conradi*, vel etiam teſte *Calviſio*, e) *Ulricus Hahnius*, Germanus, iſtam artem detulerunt, primumque typographeum Romæ in *Maximorum*, Patriciorum nobiliſſimorum, ædibus adornarunt, ubi teſte *Garzono* f) S. *Auguſtini* libros de C. D. & *Lactantii Firmiani* Inſtitutiones primum prelo ſubjecerunt. Deinde ille Neapoli an. 1471 per *Sixtum Ruſingerum* eſt divulgata, nec non Venetiis, ubi poſtea maxime floruit, tempore *Auguſtini Barbarigi*, Venetorum Ducis, per *Nicolaum Genſonum* Gallum exculta, denique in Europa univerſa in orbis Chriſtiani gloriam & utilitatem inſignem exercita.

Multi quidem ſunt, qui Germanis hunc honorem invident, dum nonnulli inventum illud Sinenſibus, arrogantia tumentibus, (quibus in proverbio eſt, *Chinenſes habere duos oculos, Europaos unum, & quod hominum eſt reliquum, cæcutire*) adſcribere conantur. Sic *Jo. Petrus Maffejus* in Hiſtoria Indica lib. VI. allegante *Lanſio* p. m. 638 ſcribit: *Ænea tormenta conflare, literas imaginesque ſubjectis prelo typis excudere (quibus commentis Europa recentibus adeo gloriatur) vetuſtiſſimo in uſu apud Sinas eſſe compertum eſt.* Addit etiam, Romæ in Vaticana, & in Laurentana *Philippi* Regis Bibliotheca hujusmodi librum ex-

e) in Chronologia pag. 789.
f) Piazza Univerſ. diſc. 128. pag. 648.

excuſum exſtitiſſe. *Jo Boterus* in deſcriptione Chinæ tradit, Chinenſes ante mille annos libros excudiſſe; & *Paulus Iovius* narrat, apud Sinenſes artem in longisſimis & gracilibus foliis libros excudendi jam pridem in uſu fuiſſe, & ab illis ſine dubio ad nos perveniſſe. Ejus verba ita habent: *Maxime mirandum videtur &c.* (vid. ſupra Part. I. pag. 188) *Jo. Confalvus Mendoza* teſtatur, *artem typographicam una cum ipſo regno China principium habuiſſe, & inventam à quodam, quem incolæ inſtar Numinis venerentur, adeoque quingentis plus minus annis Chinenſibus in uſu fuiſſe, antequam à Germanis uſurpari cœperit.* Quicunque autem rem ipſam accurate perpendit & perſpexit, is non ignorat, *Boterum & Iovium* ſibimet ipſis contradixiſſe, quia ille in Relat. Europ. Part. I. lib. I. de Germania tormentorum & typographiæ inventionem diſerte Germanis adſcribit; atque hic in elogiis doctorum virorum ſequentia monet: *Germani inuſitatæ & portentoſæ inventionis æreas formas excudendis libris & formidanda bello ærea tormenta nobis attulerunt.* *Mendoza* quoque verba ſecum non conſentire liquet; ſi enim ars typographica *ſimul cum regno China* exorta eſſet, & Chinenſibus *quingentis plus minus annis* prius, quam Germanis in uſu fuiſſet, illico ſequeretur, Sinenſium regnum & nationem non ultra quingentos aut ſexcentos annos extitiſſe, id quod verum eſſe nequit. *Hippophagi* enim iſti (nam ſecundum g) virorum omni fide dignorum teſtimonia ad-

adhuc carne equina, quemadmodum Germani bubula veſci ſolent) & h) Seres, à quibus ſericum conficitur, olim appellati, ab omnibus eruditis multo vetuſtiores habentur. Sed fac, typographiam apud Sinenſes prius, quam apud Germanos in uſu fuiſſe, de qua re permulta fide digniſſima teſtimonia extant, quandoquidem *Nic. Trigautius* S. I. qui triginta annos in iſto regno commoratus eſt, in deſcriptione regni Chinenſis cap. 4. pag. 42. refert: *Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto uſus, quam apud Europaeos. Nam à quinque retro ſeculis certum eſt, ab iis uſu receptam*; tamen probe notandum eſt, hoc *Mäntelino, Fauſto, Guttenbergio*, reliquisque artis typographicæ inventoribus prorſus ignotum fuiſſe, quum id à nullo comperire potuerint. Præterea Sinenſium typographiæ & noſtræ magna eſt differentia. Eam *Trigautius* his verbis exponit: *Typographia iſta à noſtra differt non parum, qua hieroglyphicis eorum characteribus ob multitudinem eſſet perdifficilis, quanquam hodie in brevi aliqua tabula lævi ac enodi è pyro fere malove vel zizypho characteres inſculpunt* Sinenſium autem modum libros excudendi ita deſcribit: *In tabula lævi ac enodi folium nitide exſcriptum ſed univerſum leviter conglutinant, (ſinica autem ſcriptio-*

g) vid. *Nic. Trigautius* de regno Chinæ cap. 1. pag. 7.

h) *Pancirollus* in N. R. tit. 24. *Virgilius* l. 2. Georg.

ptionis ſitus noſtræ è diametro eſt adverſarius, quia non à dextera ad ſiniſtram, uti Ebræi, neque à ſiniſtra ad dexteram, uti Græci, Latini & Germani, ſed ad dexteram à ſummo ad imum manum ducunt) deinde ſiccam papyrum ita eradunt, ut nonniſi in tenuiſſima facie transparentes characteres remanere videantur, tum ſtylis ferreis ita tabulam illam exſculpunt, ut ſola characterum vel picturæ lineamenta emineant. Deinde incredibili facilitate ac celeritate folia pro arbitratu imprimunt, eaque ſæpe typographus unus die uno quingenta ſupra mille expedit. In inſculpendis quoque tabulis ita expediti ſunt, ut nihilo plus mihi videantur temporis in ſculpenda, quam noſtri in componenda una emendandaque conſumere. Hæc excudendi ratio ad Sinicos characteres fere grandiuſculos accommodatior eſt, quam ad noſtros; neque enim è tenuiſſimis noſtris elementis exſculpi ligneæ tabulæ commode poſſe mihi videntur. Cæterum unum eſt in hac re mire commodum, cum enim tabulæ, ſemel inſculptæ, domi aſſerventur, quoties libuerit, licet aliquid detrahere vel addere, non unum ſolum verbulum, ſed periodos etiam integras, dum tabula nonnihil ſarciuntur; neque typographus cogitur vel auctor, cum primum excudit, ſimul ac ſemel ingentem librorum multitudinem typis edere, ſed quoties voluerit, aut opus fuerit, volumina pro arbitratu plura pauciorave excuduntur. Quod nobis ſæpe contigit, nam libros de rebus, ad noſtram religionem ſpectantibus, ſcientiisve Europæis ſinice à noſtris editos, domi excudimus, domeſticorum famulorum opera. Tanta igitur hujus typographiæ facilitas eſt, ut qui ſemel

ſemel viderit, mox ad idem audendum ſe accingat. Ex hac commoditate naſcitur tanta Sinenſium librorum multitudo ac utilitas, quantum non facile eſt ei, qui non viderit, explicare. Hactenus *Trigantius.*

Ex his omnes facile intelligunt, Germanorum inventum typographicum tantum ab iſto, quantum cœlum à terra, diſtare. Ibi enim literæ in tabula lignea inciduntur, hic typi ex plumbo vel bismutho, cum antimonio mixto, uti *Bramerus* i) vult, funduntur; ibi integra tabula, hic ſingulæ literæ ſeorſum tractantur; ibi plagula manu tantum, hic literis, atramento typico per melantheres perfuſis, prelo admodum artificioſo excuditur; ibi alterutri tantum paginæ ob nimiam chartæ tenuitatem, hic autem utrique, literæ imprimuntur; ibi exſculpta iſta tabula ad unum librum excudendum, hic ſingulæ literæ ad omnes libros ſine ullo diſcrimine uſurpari poſſunt. Itaque inventio typographiæ, in Germania hodie uſitatæ, quæ artificio & ſolertia artem impreſſoriam Sinenſium longe ſuperat, ad æternam illius gloriam plurimum confert. Id *Philippus Beroaldus*, Italus, Germanis non invidens, cecinit: *O Germania, muneris* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 173.)

Ut autem artis hujus prorſus ignari, qui ejusmodi ingenioſum opus oculis nunquam

i) im Angeſichts Schweiſs pag. 399.

uſurparunt, aliqua ejus notitia imbuantur, monere operæ pretium fuerit, totum artificium in typis fundendis, componendis & imprimendis conſiſtere. Hæc Vir ingenioſus, *Ge. Phil. Harsdörferus*, Part. I. Colloquiorum jucundorum (Geſpräch-Spiele) num. CXCVII. pag. 409. 410. ita deſcribit, quibus nos nonnulla typorum hodie uſitatorum genera addidimus: *Loco ligni, ex quo primum literæ exſculptæ ſunt, fuſor formarum ſtanno, plumbo, cupro, orichalco, chalybe, ferro & antimonio, quod metalla conjungit, hodie utitur, atque iſtam metallicam materiam in vaſe conflatam in modulos ſive matrices machinæ, manu verſatili, inditas infundit, quæ ſunt varii generis, & vulgo appellantur: Regal; Miſſal; Grobe Roman Antiqua; Grobe Canon Fractur; Kleine Canon Fractur; Kleine Canon Antiqua; Roman Antiqua; Pabſt Text oder Teuerdanck; Text Fractur oder Bibelſchrift; Text Antiqua; Text Curſiv; Parangon Gebrochene, Pabſt oder Grobe Gruſe; Parangon Schwabacher; Parangon Antiqua; Parangon Curſiv; Tertia Fractur; Tertia Schwabacher; Tertia Antiqua; Tertia Curſiv; Grobe Mittel Fractur; Grobe Mittel Schwabacher, oder Poſtillſchrift; Mittel Fractur; Mittel Schwabacher; Mittel Antiqua; Mittel Curſiv; Cicero Fractur; Cicero Schwabacher; Cicero Antiqua; Cicero Curſiv; Corpus oder Garmond Fractur; Corpus oder Garmond Schwabacher; Corpus oder Garmond antiqua; Corpus oder Garmond curſiv; Petit oder Iungfer Fractürlein; Petit oder Iungfer Schwabacher; Petit oder Iungfer Antiqua;*

Pe-

Petit oder Iungfer Curſiv; Non pareil Fractürlein; Non pareil Schwabacher; Non pareil Antiqua; Non pareil Curſiv. Minores vel minimos typos, quos vulgo Rubin *&* Diamant *vocant, ordine hic recenſere haud lubet, quandoquidem illi magis à Belgis, quam à Germanis uſurpantur.* Præter iſtos typos modo memoratos, ut inter omnes conſtat, non græci ſolum & ebræi diverſæ magnitudinis, ſed Syriaci etiam atque arabici characteres, quos laudatus auctor certas ob cauſas addere noluit, quorumque infra mentio fiet, non raro adhibentur.

Omnes iſtæ formæ ſuis nituntur conis, quorum ope pari & æquali ordine collocantur, & unum quodque typorum genus inſtructum eſt appendicibus ſuis, nempe commatibus, (Beyſtrichlein) ſemicolis; (Strichpünctlein) duobus punctis: (Doppelpuncten) Punctis. virgulis mediis = (Mittelſtrichlein) virgulis finalibus ' *(Hinterſtrich oder Häcklein) ſignis interrogationis ? (Fragzeichen) admirationis ! (Verwunderungszeichen) parentheſeos ( ) (Einſchluß) notis numeralibus, quadratis, ſtellulis, minoribus & majoribus ſpatiis &c. ita ut ad unumquodque formarum genus nonaginta & quinque matrices & literæ ſingulares requirantur, id quod de germanicis formis dictum eſſe volo, quia ad latinos typos formandos centum & quinquaginta modulis opus eſt, & pluribus quidem ad ſcripturam inclinatam,(vulgo:* currentem) *quam ad erectam; (vulgo:* antiquam) *& græcorum characterum genera tantum numero differunt, ut minoribus vix ducenti vel etiam ducenti & viginti moduli ob permulta*

ſcriptura compendia, ſed contra majoribus typis centum matrices ſufficere poſſint; ebrai autem cum græcis majoribus numero congruunt. Poſtquam ejusmodi typi in uſum officinæ typographicæ à formarum fuſore magno pretio coëmpti ſunt, ſingula illorum genera in capſa libraria, & in hujus forulis ſingulæ literæ collocantur. Quandocunque autem liber typis exſcribendus & exprimendus fuerit, typotheta exemplar excudendum in retinaculo *oculis præfigit, & ad ſtatam menſuram ope gnomonis typos tanta celeritate componit, ut primum integras voces, hinc verſum ſeu lineam, deinde columnam & formam ſeu dimidiam philyram coordinet. Hinc impreſſor formam excudere incipit, quam marginibus ferreis incluſam cochleis clauſoriis coarctat, ejusque primum ſpecimen, vulgo* probam *appellatam, facit, ita quidem, ut omnes literæ pilis tinctoriis, atramento typico probe imbutis, illinantur, charta humida preli operculo affigatur, atque in illa ſinguli typi dilucide exprimantur. Hæc prima* proba *accurate perluſtratur, errata in illa notantur & corriguntur, tunc emendatione plerumque iterata in charta humida primo* typus emendatus, *deinde* reiteratus *formatur.*

Hæc nobiliſſima & ſolertiſſima ars eſt inventum Germanorum, de quo omnes merito gloriantur & lætantur, inprimis quod ex illa multæ utilitates redundant.

Olim illorum, qui in paupertate erant, filiis operam litteris dare haud licebat, quoniam libri multo labore & ſumptu deſcribendi à librariis tanto pretio vendebantur, ut illi

vix

vix à ditiſſimis redimi poſſent, & tantum in Regum Principumque palatiis reperirentur. Hodie autem omnibus ampla occaſio litteras addiſcendi præbetur, & quilibet libros typis excuſos affatim ſibi comparare poteſt, quia brevi tempore multa millia exemplorum parvo labore & ſumtu excuduntur. Simulac enim forma rite compoſita & prelo incluſa eſt, uno die tria millia philyrarum dimidiarum typis exprimi poſſunt. Plures libros una hebdomade hæc nobilis ars in medium profert, uti *Goldbeckius* in libro ſuo de Principibus (Regentenbuch) ſcribit, quam multi librarii toto anno calamo exarare potuerunt. Ejus ope multis parcimus ſumtibus, atque his temporibus optimi auctores, quotquot nobis ſuperſunt, iterum in lucem prodierunt, & parvo pretio reſpectu priſcorum temporum magnus librorum numerus comparari poteſt. Reperire hodie licet in variis urbibus unum itemque alterum civem, vel literatum, qui pluribus libris præſtantibus inſtructus eſt, quam olim Reges vel Principes poſſederunt. Typographia hominum memoriam & laborem reddit immortalem, ut eam merito *artem memoriæ*, *mortem oblivionis & ingeniorum aſylum* appellare queamus. Hæc eſt mater, quæ omnes pro eo, ac merentur, in honore ſuo tuetur, eſtque voluntaria miniſtra omnium Theologorum, JCtorum, Medicorum & Philoſophorum.

Hæc eſt, quæ propagat id omne, quod non ſolum in unaquaque urbe, ſed etiam toto terrarum orbe honeſtum & laudabile eſt habendum. Per hanc artem k) Scriptura S, tanquam fons puriſſimus & ſalutaris Iſraelis ubique terrarum redundat & effunditur. Nam per typographiam Deus codicem ſacrum alis quaſi inſtruxit, ut in omnes regiones ſubito avolaverit. Ejus ope & opera vera religio propagatur, falſa refutatur & opprimitur, noſtra in precibus ad Deum fundendis devotio excitatur, virtutes meritis laudibus celebrantur, vitia autem vituperantur. Per illam multi edocentur, quomodo à Principibus regiones & urbes, quæ in illorum ditione & poteſtate ſunt, recte adminiſtrari & regi debeant. Quicquid in toto terrarum orbe vel olim contigit, vel hodie adhuc agitur, mox per typographiam ubique divulgatur. Omnes artes ſcientiasque, & quodcunque ad acquirendam virtutem aut dexteritatem neceſſe habetur, ex typographia unusquisque ſibi comparare poteſt, quin etiam ab illa multis, niſi eos error ipſe delectat, via ad cœlum & Chriſtum monſtratur. Ut uno verbo dicam, ars hæc maximam omnibus admirationem movet, eamque nemo ſatis verbis extollere pot-

k) vid. *Danhauerus* in Catechiſmus Milch Part. I. pag. 5.

poteſt, quamvis jam innumeri in laudibus ejus celebrandis omne ſtudium collocaverint.

Quoniam igitur typographia in maxima apud omnes gloria eſt, ſummis quoque laudibus ornandi ſunt Germani, qui illam invenerunt, atque hoc ſuo beneficio de toto terrarum orbe optime ſunt promeriti. Hanc egregiam utilitatem & præſtantiam diligentiſſime ſecum reputantes Viri multi ingenioſi in iſta arte operam conſumſerunt, & totius mundi commodis inſervierunt; inter quos præcipue eminet *Aldus Manutius*, qui Venetiis typographiæ ope latinam linguam cum aliis artibus ingenuis, quæ tunc in tetris tenebris jacebant, iterum excitavit & conſervavit, id quod *Thuanus*, præſtantiſſimus Hiſtoricus lib. LIX. pag. 40. teſtatur. In ejus laudem quidam e præſtantiſſimis Poëtis cecinit:

Quod ſi credere fas &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 371. not.)

Quantam, quæſo, utilitatem *Jo. Frobenius & Jo. Oporinus* Baſileæ, *Chriſtoph. Plantinus* Antwerpiæ, *Robertus & Henricus Stephani* Pariſiis & Genevæ, aliique multi, qui his quoque temporibus, orbi erudito in multis urbibus celebribus inſerviendum cenſent, nobis attulerunt? Quando vero tanta ſunt hujus artis commoda, & ad illam exercendam multus labor magnæque impenſæ, nempe multa inſtrumen-

ta & magnus apparatus, varia in variis linguis typorum genera, ſaltem typi hebræi, græci, latini & germanici, atque in quibusdam ſcientiis tabulæ, characteres, figuræ & ſigna multa, nec non prelum, atramentum variique generis charta requiruntur; multi præſtantiſſimi & ſumma quandoque dignitate excellentes viri ſe iſtius fautores & promotores ſæpiſſime præbuerunt. Inter hos in Italia eminuerunt l) Romæ Pontifices Maximi, præcipue *Leo* X. aliique viri illuſtres, Venetiis *Aldus* & *Andreas Anſulanus*, in Gallia Rex *Franciſcus*, Legione Imperator *Carolus* V. Heidelbergæ Comes Palatinus *Ludovicus*, Wittebergæ Dux Saxoniæ *Fridericus*, Ingolſtadii Dux Bavariæ *Wilhelmus* ejusque frater *Erneſtus*, & Moguntiæ Archiepiſcopus *Albertus*, quibus *Fuggeri* cives Auguſtani nobiliſſimi ſunt addendi. Huc pertinet illud, quod *Tho. Garzonus* in Platea Univ. diſc. 128. pag. 648. obſervat: Ubicunque terrarum artem impreſſoriam typographus exercere voluit, ibi gratiam, favorem & auxilium à magiſtratibus, regum conſiliariis, ipſisque Principibus eſt adeptus. Equidem neſcio an in urbe hac nobil. officina typographica antea extiterit, licet nonnulli teſtentur, ſe libros Chemnitii olim excuſos oculis ſuis uſurpaſſe; eam autem huic arti ejusque cultoribus favere & ad illam

l) vid. *Zwingeri* Theatrum Vol. X. lib. 1. p. 2359.

illam promovendam inclinare, ipſemet certe expertus didici.

Quoniam igitur urbis modo laudatæ gubernatores partim iſtorum artis typographicæ patronorum gloriam, partim illud etiam, quod nonnulli celeberrimi Politici docuerunt, ſcilicet ad præcipua urbium ornamenta earumque laudem promovendam præcipue artis hujus exercitationem pertinere, diligenter perpenderunt; nihil eorum, quæ ad hujus urbis gloriam augendam & poſt boni publici commoda ad ſuum honorem ſpectare viderentur, negligentes, mihi hujus artis cultori & favoris indigenti, ſimulac ab illis petii, ut facultatem typographiam heic loci exercendi darent, non ſolum ſingularem favorem & benevolentiam, ſed etiam omnia ſubſidia & adjumenta præſtiterunt. Itaque poſt grates, quas habeo agoque Deo, parentibus cariſſimis & artis magiſtris, qui mihi in illa addiſcenda adjumento fuerunt, officium meum eſſe duxi, ut gratum in Vos optime de me meritos animum præſtiturus, has primas philyras, quæ prelo meo excuſæ ſunt, ſub veſtro nomine & patrocinio divulgarem.

Proinde à vobis, Viri nobiliſſimi, ampliſſimi, doctiſſimi & prudentiſſimi, Patronis meis & Fautoribus, demiſſe peto, ut has tenues plagulas de arte typographica, quæ ori-

ginem ſuam ſoli Germaniæ,& emolumentum ſuum eidem maximam partem debet, tanquam primitias veſtri patrocinii, gratiqué animi mei, quibus laborem meum, Deo adjuvante, inchoare volui, benigne accipiatis. Suppliciter & demiſſe rogo, ne hoc leve munuſculum rejiciatis, ſed illud potius vobis invitamento eſſe ſinatis, ut Patroni & Fautores mei gratioſi porro ſitis, & labori meo hilare ſubveniatis. Hoc beneficio ut non indignus ſim, opera mea nihil aliud, niſi Dei gloriam, hominumque utilitatem & honorem amplificare conabor. Interim ex animo opto, ut Deus veſtra benevolentia me perpetuo frui, Vos autem, totamque urbem & omnes cives in exoptata proſperitate & florentiſſimo ſtatu permanere clementer patiatur.

Ich kan zwar eben nicht, mein Chemnitz, prophezeyen,
Doch dünckt mich, ſeh ich jetzt dein ferneres Gedeyen
Von neuen blühen auf; dein Glück von Himmel blickt,
Weil dir Gott noch zuletzt ein Druckerwerck zuſchickt.
Ein Werck zu Gottes Ehr, ein Werck der gröſten Wunder,
Zu preiſen Gottes Werck, der Künſte Geiſt und Zunder.

Umb

Umb Joſeph ſegnet GOtt dort des Egypters Hauß, a)
Was gilts, es gehet auch hiervon ein Segen aus.
Ich bitte GOtt darumb, daß du mit Ruhm in Meiſſen
Vor andren Städten mögſt Kiriath Sepher heiſſen! b)
Für euch, Herr Gütner, auch bin ich zu flehn bereit,
Daß Ihr in Chemnitz ſtets in GOtt geſegnet ſeyd.

AHAS-

a) Gen. XXXIX. 5.
b) Joſ. XV. *Kiriath Sepher* iſt auf unſere deutſche Sprache eine Schreiber - oder Bücher - Stadt. Dieſen Nahmen führen, ſagt Doctor Schmid, die Städte, ſo die edelſte fürtrefliche Kunſt der Buchdruckerey bey ſich in der Uebung haben.

AHASVERI FRITSCHI
Diſſertatio
de
Abuſibus Typographiæ
tollendis,
Arnſtad. 1662.
& cum Diſſ.
DE ZYGENORUM ORIGINE, VITA ET MORIBUS,
Jen. 1664. 4.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Inter alia exulceratiſſimi ruinamque minantis hujus ſæculi mala, abuſum nobiliſſimæ artis typographicæ non ultimum eſſe, nemo fortean inficiabitur, niſi qui, ut eſt in proverbio, caput in calce, & peponem loco cordis habet. Satis teſtatum facit experientia rerum Magiſtra, quæ Reipubl. pericula, quæ Eccleſiæ mala, quæ rei literariæ damna inde hactenus enata fuerint. Cum vero fruſtra ſit morbum deplorare, de remedio autem & cura plane ſollicitum non eſſe, optime faciunt illi, quorum aliqua eſt apud Principes auctoritas, qui in qualitatem hujus morbi ejusque curandi modum ſedulo inquirentes, ſalutaria remedia adhibere nituntur.

tuntur. Nos brevi hac diſſertatione utrumque digito tantum monſtrare voluimus, ſperantes, alium forte limatioris judicii curatius hanc rem examinaturum eſſe. Interim L. B. quale quale hoc, quod judicio ac cenſuræ tuæ totum ſubjicimus, ut cetera omnia, æqui bonique conſule. Vale.

Sectio I.

De abuſibus typographiæ in genere.

Artem typographicam maximum eſſe beneficium, generique humano divinitus communicatum, in confeſſo eſt apud omnes; cujus etiam infinita encomia apud varii generis ſcriptores, quos adducere ſupervacaneum, ubivis obvia ſunt. Utinam vero tanto Dei munere homines non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam nominis divini gloriam, non ad disjungendas, ſed copulandas Eccleſias grati uterentur, nec hodie idem de hac re adfirmare cogeremur, quod olim Imp. *Juſtinianus* de alearum uſu in l. *fin.* C. *de aleat.* pronunciavit, *rem illam pro tempore in lachrymas abiiſſe.* Uti enim optimæ rei datur abuſus, ita etiam typographiæ hoc ſeneſcentis mundi vel potius ætate effœti & fatiſcentis ſæculo maximus. Unde nonnulli non ſine ratione dubitarunt, ſatiusne fuerit, artem illam, uti nunc eſt, habere, an propter graviſſimos abu-

abuſus nunquam repertam fuiſſe. *Hoſpinian.* de origin templ. Sicut enim encomia magna per genuinum ſuum uſum illa optime meretur, ita è contrario, ejus ſi conſideretur abuſus turpis & pernicioſus, non immerito vituperanda venit cum *Iuſto Lipſio*, (quem laudat *Sinoldus* de S. R. R. Vol. II. D. 9. theſ. 7. lit. B.) ubi ait: *Typographia bona ſane ſtudiorum nutrix eſt, ſed audax ſæpe, lucri cupida, & quæ non minus vere corruptrix librorum audiet, quam propagatrix.* Eandem querelam, ſuperiore ſeculo à D. *Luthero*, *Melanchthone* & aliis cœptam, in hunc usque diem continuarunt quamplurimi. Videantur poſt alios *Didac. Saavedra*, Hiſpanus, in idea boni principis Symb. 21. *Schönborn* lib. 3. polit. cap. 49. D. *Limn.* de I. P. lib. 8. cap. 10. n. 7. *D. Carpzov.* Iurispr. Conſiſt. lib. 2. defin. 413. n. 7. add. Conſtit. Imperat. *Rudolphi* II. apud *Goldaſt.* tom. II. der Reichs-Satzungen pag. 350. quam infra videbimus.

Egregiam autem hanc artem tam deformem multisque modis Reipubl. Chriſtianæ pernicioſam reddidit πλεονεξία, & cum ætate mundi creſcens hominum malitia. Quid enim typographiæ aliud hodie ſunt, quam laudati *Saavedræ* judicio, nundinationes & mercaturæ? Et quid mirum? Cum ipſa literarum ſtudia, quæ tamen pretio nummario non ſunt dehoneſtanda l. 1. §. *proinde* 5. ff. *de extraord. cognit.* hodie fere facta ſint mercenaria, uti pluribus in tract. de *Stipend. Schol.* à no-

nobis oſtenſum eſt, quæ heic repetere ſuperſedemus. Deteſtanda igitur avaritia & ſacra φιλαργυρία eſt, quæ tanquam peſtifera gangræna mores hujus ſæculi corrupit, & res etiam utiliſſimas à genuino uſu ad perverſum & perniciosum deduxit. Accedit negligentiſſima multorum Principum & Magiſtratuum hac in re cura, qui huic ingraveſcenti malo ſufficientia remedia adhibere hactenus neglexerunt, quod nunc ἐν ἀκμῇ nonniſi difficillime corrigi & ſanari poteſt.

Promulgatæ quidem in Republ. Romano-Germanica fuere hoc & ſuperiori ſæculo ſaluberrimæ conſtitutiones contra quosdam artis typographicæ abuſus, uti apparet ex Receſſ. Imp. de anno 1530. §. *und nachdem durch ordentliche Buchdruckerey*. R.I. de anno 1541. §. *ferner haben wir* Rec. Imp. de anno 1570. §. *dieweil dann*. Reform. Polit. de anno 1577. tit. 26. Sed uti experientia docuit, illarum executio & obſervantia hactenus defuit. De Principis autem & magiſtratus exiſtimatione agitur, quando remedia, quæ ipſe præſcripſit, aut effectum non habent, aut plane non adhibentur. Ne igitur illa ſit majori periculo expoſita, renovanda ſunt remedia, & cum tempore curandum, quod cum tempore debilitari cœpit.

Se-

Sectio II.

De præcipuis typographiæ abuſibus in ſpecie.

Ut vero de abuſibus nobiliſſimæ hujus artis typographicæ plenius conſtet, age graviores & famoſiores, aliis hac vice præteritis, hoc loco paucis tantum perluſtrabimus.

Inter abuſus illos non immerito familiam ducere videtur I. vulgaris illa & liberrima cujuscunque generis librorum impreſſio & editio, quæ hisce temporum ultimis fecibus & excrementis ultra omnium retro ſæculorum mores in infinitum excrevit, uti in ore & oculis omnium, plus quam ſatis eſt, verſatur, ac tanquam res lippis & tonſoribus nota querulis ſermonibus quotidie exagitari ſolet. Audiamus pro omnibus loquentem *Fridericum Prenniger*, Reip. quondam Rotenburgo-Tuberanæ Advocatum, in præfat. Conſil. *Mart. Uranii* tom. 3. *Conſideret quis*, ait ille, *quam inſanabile cacoëthes ſcribendi hodie multos teneat occupatos; mox inveniet hoc noſtro ſæculo, ſi unquam alias, longe magis, quam ſacer ille Antiſtes, atque morum humanorum laudatiſſimus inſtaurator, de ſui temporis vanitatibus edixit, dici ac pronunciari poſſe:* librorum ſcribendorum ſcilicet finem hodie eſſe nullum. *Cauſa autem increpandi iſtius vitii in eo potiſſimum, quem Poëta multis quoque retro temporibus reliquit, comprehenſa continetur verſu, quod ſcilicet*

Scri-

Scribimus indocti non docta poëmata paſſim.

Non enim doctis tantummodo ſcribendi facultas librosque evulgandi ſine ullo diſcrimine libera conceſſaque hodie eſt, ſed & cuivis etiam gregario blateroni, diſcipulis in ſcholis, quin & ipſis fœminis, præſertim Eccleſiaſtarum conjugibus, ſtulta maritorum ope ſtulte instructis, hoc idem impune permitti, publice patet. Et ut ſummatim dicam, quod olim de medicis dici conſvetum fuit, hoc hodie de omni profeſſione literaria generatim adfirmari vere poſſe, nullam ſcilicet nunc fere inveniri domum, quæ non alat nutriatque quendam ſcriptorculum, nemo refragabitur. Quodſi vero cujusque rei etiam bonæ exceſſus vituperatur, ac in omni vita, Plinio *aſſertore, id quod nimium eſt, perniciosiſſimum judicatur, juxta tritum illud:* Omne nimium vertitur in vitium; *hujus certe diſciplinæ librariæ abuſus nimius & exceſſivus in deſpectum vilem & abjectum tandem literatorum redundans, non poteſt non vitio dari, aut reprehenſione dignum cenſeri. Nam ut omiſſis vulgaribus vanorum imperitorumque chartaceis næniis ac nugis, nec typis, nec prælo, immo nec digiti quidem crepitu dignis, de iis duntaxat, qui eruditionis laude aliqua ſunt conſpicui, eorumque libros exarandi temeritate ſermo fiat, quantus quæſo horum ſimiliter hodie eſt, & quam infinitus numerus, quantus grex, quanta copia, cohors atque multitudo? Id vero aliud nihil operatur efficitque, quam nimia illa & ſuperabundans ac quotidie invaleſcens effrenis animi elatio atque nociva ſuperbia, qua ingenii acrimoniam quilibet, vel leviter edoctus, edendo aliquo pu-*

publico ſcripto, publice oſtentare atque mera philautia ductu aliis omnibus præferri ſatagit.

Hoc (etenim) homines vitio plerumque laborant;

Ut placeat nimium quilibet ipſe ſibi.

Sed & infelix & omnium malorum radix avaritia & lucri cupiditas inſatiabilis non paucos adſcribendi ſtudium atque provinciam magno numero adigit, urget atque impellit. Hodie quis cudit librum, cras recudit, auget, emendat, tractat, retractat, & pro commodi ratione ampliando, addendo, demendo, detrahendo declarandoque aliter atque aliter efformat? idque ſub integumento atque prætextu τῶν δευτέρων φροντίδων σοφοτέρων ὄντων vano, inani ac prorſus nullo. Hinc demum intolerabilis illa ac nimia vaſtitas voluminum, proles, cumulus & acervus librorum, ſcriptorum multiplicium immenſa compages, in iisque comprehenſa mira diſcrepantia, & ſingularitas opinionum, diverſitas judicii, perplexitas ac confuſio ſcientiarum artiumque, nec non novæ ſubinde exorientes & à veterum traditis exorbitantes adinventiones ſpecioſæ atque ſubtiles. Quot enim capita, tot ſenſus, & velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno, ut eſt apud Satyricum; *ſuo quilibet abundare ſenſu etiam a JCto dicitur. Hinc etiam tot & tam crebræ concertationes, famoſi libelli, bullatis turgeſcentes paginæ nugis, aliaque innumeræ perverſæ ventoſitates, id quod per ſe clarius apertiusque eſt, quam quod multis rerum argumentis debeat ad vivum reſecari.* Hactenus ille. Hanc autem querelam atque cenſuram juſtiſſimam eſſe quilibet cordati viri ultro fatebuntur.

De

De Gallis ſuis cum gravi indignatione idem tradit *Balſac* en ſon Prince §. 136. his verbis: *Il y a un grand peuple inutile, qui ne ſe ſert de ſes mains, qu'a faire des eſcritures & des livres. Magna eſt inutilium hominum multitudo, quæ manibus ſuis nonniſi ad componendos libros utitur.* Eodem vitio concives ſuos Hiſpanos laborare ſcribit *Didac. Saavedra* Symbolo Polit. 21.

Ita ſane eſt, Φιλαργυρία & Φιλοτιμία hoc ævo fœcundiſſimæ immaturos, monſtroſos & nocivos ejusmodi partus edidere quamplurimos. Quot enim ſunt, qui illud *Clementis Alexandrini* notabile dictum, quod laudat D. *Selneccer* in præfatione ſuper explicat. Pſalterii, obſervant? quod germanice redditum ita ſonat: *Wer da will durch Bücher ſchreiben reden, der iſt bey Gott an Eydes ſtatt verpflichtet, daß er nicht um Geitz oder Gewinſtes willen, noch um Ruhms und eignen Namens wegen, noch aus eigner Bewegung, affect, Zorn und Rachgierigkeit etwas ſchreibe, auch nicht ſich ſelbſt allein erluſtige, und ihme allein gefalle; Sondern ſehe allein auf die Beſſerung, Glauben, Troſt und Seeligkeit derer, die es leſen ſollen.* Quin hoc potius fieri ſolet, quod pius quidam Theologus tract. de notitia ſui cap. 28. ſcribit: *Des ſingens ſagens und ſchreibens von unſern Thaten iſt kein ende; was wir wiſſen, muß bald in Druck, obs ſchon nirgend zu dienet, dan uns einen Nahmen zu machen, wie man leichtlich aus dem Bilde und Ueberſchrift, aus unſern gegenwertigen Titeln und Kupfferſtücken kan abnehmen: So gar*

nicht können wir uns an Verrichtung des Guten begnügen laſſen, und nehmen unſern Lohn dahin mit den Phariſeern, daß wir hernach bey Gott nichts übrig haben, als Spott und Unehre, weil wir uns ſelbſt mit menſchlicher Ehre bezahlet und belohnet haben.

Nec tantum chaos librorum & multitudo autorum hoc noſtro tempore inundare cœpit, ſed etiam quæcunque virulenta ſcripta ingentium tumultuum, damnorum, diſceptationum & hæreſium in Eccleſia Dei adminiſtra, maximo cum Eccleſiæ ac Reip. malo excuduntur, publicantur & circumferuntur.

Horreat quis peſtilentiſſima & blaſphemiis erga ſanctam religionem Chriſtianam refertiſſima ſcripta, quæ ætas noſtra non ſine rubore vidit, prorſus impunita licentia inter Chriſtianos circumferri, legi, & quod maxime horrendum, laudari. Scandala, quæ per viliſſimum abuſum verbi Dei, Pſalmorum præcipue & ſanctiſſimi Evangelii, innocentibus hactenus data fuere, ſanguineis lacrymis non ſatis deplorari poſſunt. Ita ludit impietas hujus ſeculi cum religione, re quaſi ludicra, velut pueri ſolent cum aſtragulis. Quoties per libellos famoſos non tantum privati homines, ſed ſumma etiam capita virulenter arroduntur, quatiuntur & perſtringuntur? Et quis tandem infinita illa mala, quæ per inauditum artis typographicæ abuſum, ſeculi hujus vanitas & malitia Religioni, Reip. ac rei literariæ hactenus attu-

tulit, fando explicet? Pro compendiis diſpendia, pro hiſtoriis fabulas, pro nucleis putamina juventuti obtrudere, iisque adoleſcentum ingenia confundere multi, inanis gloriolæ auram captantes, nihil penſi habent.

Alter abuſus eſt officinarum typographicarum multitudo mercenaria, quæ non poteſt non multis modis in detrimentum Reip. literariæ vergere, uti experientia hactenus ſatis nos edocuit.

III. Quod contra expreſſiſſimam Ordinationum Imperii prohibitionem, quibus ſaluberrime proviſum eſt: *Daß im Heiligem Römiſchen Reich die Buchdruckerey an keinem Orte, dan in den Städten, da Churfürſten und Fürſten ihre gewöhnliche Hofhaltung haben, oder da* Vniverſitates Studiorum *gehalten, oder in anſehnlichen Reichsſtädten verſtattet, aber ſonſt alle Winckel Druckereyen abgeſchaffet werden ſollen.* Rec. Imp. de an. 1570. §. *Und dieweil dan ſolche.* Ordin. Polit. de an. 1577. §. *Und damit allen deſto ſteiffer.* ejusmodi officinæ in oppidulis aliisque locis obſcuris erectæ ſunt, unde utiliſſima arte peſſime abutendi multis anſa & occaſio data fuit.

IV. Privilegiorum, quæ typographis nova ac ſumptuoſa ſcripta imprimentibus à ſuperiore concedi ſolent, varius abuſus. Quamvis enim ejusmodi conceſſio quibusdam monopolium ſapere, adeoque res illicita videatur, iniquum tamen non eſt, ſi quis ſuper impreſſione libri, in quem multos ero-

gavit ſumptus, lucrum & commodum aliquod laboris ſui præ aliis ſentiat, ne, quod alias fieri poſſet, aliorum facto in paupertatem inopinatam conjiciatur. vid. *Carpzov.* Jur. Conſiſt. lib 2. defin. 414. Quodſi tamen abuſus privilegii conceſſi in perniciem Reip. vergat, dubium non eſt, illud, quocunque etiam modo impetratum ſit, juſtiſſime revocari & tolli poſſe. Eſt autem præcipuus privilegii abuſus hic, quod typographi & bibliopolæ librorum pretia pro lubitu augere ſoleant, quæ hodie non ſine Reip. literariæ decremento in tantum excrevere, ut Magiſtratus huic rei obicem ponendi juſtiſſimam cauſam haberent.

V. Quod Typographi ſub ſpecioſo promovendi boni publici prætextu privatis duntaxat commodis ſuis velificantes, clandeſtine aliorum libros, penitus neglectis illorum privilegiis, magnorum autorum præjudicio, imprimere non vereantur. Graviſſime de hoc malo jam ſuo ſeculo conqueſtus eſt B. *Lutherus in der Warnung über den Wittenbergiſchen Bibel Druck*, his verbis: *Der verfluchte Geitz hat unter allen andern Uebeln, ſo er treibt, ſich auch an unſere Arbeit gemacht. darinnen ſeine Bosheit und Schaden zu üben. Welcher unſern Buchdruckeren dieſe Schalckheit und Büberey thut, daß andere flugs balde hernach drucken, und alſo der unſern Arbeit und Unkoſt berauben zu ihrem Gewinn, welches eine rechte groſſe öffentliche Rauberey iſt, die Gott auch wol ſtraffen*

ſen wird, und keinem ehrlichen Chriſten-Menſchen wohl anſtehet.

Quinimo quidam eo temeritatis pervenere, ut non ſine gravi læſione Cæſareæ Majeſtatis libris ſuis verba privilegium ſonantia imprimere auſi fuerint, de quo etiam conqueritur Imp. *Rudolphus* II. in conſtitutione, quam infra adducemus.

VI. Multis in locis typographia ſine ulla Inſpectione & cenſura Magiſtratus exercetur, unde quam plurima prohibitæ notæ ſcripta, velut ex equo Trojano clanculum prodiere, quibus Eccleſiæ tranquillitas, Reip. ſalus, hominumque fama & exiſtimatio irreparabili damno adfecta fuit.

VII. Magna librorum copia contra ſuperius laudatam imperii conſtitutionem de an. 1570. §. *Dieweil dan ſolche.* ſine deſignatione Autoris, typographi, loci & temporis impreſſionis in lucem protruditur, quod fere non fit alio fine, quam ut fabulæ, nugæ, injuriæ aut pasquilli impune ſpargantur. Impie ſane! *Omnis enim,* Servator ait, *qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.*

VII. Magna in excudendis libris typothetarum negligentia; quando vel autoribus aliquid additur aut demitur, aut ſenſus Scripturæ corrumpitur, de quo veritatis ſtudioſi conquerendi aut altercandi inter ſe cauſam & occaſionem arripere ſolent. *Limn.* d. l. n. 10.

Negligentiæ autem huic & abuſui inter alia cauſam præbet quorundam avaritia aut indigentia, qua idoneos Correctores certo ſalario conductos adhibere prohibentur, de quo conqueritur D. *Mengering* in Scrutin. Conſc. cap. 21. his verbis; *Die Buchdrucker wollen oftmals nicht was ſpendiren und uffwenden, daß ſie einen verſtändigen gelehrten* Correctorem *in der Druckerey hätten und hielten, der die materien cum judicio revidiren und corrigiren thäte. Sondern haben Hümpler und Stümpler, halbwächſige Studenten und Pedanten, die nehmen* quid pro quo, *und ſchauen aus Unverſtand überhin, daß oft die Correctur hernach eben lang iſt, wenn ein* Opus *publiciret worden.*

Sectio III.

De remediis tollendi abuſus artis typographicæ.

Hactenus vitioſum typographiæ uſum pro inſtituti ratione breviter conſideravimus. Cum vero omnium confeſſione malum hoc efficaciſſima remedia poſcat, de iis nunc paucis agendum erit.

Primum remedium eſt, ut quilibet Magiſtratus in ſua Rep. Viſitatores certos conſtituat, quorum officium ſit, in vitia & abuſus Typographiæ ſedulo inquirere, eosque juxta præſcriptum modum prudenter corrigere. Ejusmodi viſitationis remedium Imperator Glorioſiſſimus *Rudolphus* II. anno 1608. ad-

adprobavit, uti patet ex ſequentibus literis Commiſſionis, quas refert *Goldaſtus* Tom. II. *der Reichsſatzungen* pag. 350. & ita ſonant:

Wir Rudolph *der Andere, von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Ungern, Böheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien &c. König, Ertzhertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, Steyer, Kärndten, Crain und Würtemberg, Graff zu Tyrol &c. entbieten den Ehrſamen, unſern lieben Andächtigen* Valentino Lenchtio *und* George Erſtenberger von Freyenthurm, *reſpective der Heil. Schrift Doctorn und der Rechten Licentiaten, und dem Ehrſamen Gelehrten, unſern und des Reichs lieben Getreuen,* Carlen Seyblin, *der Rechten Licentiaten, unſern Rath und des Kaiſerlichen Cammer- Gerichts Fiſcal Procuratorn unſere Gnaden.* I. *Ehrſamb, liebe, Andächtige, auch Gelehrter lieber Getreuer, mit was gemeinen Weſens Nachtheil die vor dieſem von Uns erforderte und in guten Gang brachte Bücher -* viſitationes *eine zeithero erſitzen blieben, das iſt euch ſammentlich bekand, und geben es die täglich an Tag kommende hochſträfliche Sitten mit mehreren zu erkennen. Aldieweil wir aber ſolchem unleidentlichen Misbrauch und überhand nehmenden Unordnung länger nicht zuſehen mögen, hierumb und zu wieder Aufrichtung dero für dieſem bräuchlichen* Viſitationen, *ſo haben Wir euch ſammt und ſonders zu unſern Kaiſerlichen* Commiſſariis *gnädigſt fürgenommen, und befehlen euch hierauf gnädigſt, daß ihr anfangs allen müglichen Fleiß anwendet, wie die bishero erſitzende*

AHASVERI FRITSCHI Diſſertatio de Abuſibus Typographiæ tollendis,

Arnſtad. 1662.

& cum Diſſ.

DE ZYGENORVM ORIGINE, VITA ET MORIBVS, Jen. 1664. 4.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Inter alia exulceratiſſimi ruinamque minantis hujus ſæculi mala, abuſum nobiliſſimæ artis typographicæ non ultimum eſſe, nemo fortean inficiabitur, niſi qui, ut eſt in proverbio, caput in calce, & peponem loco cordis habet. Satis teſtatum facit experientia rerum Magiſtra, quæ Reipubl. pericula, quæ Eccleſiæ mala, quæ rei literariæ damna inde hactenus enata fuerint. Cum vero fruſtra ſit morbum deplorare, de remedio autem & cura plane ſollicitum non eſſe, optime faciunt illi, quorum aliqua eſt apud Principes auctoritas, qui in qualitatem hujus morbi ejusque curandi modum ſedulo inquirentes, ſalutaria remedia adhibere nituntur.

tuntur. Nos brevi hac diſſertatione utrumque digito tantum monſtrare voluimus, ſperantes, alium forte limatioris judicii curatius hanc rem examinaturum eſſe. Interim L. B. qualequale hoc, quod judicio ac cenſuræ tuæ totum ſubjicimus, ut cetera omnia, æqui bonique conſule. Vale.

Sectio I.

De abuſibus typographiæ in genere.

Artem typographicam maximum eſſe beneficium, generique humano divinitus communicatum, in confeſſo eſt apud omnes; cujus etiam infinita encomia apud varii generis ſcriptores, quos adducere ſupervacaneum, ubivis obvia ſunt. Utinam vero tanto Dei munere homines non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam nominis divini gloriam, non ad disjungendas, ſed copulandas Eccleſias grati uterentur, nec hodie idem de hac re adfirmare cogeremur, quod olim Imp. *Juſtinianus* de alearum uſu in l. *fin.* C. *de aleat.* pronunciavit, *rem illam pro tempore in lachrymas abiiſſe.* Uti enim optimæ rei datur abuſus, ita etiam typographiæ hoc ſeneſcentis mundi vel potius ætate effœti & fatiſcentis ſæculo maximus. Unde nonnulli non ſine ratione dubitarunt, ſatiusne fuerit, artem illam, uti nunc eſt, habere, an propter graviſſimos abu-

abuſus nunquam repertam fuiſſe. *Hoſpinian.* de origin templ. Sicut enim encomia magna per genuinum ſuum uſum illa optime merentur, ita è contrario, ejus ſi conſideretur abuſus turpis & pernicioſus, non immerito vituperanda venit cum *Iuſto Lipſio*, (quem laudat *Sinoldus* de S. R. R. Vol. II. D. 9. theſ. 7. lit. B.) ubi ait: *Typographia bona ſane ſtudiorum nutrix eſt, ſed audax ſæpe, lucri cupida, & quæ non minus vere corruptrix librorum audiet, quam propagatrix.* Eandem querelam, ſuperiore ſeculo à D. *Luthero*, *Melanchthone* & aliis cœptam, in hunc usque diem continuarunt quamplurimi. Videantur poſt alios *Didac. Saavedra*, Hiſpanus, in idea boni principis Symb. 21. *Schönborn* lib. 3. polit. cap. 49. D. *Limn.* de I. P. lib. 8. cap. 10. n. 7. *D. Carpzov.* Iurispr. Conſiſt. lib. 2. defin. 413. n. 7. add. Conſtit. Imperat. *Rudolphi* II. apud *Goldaſt.* tom. II. der Reichs-Satzungen pag. 350. quam infra videbimus.

Egregiam autem hanc artem tam deformem multisque modis Reipubl. Chriſtianæ pernicioſam reddidit πλεονεξία, & cum ætate mundi creſcens hominum malitia. Quid enim typographiæ aliud hodie ſunt, quam laudati *Saavedræ* judicio, nundinationes & mercaturæ? Et quid mirum? Cum ipſa literarum ſtudia, quæ tamen pretio nummario non ſunt dehoneſtanda l. 1. §. *proinde* 5. ff. *de extraord. cognit.* hodie fere facta ſint mercenaria, uti pluribus in tract. de *Stipend. Schol.* à no-

nobis oſtenſum eſt, quæ heic repetere ſuperſedemus. Deteſtanda igitur avaritia & ſacra φιλαργυρία eſt, quæ tanquam peſtifera gangræna mores hujus ſæculi corrupit, & res etiam utiliſſimas à genuino uſu ad perverſum & perniciosum deduxit. Accedit negligentiſſima multorum Principum & Magiſtratuum hac in re cura, qui huic ingraveſcenti malo ſufficientia remedia adhibere hactenus neglexerunt, quod nunc ἐν ἀκμῇ nonniſi difficillime corrigi & ſanari poteſt.

Promulgatæ quidem in Republ. Romano-Germanica fuere hoc & ſuperiori ſæculo ſaluberrimæ conſtitutiones contra quosdam artis typographicæ abuſus, uti apparet ex Receſſ. Imp. de anno 1530. §. *und nachdem durch ordentliche Buchdruckerey.* R. I. de anno 1541. §. *ferner haben wir* Rec. Imp. de anno 1570. §. *dieweil dann.* Reform. Polit. de anno 1577. tit. 26. Sed uti experientia docuit, illarum executio & obſervantia hactenus defuit. De Principis autem & magiſtratus exiſtimatione agitur, quando remedia, quæ ipſe præſcripſit, aut effectum non habent, aut plane non adhibentur. Ne igitur illa ſit majori periculo expoſita, renovanda ſunt remedia, & cum tempore curandum, quod cum tempore debilitari cœpit.

Se-

Sectio II.

De præcipuis typographiæ abuſibus in ſpecie.

Ut vero de abuſibus nobiliſſimæ hujus artis typographicæ plenius conſtet, age graviores & famoſiores, aliis hac vice præteritis, hoc loco paucis tantum perluſtrabimus.

Inter abuſus illos non immerito familiam ducere videtur I. vulgaris illa & liberrima cujuscunque generis librorum impreſſio & editio, quæ hisce temporum ultimis fecibus & excrementis ultra omnium retro ſæculorum mores in infinitum excrevit, uti in ore & oculis omnium, plus quàm ſatis eſt, verſatur, ac tanquam res lippis & tonſoribus nota querulis ſermonibus quotidie exagitari ſolet. Audiamus pro omnibus loquentem *Fridericum Prenniger*, Reip. quondam Rotenburgo-Tuberanæ Advocatum, in præfat. Conſil. *Mart. Uranii* tom. 3. *Conſideret quis*, ait ille, *quam inſanabile cacoëthes ſcribendi hodie multos teneat occupatos; mox inveniet hoc noſtro ſæculo, ſi unquam alias, longe magis, quam ſacer ille Antiſtes, atque morum humanorum laudatiſſimus inſtaurator, de ſui temporis vanitatibus edixit, dici ac pronunciari poſſe*: librorum ſcribendorum ſcilicet finem hodie eſſe nullum. *Cauſa autem increpandi iſtius vitii in eo potiſſimum, quem Poëta multis quoque retro temporibus reliquit, comprehenſa continetur verſu, quod ſcilicet*

Scri-

Scribimus indocti non docta poëmata paſſim.

Non enim doctis tantummodo ſcribendi facultas librosque evulgandi ſine ullo diſcrimine libera conceſſaque hodie eſt, ſed & cuivis etiam gregario blateroni, diſcipulis in ſcholis, quin & ipſis fœminis, præſertim Eccleſiaſtarum conjugibus, ſtulta maritorum ope ſtulte inſtructis, hoc idem impune permitti, publice patet. Et ut ſummatim dicam, quod olim de medicis dici conſvetum fuit, hoc hodie de omni profeſſione literaria generatim adfirmari vere poſſe, nullam ſcilicet nunc fere inveniri domum, quæ non alat nutriatque quendam ſcriptorculum, nemo refragabitur. Quodſi vero cujusque rei etiam bonæ exceſſus vituperatur, ac in omni vita, Plinio *aſſertore, id quod nimium eſt, pernicioſiſſimum judicatur, juxta tritum illud:* Omne nimium vertitur in vitium; *hujus certe diſciplinæ librariæ abuſus nimius & exceſſivus in deſpectum vilem & abjectum tandem literatorum redundans, non poteſt non vitio dari, aut reprehenſione dignum cenſeri. Nam ut omiſſis vulgaribus vanorum imperitorumque chartaceis næniis ac nugis, nec typis, nec prælo, immo nec digiti quidem crepitu dignis, de iis duntaxat, qui eruditionis laude aliqua ſunt conſpicui, eorumque libros exarandi temeritate ſermo fiat, quantus quæſo horum ſimiliter hodie eſt, & quam infinitus numerus, quantus grex, quanta copia, cohors atque multitudo? Id vero aliud nihil operatur efficitque, quam nimia illa & ſuperabundans ac quotidie invaleſcens effrenis animi elatio atque nociva ſuperbia, qua ingenii acrimoniam quilibet, vel leviter edoctus, edendo aliquo pu-*

Sectio II.

De præcipuis typographiæ abuſibus in ſpecie.

Ut vero de abuſibus nobiliſſimæ hujus artis typographicæ plenius conſtet, age graviores & famoſiores, aliis hac vice præteritis, hoc loco paucis tantum perluſtrabimus.

Inter abuſus illos non immerito familiam ducere videtur I. vulgaris illa & liberrima cujuscunque generis librorum impreſſio & editio, quæ hisce temporum ultimis fecibus & excrementis ultra omnium retro ſæculorum mores in infinitum excrevit, uti in ore & oculis omnium, plus quam ſatis eſt, verſatur, ac tanquam res lippis & tonſoribus nota querulis ſermonibus quotidie exagitari ſolet. Audiamus pro omnibus loquentem *Fridericum Prenniger*, Reip. quondam Rotenburgo-Tuberanæ Advocatum, in præfat. Conſil. *Mart. Uranii* tom. 3. *Conſideret quis*, ait ille, *quam inſanabile cacoëthes ſcribendi hodie multos teneat occupatos; mox inveniet hoc noſtro ſæculo, ſi unquam alias, longe magis, quam ſacer ille Antiſtes, atque morum humanorum laudatiſſimus inſtaurator, de ſui temporis vanitatibus edixit, dici ac pronunciari poſſe*: librorum ſcribendorum ſcilicet finem hodie eſſe nullum. *Cauſa autem increpandi iſtius vitii in eo potiſſimum, quem Poëta multis quoque retro temporibus reliquit, comprehenſa continetur verſu, quod ſcilicet* Scri-

Scribimus indocti non docta poëmata paſſim.

Non enim doctis tantummodo ſcribendi facultas librosque evulgandi ſine ullo diſcrimine libera conceſſaque hodie eſt, ſed & cuivis etiam gregario blateroni, diſcipulis in ſcholis, quin & ipſis fœminis, præſertim Eccleſiaſtarum conjugibus, ſtulta maritorum ope ſtulte inſtructis, hoc idem impune permitti, publice patet. Et ut ſummatim dicam, quod olim de medicis dici conſvetum fuit, hoc hodie de omni profeſſione literaria generatim adfirmari vere poſſe, nullam ſcilicet nunc fere inveniri domum, quæ non alat nutriatque quendam ſcriptorculum, nemo refragabitur. Quodſi vero cujusque rei etiam bonæ exceſſus vituperatur, ac in omni vita, Plinio *aſſertore, id quod nimium eſt, perniecioſiſſimum judicatur, juxta tritum illud:* Omne nimium vertitur in vitium; *hujus certe diſciplinæ librariæ abuſus nimius & exceſſivus in deſpectum vilem & abjectum tandem literatorum redundans, non poteſt non vitio dari, aut reprehenſione dignum cenſeri. Nam ut omiſſis vulgaribus vanorum imperitorumque chartaceis næniis ac nugis, nec typis, nec prælo, immo nec digiti quidem crepitu dignis, de iis duntaxat, qui eruditionis laude aliqua ſunt conſpicui, eorumque libros exarandi temeritate ſermo fiat, quantus quæſo horum ſimiliter hodie eſt, & quam infinitus numerus, quantus grex, quanta copia, cohors atque multitudo? Id vero aliud nihil operatur efficitque, quam nimia illa & ſuperabundans ac quotidie invaleſcens effrenis animi elatio atque nociva ſuperbia, qua ingenii acrimoniam quilibet, vel leviter edoctus, edendo aliquo pu-*

publico ſcripto, publice oſtentare atque mera philavtiæ ductu aliis omnibus præferri ſatagit.

Hoc (etenim) homines vitio plerumque laborant;

Ut placeat nimium quilibet ipſe ſibi.

Sed & infelix & omnium malorum radix avaritia & lucri cupiditas inſatiabilis non paucos ad ſcribendi ſtudium atque provinciam magno numero adigit, urget atque impellit. Hodie quis cudit librum, cras recudit, auget, emendat, tractat, retractat, & pro commodi ratione ampliando, addendo, demendo, detrahendo declarandoque aliter atque aliter efformat? idque ſub integumento atque prætextu τῶν δευτέρων Φροντίδων σοφοτέρων ὄντων vano, inani ac prorſus nullo. Hinc demum intolerabilis illa ac nimia vaſtitas voluminum, proles, cumulus & acervus librorum, ſcriptorum multiplicium immenſa compages, in iisque comprehenſa mira diſcrepantia, & ſingularitas opinionum, diverſitas judicii, perplexitas ac confuſio ſcientiarum artiumque, nec non novæ ſubinde exorientes & à veterum traditis exorbitantes adinventiones ſpecioſæ atque ſubtiles. Quot enim capita, tot ſenſus, & velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno, ut eſt apud Satyricum; *ſuo quilibet abundare ſenſu etiam à JCto dicitur. Hinc etiam tot & tam crebræ concertationes, famoſi libelli, bullatis turgeſcentes paginæ nugis, aliæque innumeræ perverſæ ventoſitates, id quod per ſe clarius apertiusque eſt, quam quod multis rerum argumentis debeat ad vivum reſecari.* Hactenus ille. Hanc autem querelam atque cenſuram juſtiſſimam eſſe quilibet cordati viri ultro fatebuntur. De

De Gallis ſuis cum gravi indignatione idem tradit *Balſac* en ſon Prince §. 136. his verbis: *Il y a un grand peuple inutile, qui ne ſe ſert de ſes mains, qu'a faire des eſcritures & des livres. Magna eſt inutilium hominum multitudo, quæ manibus ſuis nonniſi ad componendos libros utitur.* Eodem vitio concives ſuos Hiſpanos laborare ſcribit *Didac. Saavedra* Symbolo Polit. 21.

Ita ſane eſt, Φιλαργυρία & Φιλοτιμία hoc ævo fœcundiſſimæ immaturos, monſtroſos & nocivos ejusmodi partus edidere quamplurimos. Quot enim ſunt, qui illud *Clementis Alexandrini* notabile dictum, quod laudat D. *Selneccer* in præfatione ſuper explicat. Pſalterii, obſervant? quod germanice redditum ita ſonat: *Wer da will durch Bücher ſchreiben reden, der iſt bey Gott an Eydes ſtatt verpflichtet, daß er nicht um Geitz oder Gewinſtes willen, noch um Ruhms und eignen Namens wegen, noch aus eigner Bewegung, affect, Zorn und Rachgierigkeit etwas ſchreibe, auch nicht ſich ſelbſt allein erluſtige, und ihme allein gefalle. Sondern ſehe allein auf die Beſſerung, Glauben, Troſt und Seeligkeit derer, die es leſen ſollen.* Quin hoc potius fieri ſolet, quod pius quidam Theologus tract. de notitia ſui cap. 28. ſcribit: *Des ſingens, ſagens und ſchreibens von unſern Thaten iſt kein ende; was wir wiſſen, muß bald in Druck, obs ſchon nirgend zu dienet, dan uns einen Nahmen zu machen, wie man leichtlich aus dem Bilde und Ueberſchrift, aus unſern gegenwertigen Titeln und Kupfferſtücken kan abnehmen. So gar*

nicht können wir uns an Verrichtung des Guten begnügen laſſen, und nehmen unſern Lohn dahin mit den Phariſeern, daß wir hernach bey Gott nichts übrig haben, als Spott und Unehre, weil wir uns ſelbſt mit menſchlicher Ehre bezahlet und belohnet haben.

Nec tantum chaos librorum & multitudo autorum hoc noſtro tempore inundare cœpit, ſed etiam quæcunque virulenta ſcripta ingentium tumultuum, damnorum, diſceptationum & hæreſium in Eccleſia Dei adminiſtra, maximo cum Eccleſiæ ac Reip. malo excuduntur, publicantur & circumferuntur.

Horreat quis peſtilentiſſima & blaſphemiis erga ſanctam religionem Chriſtianam refertiſſima ſcripta, quæ ætas noſtra non ſine rubore vidit, prorſus impunita licentia inter Chriſtianos circumferri, legi, & quod maxime horrendum, laudari. Scandala, quæ per viliſſimum abuſum verbi Dei, Pſalmorum præcipue & ſanctiſſimi Evangelii, innocentibus hactenus data fuere, ſanguineis lacrymis non ſatis deplorari poſſunt. Ita ludit impietas hujus ſeculi cum religione, re quaſi ludicra, velut pueri ſolent cum aſtragulis. Quoties per libellos famoſos non tantum privati homines, ſed ſumma etiam capita virulenter arroduntur, quatiuntur & perſtringuntur? Et quis tandem infinita illa mala, quæ per inauditum artis typographicæ abuſum, ſeculi hujus vanitas & malitia Religioni, Reip. ac rei literariæ hactenus attu-

tulit, fando explicet? Pro compendiis diſpendia, pro hiſtoriis fabulas, pro nucleis putamina juventuti obtrudere, iisque adoleſcentum ingenia confundere multi, inanis gloriolæ auram captantes, nihil penſi habent.

Alter abuſus eſt officinarum typographicarum multitudo mercenaria, quæ non poteſt non multis modis in detrimentum Reip. literariæ vergere, uti experientia hactenus ſatis nos edocuit.

III. Quod contra expreſſiſſimam Ordinationum Imperii prohibitionem, quibus ſaluberrime proviſum eſt: *Daß im Heiligem Römiſchen Reich die Buchdruckerey an keinem Orte, dan in den Städten, da Churfürſten und Fürſten ihre gewöhnliche Hofhaltung haben, oder da* Vniverſitates Studiorum *gehalten, oder in anſehnlichen Reichsſtädten verſtattet, aber ſonſt alle Winckel Druckereyen abgeſchaffet werden ſollen.* Rec. Imp. de an. 1570. §. *Und dieweil dan ſolche.* Ordin. Polit. de an. 1577. §. *Und damit allen deſto ſteiffer.* ejusmodi officinæ in oppidulis aliisque locis obſcuris erectæ ſunt, unde utiliſſima arte peſſime abutendi multis anſa & occaſio data fuit.

IV. Privilegiorum, quæ typographis nova ac ſumptuoſa ſcripta imprimentibus à ſuperiore concedi ſolent, varius abuſus. Quamvis enim ejusmodi conceſſio quibusdam monopolium ſapere, adeoque res illicita videatur, iniquum tamen non eſt, ſi quis ſuper impreſſione libri, in quem multos ero-

gavit ſumptus, lucrum & commodum aliquod laboris ſui præ aliis ſentiat, ne, quod alias fieri poſſet, aliorum facto in paupertatem inopinatam conjiciatur. vid. *Carpzov.* Jur. Conſiſt. lib 2. defin. 414. Quodſi tamen abuſus privilegii conceſſi in perniciem Reip. vergat, dubium non eſt, illud, quocunque etiam modo impetratum ſit, juſtiſſime revocari & tolli poſſe. Eſt autem præcipuus privilegii abuſus hic, quod typographi & bibliopolæ librorum pretia pro lubitu augere ſoleant, quæ hodie non ſine Reip. literariæ decremento in tantum excrevere, ut Magiſtratus huic rei obicem ponendi juſtiſſimam cauſam haberent.

V. Quod Typographi ſub ſpecioſo promovendi boni publici prætextu privatis duntaxat commodis ſuis velificantes, clandeſtine aliorum libros, penitus neglectis illorum privilegiis, magnorum autorum præjudicio, imprimere non vereantur. Graviſſime de hoc malo jam ſuo ſeculo conqueſtus eſt B. *Lutherus in der Warnung über den Wittenbergiſchen Bibel Druck*, his verbis: *Der verfluchte Geitz hat unter allen andern Uebeln, ſo er treibt, ſich auch an unſere Arbeit gemacht, darinnen ſeine Bosheit und Schaden zu üben. Welcher unſern Buchdruckeren dieſe Schalckheit und Büberey thut, daß andere flugs balde hernach drucken, und alſo der unſern Arbeit und Unkoſt berauben zu ihrem Gewinn, welches eine rechte groſſe öffentliche Rauberey iſt, die Gott auch wol ſtrafſen*

ſen wird, und keinem ehrlichen Chriſten-Menſchen wohl anſtehet.

Quinimo quidam eo temeritatis pervenere, ut non ſine gravi læſione Cæſareæ Majeſtatis libris ſuis verba privilegium ſonantia imprimere auſi fuerint, de quo etiam conqueritur Imp. *Rudolphus* II. in conſtitutione, quam infra adducemus.

VI. Multis in locis typographia ſine ulla inſpectione & cenſura Magiſtratus exercetur, unde quam plurima prohibitæ notæ ſcripta, velut ex equo Trojano clanculum prodiere, quibus Eccleſiæ tranquillitas, Reip. ſalus, hominumque fama & exiſtimatio irreparabili damno adfecta fuit.

VII. Magna librorum copia contra ſuperius laudatam imperii conſtitutionem de an. 1570. §. *Dieweil dan ſolche.* ſine deſignatione Autoris, typographi, loci & temporis impreſſionis in lucem protruditur, quod fere non fit alio fine, quam ut fabulæ, nugæ, injuriæ aut pasquilli impune ſpargantur. Impie ſane! *Omnis enim*, Servator ait, *qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.*

VII. Magna in excudendis libris typothetarum negligentia; quando vel autoribus aliquid additur aut demitur, aut ſenſus Scripturæ corrumpitur, de quo veritatis ſtudioſi conquerendi aut altercandi inter ſe cauſam & occaſionem arripere ſolent. *Limn.* d. l. n. 10.

Negligentiæ autem huic & abuſui inter alia cauſam præbet quorundam avaritia aut indigentia, qua idoneos Correctores certo ſalario conductos adhibere prohibentur, de quo conqueritur D. *Mengering* in Scrutin. Conſc. cap. 21. his verbis; *Die Buchdrucker wollen oftmals nicht was ſpendiren und uffwenden, daß ſie einen verſtändigen gelehrten* Correctorem *in der Druckerey hätten und hielten, der die materien cum judicio revidiren und corrigiren thäte. Sondern haben Hümpler und Stümpler, halbwächſige Studenten und Pedanten, die nehmen* quid pro quo, *und ſchauen aus Unverſtand überhin, daß oft die Correctur hernach eben lang iſt, wenn ein* Opus *publiciret worden.*

Sectio III.

De remediis tollendi abuſus artis typographicæ.

Hactenus vitioſum typographiæ uſum pro inſtituti ratione breviter conſideravimus. Cum vero omnium confeſſione malum hoc efficaciſſima remedia poſcat, de iis nunc paucis agendum erit.

Primum remedium eſt, ut quilibet Magiſtratus in ſua Rep. Viſitatores certos conſtituat, quorum officium ſit, in vitia & abuſus Typographiæ ſedulo inquirere, eosque juxta præſcriptum modum prudenter corrigere. Ejusmodi viſitationis remedium Imperator Glorioſiſſimus *Rudolphus* II. anno 1608. ad-

adprobavit, uti patet ex ſequentibus literis Commiſſionis, quas refert *Goldaſtus* Tom. II. *der Reichsſatzungen* pag. 350. & ita ſonant;

Wir Rudolph *der Andere, von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Ungern, Böheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien &c. König, Ertzherzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, Steyer, Kärndten, Crain und Würtemberg, Graff zu Tyrol &c. entbieten den Ehrſamen, unſern lieben Andächtigen* Valentino Lenchtio *und* George Erſtenberger von Freyenthurm, *reſpective der Heil. Schrift Doctorn und der Rechten Licentiaten, und dem Ehrſamen Gelehrten, unſern und des Reichs lieben Getreuen,* Carlen Seyblin, *der Rechten Licentiaten, unſern Rath und des Kaiſerlichen Cammer-Gerichts Fiſcal Procuratorn unſere Gnaden.* I. *Ehrſamb, liebe, Andächtige, auch Gelehrter lieber Getreuer, mit was gemeinen Weſens Nachtheil die vor dieſem von Uns erforderte und in guten Gang brachte Bücher*-viſitationes *eine zeithero erſitzen blieben, das iſt euch ſammentlich bekand, und geben es die täglich an Tag kommende hochſträfliche Sitten mit mehreren zu erkennen. Aldieweil wir aber ſolchem unleidentlichen Misbrauch und überhand nehmenden Unordnung länger nicht zuſehen mögen, hierumb und zu wieder Aufrichtung dero für dieſem bräuchlichen* Viſitationen, *ſo haben Wir euch ſammt und ſonders zu unſern Kaiſerlichen* Commiſſariis *gnädigſt fürgenommen, und befehlen euch hierauf gnädigſt, daß ihr anfangs allen müglichen Fleiß anwendet, wie die bishero erſitzende*

Viſitationes *fruchtbarlich wieder angerichtet, die in groſser Menge alle Meſſen herfürkommende hochverbotene* famos-*Schriften gäntzlich abgeſchaffet, ins künftige kein Buch getruckt, oder im Heiligem Reiche diſtrahiret werde, das nicht zuvor von den ordentlichen Obrigkeiten, darunter die Buchdrucker ſeßhift, cenſiret, zugelaſſen und verwilliget, wie ingleichen auf jedes der* Autor, *Trucker und Ort ohne Betrug und ohne falſche Liſt geſetzet werde. 2. Welches alles und damit es von euch um ſoviel leichter zu Werck gerichtet werden möge, als wollen Wir, daß ein jedweder Buchdrucker, Führer oder Buchhändler, ehe und zuvor er ſein Gewölbe und Laden eröfnet, auch einiges Buch diſtrahiret, euch ſeiner Bücher einen* Indicem *vorweiſe, darneben glaublich anzeigen thue, wie und welchergeſtalt ihme ſolche Bücher zu drucken erlaubt, und da er darüber kein Kaiſerlich* privilegium *hätte, alsdan unſerer Kaiſerlichen Reichs-Hoff Cantzeley ein Exemplar zu überſchicken euch zuſtelle, und unweigerlich überreiche. Denn demnach Uns glaubwürdig dieſer Betrug etlicher Buchdrucker und Buchhändler fürkommen, daß ſie auf etliche ihre Bücher dieſe Wort,* cum gratia & privilegio, *da doch keines von ihnen geſucht, weniger von ihnen erlanget worden, zu drucken ſich laſſen gelüſten; welches einem* falſo *nicht faſt ungleich, inſonderheit weil ſie wollen dadurch zu verſtehen geben,* quod prædicta verba ſonant, *das Wort* Cæſareo malitioſe *auslaſſen; unter welchem Scheine viele ungereimte Sachen eingeſchleift, und in Druck verfertiget werden, dadurch ſie ſich unterſtehen, Unſere Kaiſer-*

li-

liche Reputation zu lædiren, und den gebührenden taxam *zu verſchmäleren, welches keines weges zuzulaſſen, weniger hinführo einiger maſſen zuzuſehen oder zu geſtatten. Wollen derohalben, daß ihr fleiſſig inquiriret, und was ihr dermaſſen befindet, mit Hülffe Burgermeiſter und Rahts zu Franckfurt, wo es die Nohtdurft erfodert, die* confiſcation *neben weiterer Beſtraffung* ſine reſpectu *vornehmet. 3. Dieweil auch bey Verfertigung des* Catalogi librorum *bishero nicht weniger groſſe Unrichtigkeit befunden, ja viel der Catholiſchen Bücher gäntzlich ausgelaſſen worden. Solchem vorzukommen, iſt Unſer gnädigſter Will und Meinung, daß ehe und zuvor der* Catalogus novorum librorum *gedruckt, von euch erſehen, und nach Nohtdurft corrigiret werde. Und damit hierin von Burgermeiſter und Raht zu Franckfurt auch keine Verhinderniß geſchehe, ſo haben Wir bey demſelben, wie ihr aus dem Beſchluß zu ſehen, albereit die Nothdurft verfüget, der Zuverſicht, es werde euch aller Vorſchub und Beförderung von ihnen erwieſen werden. 4. Und damit unſers Kaiſerlichen Cammergerichts Geheimniſſen,* relationes *und* vota *nicht alſo ohne einigen Unterſcheid, ohne Unſer und Unſers Kaiſerlichen Cammergerichts Vorwiſſen gantz ſträflicher Weiſe gedruckt und männiglichen fürgeſtellet werden; als befehlen Wir euch, daß ihr an Unſer ſtatt und in Unſern Nahmen desgleichen inskünftig, ohne ausdrücklichen Unſern oder Unſers Kaiſerlichen Cammergerichts Conſens und Einwilligung zu drucken allen Buchdruckern, Führern und Buchhändlern, bey höchſter Unſerer Ungnade und Straffe zu*

dru-

drucken, zu führen, oder öffentlich feil zu haben, und zu verkauffen ernſtlich auch endlich verbietet. 5. *Und ſchließlich von allen privilegirten Büchern, alten und neuen, davon Uns die ſchuldigen Exemplarien noch nicht geliefert, unverzüglich gegen einem Recepiſſe abfordert, Uns dieſelbe überſchicket, und ſolches hinfüro von Meſſen zu Meſſen alſo fürnehmet, haltet, und in unſern Nahmen den Buchhändlern und Druckern auch zu halten, und ſich ſelbſten für Schaden zu hüten verkündet. Daran erſtattet ihr Unſern Willen und Meinung, und Wir ſeynd euch ſammt und ſonders mit Kaiſerlichen Gnaden gewogen.* Geben auf unſerm Königlichen Schloſs zu Prage den 15 Tag des Monats Martii Anno 1608. Unſerer Reiche des Römiſchen im drey und dreiſſigſten, des Hungeriſchen im ſechs und dreiſſigſten, und des Böhmiſchen auch im drey und dreiſſigſten.

Cæterum viſitatio typographiæ ac rei librariæ non ſemel, ſed ſæpius & ſingulis annis inſtituenda eſt. Niſi enim hoc fieret, vix ſatis ingraveſcenti malo occurri poterit. Facit Rec. Imp. de anno 1570. §. *Darum gebieten.* ibi: *auch ſonderlich ihre Druckereyen ohn vermutheter Dinge viſitiren.*

II. Per pragmaticam & inhibitoriam ſanctionem imperialem (exemplo Imp. *Iuſtiniani* in l. 1. C. de Vig.) nimia licentia pangendi & ſcribendi, quidquid lubet, refrenanda atque compeſcenda eſt. Nec cuivis indiſcriminatim, ſed iis præcipue, quorum eruditio eſt per-

perſpecta, aut qui præviis examinibus publica eruditionis teſtimonia meruere, ſcribendi facultas concedatur. Quamvis hoc optare magis, quam opere ipſo conſequi liceat, ex ſententia laudati *Prennigeri*, dict. loc.

III. Librorum multitudinem, quæ magis ad loculos emungendos, quam ad doctrinam comparandam facit, Magiſtratus in Remp. ſuam aſportari vetet. Varietate namque illa confunduntur ingenia, intricatur judicium, & hæret ſemper dubium. *Didac. Saavedra*, Symb. Polit. 21. Alias verum eſt, quod allegato loco ſcribit D. *Selneccerus: Welche Bücher GOTTES Ehre und Lehr ſchlecht und recht ausbreiten, ſind gut und nützlich, und wir können derſelben nicht zu viel haben, wir bedürfen ſie wol, und es thut immerdar noth, daß wir uns zu ſolchen Büchern halten und gewehnen. Wir werden auch ſolcher Bücher nicht genug haben, ſo lange die Welt ſtehet. Die andern Bücher aber haben wir zwar nun längſt uberhäuffig genug.* Compendia, diſpendia, *und wie ſie alle heiſſen* &c.

IV. Magiſtratus in ſua Rep. idoneos eligat viros, quos præneceſſariæ librorum cenſuræ tuto præficere poſſit. Adprobat hanc cenſuram Rec. Imper. de anno 1629. §. *dazu ſollen.* verb. *Was gedicht, gedruckt und feil gehabt wird, das ſoll zuvor von jeder Obrigkeit und dazu verordneten verſtändigen Perſonen beſichtiget, und ſo darin Mängel befunden, daſſelbe zu drucken oder feil zu haben bey groſſer Straffe nicht zugelaſſen, ſondern alſo*

ſo ſtrenglich verboten und gehalten werden. Et Rec. Imp. de anno 1570. §. *zum andern.* ibi: *Sol keiner etwas zu drucken Macht haben, das nicht zuvor von ſeiner Obrigkeit erſehen, und alſo ihme zu drucken erlaubt ſey.*

Sint autem Cenſores illi 1. Viri probi, 2. docti, 3. prudentes & cauti, qui ſacramenti religione conſtringantur ad fideliter præſtandum illud, quod officii ratio ab illis poſtulaverit. Et cum plurimum Reip. interſit, cenſuram librorum adcuratiſſimam adhiberi, illa non facile uni, ſed pluribus committenda eſt, in illis præcipue locis, ubi Typographiæ florent. In Academiis Saxonicis cenſura librorum Decanis & Facultatibus cujusque materiæ & artis plerumque commendata eſt; optime quidem, modo per crebras viſitationes ad debitam diligentiam excitentur. Conſultum etiam foret, libros & ſcripta, religionis controverſias concernentia, propter periculum ſchismatum, plurium facultatum cenſuræ ſubjicere; ubi namque gravius periculum, ibi cautius agendum eſſe vulgo dicitur.

Cenſorum autem officium ſit, 1. omnia ſcripta typis exprimenda ſumma cura & diligentia cenſere, & nequid ex illis religioni Chriſtianæ adverſum, bonis moribus ſcandaloſum, Reip. damnoſum, aut aliis inutile prodeat, curare. Supprimendi igitur & rejiciendi ſunt 1. libri blaſphemi, & qui athe-

iſmum

iſmum ſapere videntur, quales proh dolor! corruptiſſimo hoc ſæculo non paucos, quos vel nominare ſaltim animus horret, prodiiſſe novimus. Tantus eſt hodie abjuratiſſimi generis humani hoſtis Sathanæ furor, qui imminente mundi πανολεθρία in Chriſtiano orbe omnem divini Numinis reverentiam è cordibus hominum penitus evellere maximo niſu ſtudet. 2. libri hæretici, ſanæ religioni contrarii, & ſchiſmatum ac ſcandaloſarum contentionum ſemina in Eccleſia ſpargentes. 3. ſcripta, quæ tranquillitatem Reip. turbare, & ſeditionibus cauſam præbere poſſunt; qualia multa ſuperiore ſæculo fanatici Anabaptiſtæ in Germania, & hodie illorum ſectatores in Anglia, quos vulgo *Quacker* vocant, cum graviſſimo ſtatus publici periculo evomuere. 4. Libri obſcœni teneramque juventutem ſcandaloſe offendentes, quales, cùm *Ariſtoteles* ipſe gentilis lib. 7. Polit. ad fin. è Rep. eliminandos cenſuerit, deplorandum maxime eſt, inter Chriſtianos infinito numero eos omnibus impune legendos permitti. Profectò in magno illo extremi judicii die, coram tremendo mortalium judice ethnicus ille homo ſcriptores ejusmodi accuſabit, & illi tandem ſero ſatis experientur reapſe, non fruſtra dictum ac ſcriptum eſſe: *Væ illi, qui ſcandalizaverit unum de puſillis.* 5. Libelli famoſi, injurioſi & pasquillici, quibus enormiſſima hominum præſentis ævi malitia omnes fere

re terrarum angulos implevit, nulla plane ratione habita ſtatus, dignitatis, ſexus, ætatis aut conditionis. Et quod horrendum, ſæpe impii homunciones non ſine inſigni profanatione nominis divini ſanctiſſima Scripturæ verba in peſtilentiſſimum ejusmodi abuſum detorquere non erubuerunt. Contra hos Conſtitutiones Imperii tandem ultore gladio inſurgant. vid. Reform. Polit. de anno 1577. tit. *von Schmähe-Schriften* Ordin. Polit. Elector. Saxon. eod. tit. 6. Scripta, per quæ hujus aut illius Reip. arcana licentioſe panduntur, de juribus Principum dictatorio more, cum abuſu libertatis Academicæ, acerrime diſputatur; ita, ut illorum autores, tanquam deciſionum arbitri, non pulpito, ſed curiæ ſcribere aut præſcribere videantur; item ſcripta & tractatus, per quos pragmaticæ ſanctiones Imperii in dubium vocantur, aut interpretatione prorſus aliena ac peregrina penitus evertuntur. Lingua enim & calamus periculoſa cordis inſtrumenta ſunt, ut ait *Saavedra* ſymb. polit. 56. ad fin. vid. Conſtit. Rudolphi II. §. *und damit unſers Kaiſerlichen Cammergerichts Geheimnüſſe*. Inſtrum. Pac. Cæſar. Suevic. art. 5. §. 49. ubi ſaluberrime ita cavetur: *Utriusque Religionis Magiſtratus ſevere ac rigoroſe prohibeat, ne quisquam docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religionis, vel hanc inprimis ſive declarationem, ſive transactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat aut aſſertiones contra-*

trarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum eſto. Sed ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc Transactionem tangentibus reſultet, de eo in Comitiis vel aliis Imperii conventibus inter utriusque religionis proceres non niſi amicabili ratione tranſigatur.

7. Denique ſcripta inutilia & ſuperflua, quæ ambitioſo equidem titulo turgeſcunt, ſed quæ nugis, fabulis, quæſtiunculis frivolis, parumque fructuoſis rebus tantummodo ſcatent, in quæ *Cleobuli* illud recte convenit: ἀμουσὶ τὸ πλέον μέρος, λόγων τε πλῆθος, & de quibus illud γλαῦκας εἰς Ἀθήνας dici poteſt. Et ſane in dies ingraveſcenti huic malo ſi non obviarit Magiſtratus, D. *Lutheri* vaticinium implebitur, qui jam ſuo ſeculo prædixit, *daß es zu beſorgen ſey, weil man immer neue und andre Bücher mache, daß zuletzt durch des Teufels Werck die guten Bücher wieder unterdruckt, und die böſen Bücher von unnützen tollen Dingen, Catholicen, Floriſten, Modernſten,* vade mecum *und dergleichen wieder einreiſſen und alle Winckel erfüllen werden.* Pro antiquorum ſcriptis in arte Jurisprudentiæ retinendis acriter pugnat *Ant. Mar. Coratius.* Et *Galenus* lib. 4. *de tuenda ſanit.* cap. 5. antiqua ſcripta diligenter inſpicienda præcipit; & alibi quoque monet, ea amice magis & candide interpretari ac diſtinguere, quam hoſtiliter inſectari & redarguere nos debere. Quantum enim mali φιλοκαινία & ψυχοφθορία nunc un-

dique gliſcens in rebus publicis effecerit, in propatulo eſt.

II. Cenſorum officium ſit, non tantum nuda nominis ſubſcriptione libros adprobare, verum etiam, quod laudabili more alibi receptum eſt, cenſuram ipſam typis imprimendam paucis verbis in frontiſpicio libri adponere. Excitat hoc non tantum Cenſorum fidem ac diligentiam, verum etiam de cenſura hac, utpote publica, Magiſtratui certius conſtare poteſt, & colluſiones ac fraudes, quæ quandoque incidunt, hoc ipſo præcaventur.

III. Prohibitæ notæ ſcripta, ſive carmina, ſive libri, ſive alterius ſortis & cujuscunque materiæ ſint, non tantum non adprobare, verum etiam aut ſupprimere, aut Magiſtratui offerre, qui librorum auctores vel confiſcatione ſcripti, vel alia extraordinaria poena afficiat.

IV. Non permittere, illa ſcripta conſveto librorum catalogo inſeri, quæ cenſura publica nondum adprobavit.

Porro cum non ſufficiat librorum Cenſores ſuo fideliter defungi officio, niſi etiam Typographorum atque Bibliopolarum varii exceſſus, de quibus hactenus tam multæ fuerunt querelæ, certis legibus atque poenis coërceantur, in uſum, vigorem & obſervantiam reducendæ ſunt hactenus paſſim neglectæ ſaluberrimæ Conſtitutiones Imperii.

Et

Et I. quidem prohibeantur ac tollantur omnes officinæ Typographicæ, quæ in urbibus ac reſidentiis, ut vocant, Electorum atque Principum, Acedemiis aut civitatibus Imperialibus bene conſtitutis non habentur, ut ita inſpectio & librorum cenſura facilius inſtitui ac facilius exerceri queat. Rec. Imp. de anno 1570. §. *Dieweil dann* 155.

II. Non cuivis promiſcue artem typographicam exercere permittatur, ſed viris tantum probis, honeſtis atque idoneis; d. R. I. §. *Zum andern.* verb. *ſoll kein Buchdrucker zugelaſſen werden, der nicht zuförderſt von ſeiner Obrigkeit, da er haüslich ſitzet, dazu redlich, erbar, und aller Dinge, tüglich erkennet.* Et Reform. Polit. de anno 1577 cap. 35. §. *und damit.*

III. Omnes artem hanc impreſſoriam exercere volentes coram Magiſtratu ſuo aut ejus Deputatis juramentum præſtent, ſe præſcriptam Ordinationem Typographicam, *die Druckerey Ordnung*, ſancte obſervare, nullaque ſcripta, cujuscunque ſortis fuerint, ſine permiſſione ac cenſura Magiſtratus imprimere velle de R. I. §. *Zum andern.* verb. *ſoll daſelbſt mit ſondern leiblichen Eyde beladen werden, in ſeinem drucken ſich jetzigen und andern Reichs-Abſchieden gemäß zu verhalten.* Et de Ordin. Polit. verb. *der mit ſonderlichem leiblichen Eyde beladen iſt, in ſeinem drucken ſich jetzigen und künftigen Reichs- Abſchieden gemäß zu erzeigen, und ſich aller läſterlichen und ſchmäbligen Bücher, Gemählde und Gedichte gäntzlich zu enthalten.*

Optimum etiam foret, ſi coram Deputatis Viſitatoribus Typographi eorumque miniſtri ſingulis annis juramentum illud conceptis verbis repeterent, aut ſtipulata manu obſervantiam illius promitterent; utut experientia conſtet, depravatiſſima hac ætate multos contemptu Religionis ad jurandum faciles eſſe, ut ait IC. in l. *quæ ſub conditione* pr. ff. de condit. inſtit.

IV. Magiſtratus Typographorum lucro terminos ponat, ne cum Bibliopolis colludentes, Studioſos alioſque literarii ordinis juſto plus onerent, ac pro libitu librorum taxam faciant. D. *Limneus* de I. P. lib. 8. c. 10. n. 12. curetque, ut autoritate publica pretium libri in ejus frontiſpicio vel altera inſequente pagina exprimatur, uti in Hiſpania moris eſſe teſtatur *Limn.* in addit. ad d. cap. 10. n. 15.

V. Ne privilegia Typographis & Bibliopolis conceſſa per nimium abuſum in pernicioſa omnique jure prohibita degenerent monopolia, cumprimis cavendum eſt; caute igitur illa concedenda ſunt, nunquam vero in perpetuum. *Carpzov.* Iur. Conſiſt. lib. 2. defin. 415. Illorum vero abuſus ſi doceatur, illico revocanda ſunt; quemadmodum aliquando arreſto Curiæ Parlamenti Lutetiani ejuſmodi privilegium, Typographo datum, ut tabulas alphabeticas ſolus imprimere poſſet, revocatum fuit, uti notavimus ad l. nu. C. de *monopol.* cap. 10. n. 91.

Ne

Ne etiam librorum pretia, ob vectigalium onera, quæ ubique hodie graviſſima ſunt, nimium excreſcant, Magiſtratus proſpiciat, ut illis libri penitus eximantur, aliiſque immunitatibus conceſſis Typographi quiete fruantur. In Gallia per Arreſtum *le Roy declare tous & un chacun des livres reliés & non reliés, qui ſeroient apportés en ſon Royaume de pays eſtranges, ou transportés d'iceluy par les libraires de la dite univerſité de Paris, ſans fraude quittés & exempts de tous droits d'entrée, iſſuë, impoſitions, travers & generalement de tous droits ſubſides ſur toutes autres eſpeces de marchandiſe.* Quæ verba ſic reddit *Limn.* de I. P. *lib.* 8. c. 10. n. 15. *Rex declaravit omnes & ſingulos libros, ligatos & non ligatos, qui importabuntur in regnum ex aliis regionibus extraneis, aut exportabuntur ex eodem per Bibliopolas dictæ Univerſitatis Lutetianæ, absque fraude exemptos ab omnibus datiis ratione ingreſſus, egreſſus, impoſitionibus & generaliter ab omnibus ſubſidiis impoſitis omnibus aliis ſpeciebus mercium.*

VI. Nemini in poſterum artificium hoc exercere permittatur, niſi promiſerit ſe idoneum Correctorem typi certo ſalario conducere velle. Quantum enim rei literariæ interſit, libros ſine ſphalmatis & vitiis excudi, quilibet judicare poterit.

VII. Typographis βιβλιοπωλίαν ſimul exercere non facile concedendum eſt. Non enim quis in duobus collegiis ſimul eſſe debet, ad evitandam confuſionem, multaque alia mala,

quæ exinde oriri poſſent. *arg.* l. *conſulta* 23. *ibi. abſurdum eſt* C. *de Teſtam.* l. *quicunque* C. *de execut.* & autor lib. XII. *cap. ſingula diſt.* 89. Unumquodque enim opificium & præcipue ars typographica unius hominis indolem & vires exigit, nec pluribus unus ſufficere poteſt, & intentio ad plura parum proficit. Hinc puniendos eſſe, qui alterius officio ſe immiſcent, dicitur in l. in provinciis C. *de numer. & autor.* & l. *hac parte* C. *de proxim. ſacr. ſcrin.* L. XII. Quodſi vero Typographi libros, quos ipſi propriis ſumptibus impreſſerunt, juſto pretio divendere velint, id omnino illis permittendum videtur.

Cum etiam fieri ſoleat, uti conqueritur *Menger* d. l. *Daß bisweilen die Drucker aus Unfleiß oder Filtzigkeit nicht guten tüchtigen Fürnis zur Farbe nehmen, daher die Litteren bleich, falbe und nicht ſcharffichtig genug werden, ſonderlich in kleinen formen, welches den Leſern groſſe Hinderniß und Hebetirung des Geſichts verurſachet; Magiſtratus provideat, ne hac in re peccent librorum impreſſores. Idem curet, ut charta typographica ex linteolis contritis & aqua maceratis melius, quam vulgo fit, conficiatur.*

Cum vero ſtatuta, leges & ordinationes ſine executione ſint, tanquam campana ſine piſtillo, certæ pœnæ in transgreſſores & refractarios conſtituendæ ſunt, quales pro qualitate delicti ſunt librorum confiſcatio, interdictio artis, mulcta, carcer, relegatio, fu-

fuſtigatio & capitis ſupplicium, de quibus omnibus conſulendæ ſunt conſtitutiones Imperii, & Criminalium auctores.

Tandem cum Magiſtratuum conniventia atque diſſimulatio optimas leges violandi cauſam præbeat *v. l. nu.* C. *de monop.* etiam illa punienda eſt. Unde Ordinatio Imperii Politica tit. 23. ita cavit: *Wo einige Obrigkeit, wer die wehre, oder wie Sie Nahmen haben möchte, in Erkundigung ſolcher Dinge, oder ſo es Ihr angezeiget, darin fahrläßig handeln und nicht ſtraffen würde, alsdan wollen wir entweder ſelbſt wider dieſelbe ernſtliche Straffe fürnehmen laſſen, oder aber ſoll Unſer Kaiſerlicher Fiſcal Ammtswegen dargegen auf gebührliche Straffe procediren und handlen, welche Straffe nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen das Kaiſerliche Cammergericht zu ſetzen und zu moderiren Macht und Befehl haben ſoll.*

Hæc ſunt, quæ de Typographiæ abuſibus hac vice breviter dicere voluimus. Faxit benignitas Iehovæ, ut hæc à nobis optima intentione furtivis tantum horis tradita in Reip. Chriſtianæ emolumentum vergant exoptatiſſimum. Tantum.

Jeſu ſuccurrente,
&
Incluto Philoſophorum ordine, in illuſtri Tilieto, benevole concedente,
de

ORTV TYPOGRAPHIÆ,

ſub Præſidio
Clariſſimi & Pereximii,
Dn. M. JOHANNIS STOHRII,
Ablaſſenſis miſnici, SS. Theol. cultoris, & alumn. elector.
fautoris ſui ac ſuorum ſtudiorum promotoris obſervandi plurimum, ſolenniter diſputabit
PETRVS STARCKE, Taubenheim. Miſn. Phil. Bac. & al. El.
ad IX. Kal. Nov.
Anno a partu Virginis
MDCLXVI.
H. L. Q. C.

E Typographia Coleriana.

Ο ΚΑΛΩΣ ΕΣΤΩ!

Præloquium.

Neminem non judicii ſanioris, hoc in univerſi dum ludit Amphitheatro, ſuum poſt diem bona quondam ſuperſtes fama titillat. Nemo non etiam medium, per quod ad illam licet aſpira-

rare, obſervat & multis hinc inde verbis extollit. Sic *Galenus* ſuas herbas, ob quas inter nos ejus fama laudibus adhuc vehitur, laudat, ſic bonas Imperator *Juſtinianus* leges. Neque penes ſummos viros hoc ſaltem deprehendimus verum, ſed & ad ima ſubſellia quando deſcendimus, penes in hiſce ſedentes. Sic loquitur ſuperbe nimis de ſuo malleo, de lima automatarius, ſic faber lignarius de ſua ſecuri; neque nimis inepte. Si enim iſte beneficio inſtrumentorum quid artificioſi producit, ſi hicce palatium quoddam nobile erigit, non ſolummodo latranti non proſpiciunt ſtomacho, ſed tam inter præſentes, quam poſteros æternam ſibi quoque conciliant memoriam. Verum tractent fabrilia fabri. Quid Eruditi? Habent & hi ſua media, libros, quibus ſibi nobiliſſimam acquirunt famam. Sed famam adhuc breviſſime intermorituram. Quæris, qui ſic? Nobiliſſimæ Eruditionis fama unius etiam mortis ictu cadit & evaneſcit. Supereſt itaque ſola Typographia, quæ famæ eruditæ fila longiora trahit, & *Beſoldo* teſte a) contra tineas & blattas, omnis eruditionis inimicas, defendit. Si autem fabri de ſuis inſtrumentis ita ſunt ſolliciti, ne quid detrimenti capiant, magis multo eruditis, de fa-

a) Lib. XI. oper. Polit. cap. III. de armis, cui diſſertatiunculas antea vulgatas de bombardis & Typographia inſeruit. Conf. p. 57.

famæ ſuæ conſervatrice ut cogitent, ut dilaudent, ut defendant ipſam, incumbet. Et hæc etiam cauſa eſt, quæ nos, licet inter Eruditos vix ultimum locum meremur, movit, ut de *Typographia* diſſertationem conſcribere, atque cenſuræ publicæ ſubmittere decerneremus. Ne autem hæc in nimis multas & lectori moleſtas excreſceret pagellas, conſultum duximus in præſenti *Ortum Typographiæ* tantum aperire, ac progreſſum ejusdem aliis D. d. lucubrationibus reponere. Ut autem hæc noſtra opella feliciter cedat, omnium eruditorum nobis exoptamus favorem, & exoramus gratiam illius magni Typothetæ, cujus digiti, ceu typi in charta, ſcribere valuerunt in lapide. b)

Caput primum
de
Typographia & ejus Inventoribus in genere.

Fundamentum.

Cura diſputantium. Typographiæ Etymologia facilis. Ex abundanti evolvitur. Τύπος unde? γράφω unde? Alia Typographiæ nomina. Typographia multos habet patres. Hanc tollere cupiunt Itali. Chinenſes cum accolis. Galli. Horum teſtimonia. Germani excluſi. Itali laudantur, rejiciuntur cum falſo teſtimonio. Chinenſes, Themiſtanei & Cathaitani a noſtra Typographiæ inventione arcentur. Laude donan-

b) Exod. XXXI. v. 18.

nantur. Gallorum teſtis falſitatis convincitur. Germani palmam obtinent, & Inventores Typographiæ ſiſtuntur. Teſtimonia illorum hac de re evolvuntur.

Illuſtramentum.

§. I. Qui ἐυμεθόδως ſtadium decurrere geſtiunt diſputatorium, inprimis de vocabulorum, quibus de certamen eſt, ſolliciti ſunt Etymologia, Homonymia & Synonymia; Eadem quidem nos habet in ſtadio laudato voluntas, ſed non eadem jam ſollicitudo, quia certaminis noſtri ſubjectum, Typographia, iisdem morbis non admodum pericuſe laborat.

§. II. Quilibet enim facile ſubolet, Typographiam e Græcia ſuam ducere familiam, & copulatam eſſe e τύπ☉ & γράφω. Illud eſt vocabulum æquivocum, & multifariam uſurpatur in modum ferme Germanici noſtri *ſchlag.* c) Hoc in loco ſignat metallicam literam, qua ſcribitur applicatis columnis ad chartam. Hoc vero, γράφω, denotat idem, quod ſcribo.

§. III. Unde autem iſta porro deſcendant, noſtræ jam curæ non eſt inquirere. Variant enim maximopere in iis curioſi orginum inquiſitores. Τύπον *Martinus* d) a τύπ]ω deducere cupit, ſed Voſſius τῶ τύπω in etymon aſſignat τυπεῖν & huic tandem תוף tympanum, quod

c) *Martin.* in Lex. Philol. p. 3956. d) lib. cit. pag. cit.

quod tunditur. e) Similis inconſtantia cernitur apud vocem γρίφω, quam Excellent. Græcus *Paſor* f) vult ortam a γρίφω; *Johannes Avenarius* g) a כתב & *Becmannus* h) iterum aliunde deducit, quam originem non tam aſſirmamus, quam ex abundanti pronunciamus. Offeret autem ſe occaſio penitius eandem inſpiciendi in brevi.

§. IV. Ex abundanti etiam adjicimus, Typographiam noſtram a materie, ex qua typi, nomen inſuper inveniſſe Chalcographiæ, Cattiterographiæ ſeu Caſſiterographiæ; Sic poſſemus etiam dicere Argyrographiam, ſi vera ſunt, quæ crebreſcens rumor, e Batavia ad nos de typis ibi uſitatis argenteis retulit. Porro ſalutatur ab operationis modo ars impreſſoria, item excuſoria a Latinis. Sed quid in hisce minutiis tamdiu moramur, cum nos majora & longe ſubtiliora nimis expectent? Artis hujus inventores hic ſiſtere debemus, & quidem genuinos, prius abire non licet.

§. V. Debemus quidem, volumus etiam, utinam rite poſſemus! nam non pauci hanc artem exoſculantur, & ex iis ſinguli contendunt, hanc ſuam fuiſſe filiam. Quid? Ipſi ſcriptores pene neſciunt, cui tandem nobiliſſi-

e) Etym. L.L. p. 535. in voce *tundo*. f) in Lex. p. 177. a. g) in Lex. Hebr. Witteb. edito. h) in Origin. L.L. p. 1053.

liſſimi debeant inventi honorem. Sed jam tentanda pro virili via eſt, qua ad eos pervenire licet

§ VI. Commodiorem autem nobis fortuna non concedet, quam ut prius in genere de Inventoribus hiſce diſpiciamus, ex quanam illi a nobis natione ſint expectandi; Ecce enim Italos! ecce ex extrema parte Aſiæ Chinenſes! ecce novi orbis populum Themiſtaneos! ecce Cathaitanos! Ecce denique etiam Gallos! Hi omnes adſunt, ac de artis Typographicæ inventione nobiſcum certare Germanis non erubeſcunt.

§. VII. Neque ſine teſtimonio comparent. Pro Italis teſtantur *Pomponius Lætus,* i) & *Gilbertus Cognatus.* k) Uterque ſalcis Inventori, *Saturno,* tribuit, quod literas imprimere & ſignare nummos in Italia primus inſtituerit. Cauſam Sinenſium agunt *Jo. Petrus Maffejus,* l) *Garzias ab Horto,* m) *Joh. Gonzalvus Mendoza,* n) *Paulus Iovius,* o) *Petrus Gregorius Toloſas,* p) *Nico-*

i) e loco S. *Cypriani* in lib. de idolis, ſed male accepto. k) lib. III. Sylvæ Narration. pag. 278. l) lib. VI. Hiſtor. Indic. p. 113. m) lib. II. Aromat. ap. Indos naſc. cap. XXXVIII. n) in lib. III. de la Hiſtoria del gran Regno de la China. Hic ex ipſorum Sinenſium mente affirmat, cum ipſo regno Chinæ Typographiam ibi cœpiſſe initium. vid. *Spizel.* de re literar. Sinenſ. Sect. III. p. 35. o) lib. XIV. Hiſt. p) lib. XV. de Rep. cap. III.

colaus Trigaultius, q) *Mercator*, r) Autor admirand. Natur. in Sin. & Europ. s) *Io. Boterus Beneſius*, t) *Io. Hugo Linſchotanus*, u) *Hieronymus Oſorius*, w) & *Io. Metellus*. x) Quantus Cauſidicorum numerus! & omnes contendunt, Typographicam artem priores omnibus Sinenſes, qui veteribus Hiſtoricis etiam Seres dicuntur, teſte *Garzonio*, y) per multa ſecula ſciviſſe; imo *Trigaultius* z) confirmat, nullos non eſſe, qui Sinenſibus Typographiam prius largirentur, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet. Idcirco procul dubio inventionem Typotheſiæ propriam ſibi facient Sinenſes.

§. VIII. Præterea Themiſtanei & Cathaitani ſuis non deſtituuntur Patronis. Illis patrocinium commodant *Genebrardus* a) & *Theve-*

q) lib. I. cap. IV. r) Atlant. Major. deſcription. Regn. Sin. p. m. 371. s) cap. XLVII. t) Rel. univerſ. deſcript. Chinæ. ed. 1596. u) part. II. Ind. Orient. cap. XXVI. w) lib. XI. de rebus geſtis Eman. Regis Luſitaniæ; hunc citat etiam *Laur. Beyerlinck* in theatro, ſub titulo Typographiæ. x) in hiſtor. de nov. Inſ. & nov. orbe. y) Theat. univerſ. diſc. CXXVIII. Idem teſtatur etiam *Guido Pancirollus* de novit. inventis Tit. XII. p. 244. z) loc. jam citat. a) in Chronograph. lib. IV. cum quo ſentit etiam *Brodæus* p. 12. Theſ. critic. part. II. cap. XXVI. p. 485. ubi meminit ſe legiſſe, quod ante mille annos ap. Indos Typographia extiterit.

vetus; b) his vero *Theodorus Zwingerus.* c)

§.IX. Inſequuntur jam preſſo pede Galli, qui provocant ad *Antonium Campanum,* d) quamvis hic ob levem ſuam rationem vix ac ne vix quidem dare poſſit teſtem. Producit enim *Udalricum Gallum*, & hunc à patria & natione ita appellatum credit, cum tamen cognomine tantum vocetur Gallus. Meminit ejus quidem etiam *Franciſcus Irenicus*, e) ſed *Campani* errorem ſtatim accuſat.

§.X. Sed injuriarum agere poſſumus cum his, qui Germanorum noſtrorum honori ita inſidiantur, dum hoſce in hoc negotio plane excludunt, & omnino pro ineptis reputant, cum tamen ipſis hi palmam poſſint in hoc paſſu quotidie præripere. Agedum! Partes eorum pauliſper agamus.

§. XI. Italos quod attinet, miramur illorum cum Græcis ſapientiam lubentiſſime, qua ſane multum in re humana valuerunt, concedimus etiam doctrinam omnem ab illis tanquam ab uberrimo fonte largiter emanaſſe, ſed palmam ipſis de Inventione Typographiæ prima neutiquam concedimus. Ni-

b) in teſtem vocatus à *Mallinckroto* in diſſert. de Typogr. cap. I. p. 3. Confer etiam *Auger. Busbequium* Ep. IV. c) in magno ſuo theatro. d) ap. *Mallinckrot* l. c. e) in exegeſi Germaniæ libr. II. cap. XLVIII. ubi quendam Gallum inter Inventores recenſet.

Nihili eſt teſtimonium, quod *Pomponius* modo pro iis expoſuit.

§. XII. Reponimus I. *Cypriani* locum recte eſſe accipiendum, & ſi durior, recta explicatione molliendum. Loquitur enim de impreſſione literarum non in chartam, ſed in nummos; Loquitur de literarum inciſione non in ſtanno aut plumbo, ſed in chalybe, quæ omnia nullam ſapiunt Typographiam. Imo ne quidem prætudium ejus fuerunt, cum nullum ſuperſit veſtigium, quod ad librorum excuſionem unquam fuerint translata, fidem nobis faciente *Mallinkroto*. f)

§. XIII. Dicimus II. *Pomponii* fidem in dato ſuo teſtimonio meram eſſe invidiam ex ſuperſtitioſioris pertinaciæ affectu erga patriam ortam, qua Germanis noſtris nocere, ſuis vero Italis commodare ſtuduit. Et quid? invidiam hanc Itali ipſi produnt Scriptores, inventionem Typographiæ dum Teutonibus libere relinquunt, qui ſunt M. A. *Coccius Sabellicus* g) & *Baptiſta Fulgoſus*. h) Sed pluribus verbis non opus eſt, quia *Pomponius* hic etiam eſt ablegatus a *Peutingero* i) ita, ut redire non poſſit. Quieſcente autem *Pomponio*, quieſcere oportet quoque *Cognatum*, ut pote qui non

f) l. c. p. 4. g) Ennead. X. lib. VI. h) lib. VIII. dict. & fact. memorab. cap. XI. i) in Antiquitat. German. legitur illa refutatio etiam apud *Serrarium* in rebus Mogunt.

non alio quam *Pomponius* gladio in hac arena didicit pugnare.

§. XIV. Atque ſic remiſimus Italorum Patronos. Nunc cum Sinenſium & cæterorum advocatis nobis res erit. Timoris nos fere quatit horror, quando frequentiam eorum, qui pro Sinenſibus ſe ſtitere, intuemur, &, ſi multitudini palma adſcribenda, parva nos de ea ſpes alit. Maximam quidem partem ex iis rejicere poſſemus ob fidei lubricitatem, quam ejusmodi Scriptoribus *Voſſius* tribuit, k) vel cujus unus & alter in ſpecie ſuſpectus eſt; l) Sed hoc refugium non placet. Studebimus potius amicabili compoſitioni, quam ut neceſſitate non cogente ſe-

k) in de Idololat. Gent. p. 184. ubi Indorum Scriptores maximam partem fuiſſe mendaces aſſerit. Et non absque cauſa. In promtu hæc eſt ex *Strabone* lib. XI. p. m. 350. Difficulter enim redarguuntur, quæ de longe diſſitis narrantur. l) Puta *Jovium* & *Linſchotanum*. Hic multa tradit, de quibus hinc inde non pauci dubitant. Illius fidem exclamat ſuſpectam *Salmuth* in not. ad *Pancirolli* novit. inventa Tit. XII. p. 248. & provocat ibi ad *Bodinum* in Method. Hiſt. cap. IV. qui ſequens *Jovii* prodit reſponſum ad quæſtionem, cur ſimularet falſa, vera diſſimularet? Amicorum gratia id à ſe fieri. Conf. *Goræus*, Pariſienſis, qui quas finxit Amadiſi fabulas, non minus veras, quam *Jovii* ſcripta, confidit.

ctemur forum, aut nos invicem experiamur.

§. XV. Laudem Sinenſibus ſuæ artis Typographicæ non detrahemus, neque noſtris Teutonibus ſuam detrahi patiemur. Fiet autem ſequenti ratione. Diſtinguimus inter Typographiam proprie & improprie ſic dictam, ſeu, inter Typographiam, & uti *Bertius* ſuggerit, m) affine Typographiæ artificium. Hoc, ut paucis cum multis redeamus hoſtibus in gratiam, & Sinenſibus, & Cathaitanis, ſeu, ut alii vocant, Cathaienſibus iſtis ad Septentrionem vicinis, & Themiſtaneis ambabus, quod dicitur, largimur, quamvis non ad CCCC. ante Chriſtum annos, quicquid *Rogerius* n) dicat, ſed ad aliquod ante nos tempus; illam autem concedimus minime.

§. XVI. Et profecto non poſſumus; Nam Chinenſium artificium Typographiæ nomen non meretur, quia non ſingularibus typis, ceu noſtri, ſed integris tabulis excuſionem peragunt; quia etiam verba non literis, ſed figuris & certis ſignis indicant, quorum ſingula totidem verba ſingula denotant, uti hoc omne confirmant *Garzonius*, o) *Antonius Pantogia*

m) ap. *Mallinkrot.* l. c. qui ad illum provocat. n) citatus à *Mallinkrot.* loc. citato. o) in Theatro l. jam cit. Hic inſuper addit, quod eum, qui Sinicam Scripturam legere deſideraret, ad minimum 85000 figu-

γιαυτόπτης, p) *Metellus*, q) ex *Trigaultio Spizelius*, r) *Lanſius*, s) *Johannes Niehofius*. t)

§. XVII. Ita Typographia paulatim ad Germaniam demittitur, ut inibi ſuas quærat natales; quidſi autem Chinenſes vel eorum Procuratores adhuc prætenderent, Germanos artem ſuam, quam Typographiam nominarent, didiciſſe à Sinenſium artificio, il-

gurarum ſcientia inſtructum eſſe oporteret, & qui perfecte intelligere, etiam ſupra 120000. p) Hunc *Caſpar Ens* in lat. lingu. ex Italica traduxit part. II. Theſaur. polit. apoteleſmat. XL. p. 169. ita de Sinenſium Typographia loquentem: *Non jungunt literas more noſtro, ſed in ſingula folia tabulas formant, quæ utrinque characteres habent. Quod etſi perquam laborioſum videtur; ſunt tamen in eo celeres & expediti.* q) in Hiſtor. cit. l. c. r) in de re literar. Sinenſ. Sect. III. p. 36. s) in Orat. pro German. p. 1149. ſeqq. ubi egregie rem Germanorum agit. t) In der Geſandſchaft der Oſt-Indiſchen Compagnie in denen vereinigten Niederlanden an den groſſen Tartariſchen Cham, jetzo Siniſchen Kayſer, edita Anno hoc 1666. Cap. II. deſcript. Regn. Sinæ p. 245 ſeqq. ubi non ſolum ſeptendecim ſpecies ſignorum a ſerpentibus, avibus, herbis & aliis rebus quondam ſumtorum narrat, atque æri inciſas oſtendit, ſed ſimul etiam moderno tempore uſitatas exhibet. Conferatur de veteribus etiam nobiliſſimus a *Mandelslo* in ſuo itinere ab Oleario deſcripto.

lius affini, ac interjecto tempore interpolaſſe? Neutiquam. Nam ultra L annos hæc ars jam radices egerat inter Germanos, priusquam de Sinenſibus vel minimum etiam hiſce cognoſcere licuit. Si inſtant: impoſſibilem eſſe unius artis inventionem in locis diverſis absque communicatione; Reſpondemus cum *Philoſopho*: Nihil prohibet, easdem artes à diverſis vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem inveniri, addimus & rationem. Omnipotenti nihil impoſſibile. Videant potius Chinenſes, quid reſpondeant *Zeillero*, qui ex *Nordermanno* u) per conjecturam quem aſſequi poſſe ait, quod ipſi ſuum artificium imprimendi acceperint à Judæis. v) Sed eſt ſaltem conjectura, quæ nihil ad nos; illi de hac videant.

§. XVIII. Ne autem ſuccenſere nobis in poſterum jure poſſint Sinenſes, laudem ipſis debitam hic perſolvere parabimus. Sunt autem laudandi ob characteres candidos, quos in nigro formare quam apte poſſunt; Qua in re noſtros antecedere putat *Antonius Pantogia*. x) Limitamus hic, quondam, non autem hodie; nam id hodie noſtros itidem perdidiciſſe in propatulo eſt. Porro ob inſignem tam

u) in Concluſ. de Jure Pp. quem citat *Joannes Limnæus* l. VIII de Jur. Publ. cap. X. num. V. v) in Itin. Germ. Tom. II. Cap. XIV. p. 167. x) loco ſupra jam citato.

tam operoſo artificio celeritatem; Folia enim Typographus ibidem unus uno die ſæpe quingenta ſupra mille expedit, & in ſculpenda tabula nihilo plus temporis, quam noſtri in compingenda columna atque emendanda, conſumere videtur. Et hoc ex fide perquam Reverendi Viri *Spizelii.* y) Sed è diverticulo in viam.

§ XIX. Deſinimus igitur laudare Chinenſes, & ad laudem Germanorum noſtrorum properamus. Jubemus hos jamjam pœana meditari, nam qui illis antea contradicere audebant, profligati ſunt ad unum omnes. Imo hic unicus *Campanus*, Gallorum quaſi defenſor, ſupra jam victas manus oſtendit. Poſſet ipſi quidem *Polydorus Virgilius* cum ſuo *Genſone* vere Gallo, qui Romæ perfectiorem reddidiſſe Typographiam ab ipſo dicitur, z) ſuppetias ferre, attamen fruſtra pugnarent, Emendator enim, non eſt rei auctor; Præterea ſuccenturiatum *Wimpfelingium* a) hic producimus, qui *Irenico*, quem ſupra cum *Campano* congredientem errorem ipſius manifeſtando reliquimus, maſcule ſuccurrit, atque *Ulricum* Typographum, cognomine Gallum, fuiſſe vocatum, iidem expreſſe pronunciat. Dictus Gallus alias non levi dimittendus eſt gratia, quia rem literariam ex inopia ad in-

y) loc. cit. z) lib. II. Cap. VII. de Invent. Rer.
a) in Epitom. Rer. Germanic. Cap. LXV.

gentem ubertatem produxit, unde qui eum modo pro Gallo homine voluit venditare, ita in illum jocatus eſt: b)

Anſer Tarpeji cuſtos Jovis, &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 175.)

§. XX. En vobis, Germani dilectiſſimi nunc palmam, quam tandem tot contradicentes concedere oportuit! *Stephanum Zamoſcium*, vel uti hunc vocat *Boxhornius*, c) *Samoſcium*, qui in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ, Florentiæ librum, in Scythia ante multa ſecula impreſſum, exſtare dicit, & inde Germanorum laudi quid detrahere tentat, d) illis ſupra memoratis annumerare noluimus, quia Scytharum imprimendi ratio cum Sinenſibus eadem, ſicuti moderno tempore utrisque & idem Dominus, Magnus ſcilicet Tartarorum Chamus, ſed eadem, qua Sinenſes, noſtra liberalitate contentos fore Scythas, nobis perſuaſimus. Alias rigidius cum illis agit *Zeillerus*, e) qui de nobiliſſimæ hujus artis inventione in ejusmodi barbarie plane dubitat.

§. XXI. Hoc jam prælium peractum eſt. Sed ſicuti non ſufficit victoria parta, verum etiam boni militis eſt, poſtmodum caute agere, & de ea tuenda quoquo modo cogitare, ita nos quoque ſolliciti jam erimus de du-

b) Vid. *Wimpfel.* loc. cit. c) Hiſtor. univerſal. p. 181. ad) in Annal. Daciæ antiq. cap. III. e) Itinerar. Germ n. Tom. I. Cap. XIV. p. 315.

ducibus optimis, qui nobiscum faciant, ac quibus nos muniamus. Stabunt autem à parte noſtra *Stephanus Paſchaſius*, ſeu *Paſquierius*, f) *Philippus Beroaldus*, g) *Ioh. Nauclerus*, h) *Marc. Anton. C. Sabellicus*, i) *D. Sebaſtianus Brantius*, k) *Nicolaus Vernulaus*, l) *P. Bertius*, m) *Scali-*

f) lib. IV. d. Recherches de France cap. XXIV. g) in ſuis Opuſc. p. 130. ubi in laudem Germaniæ ita canit: *O Germania* &c. [vid. ſupra Part. I, p. 173] h) In Chronograph. fol. 282. edit. Tubing. 1516. Digna ſunt hujus verba, ut hic apponantur: *Hoc inventum*, inquit, [intellige artem impreſſoriam,] *neſcio an unum ſupra reliquas nationes ingenium Germanicum* vel elegantia ſua, vel utilitate efferat. Item poſt paucas lineolas: *Fato Germanicis ingeniis datum putarim, ut in ære tractando imprimis excellant, quod cum multis aliis patet, tum hoc præſertim impreſſoriarum formularum ſtanno.* i) Ennead. X. lib. VI. inquiens: *Commentum Teutonicum, eſt fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minori quæſtu.* k) in elogio artis impreſſoriæ a Germanis inventæ, ubi inter alia:

Quæ doctos latuit Græcos, Italosque peritos,
Ars nova, Germano venit ab ingenio.

l) diſſertat. IV. de Peregrinat. Hujus teſtimonium tale eſt: *Omnium hæc eſt confeſſio, nusquam gentium ingenioſiores machinas, nusquam gentium excellentiora artificia, quam in Germania, reperiri. Non ignoratis, Typographiam eſſe inventum Germanum.*

Quale

ger Pater, n) *Cœlius Calcagninus*, o) *Chriſtoph. Mylaus*, p) D. *Daniel Cramerus*, q) Conſultator Tubingenſis *Lanſius*, r) *Michaël Maierus*, s) *Polydorus Virgilius*, t) *Huldaricus Mutius*, u) *Meibomius*, w) *H. Salmuth*, x) *Chriſtoph. Beſoldus*, y) *Franciſcus Irenicus*, z) *Aventinus*, a) *Alexander Sardus*, Ferrarien-

Quale vero ac quantum? Profecto non tam mortalibus, quam immortali Deo adſcribendum. m) in Comment. Rer. Germanicar. lib. III. p. 613. n) Exerc. XCIX. §. 1. & in Epitaphio Germanorum, qui ad Viennam bello Turcico ceciderunt. o) fol. 551. p) in Conſil. Hiſtor. Univerſal. ſcribendæ p. 269. *Res literaria magnum*, inquit, *incrementum accepit ſingulari Characterum a Germanis uſu introducto, quo protinus librorum omnis generis maxima copia eſt proſeminata.* q) in concione funebri *Davidis Rhæti*, Typographi Stetinenſis. r) Orat. pro German. p. 1149. in 8. s] Comes Imperial. Conſiſt in veris inventis German. Cap. V. p. 138. t) de Rer. Invent. lib. II. Cap. VII. u) Chron. German. lib. XXVIII. w] in illuſtrat. IV. Sum. Imp. *Iohannis Sleidani* libr. III. p. 443. qui ſimul etiam adducit *S. Munſterum* & *F. Philelphum*. x] in not. ad *Guidon. Panciroll.* Tit. XII. novit. invent. y) Diſſertat. de Typographia jam cit. p. 56. ex quo *Bellermontius* ſua omnia, quæ habet ad hanc rem, hauſit in diſſert. Polit. XXX. p. 96. z) in Exegeſi Germ. ſupra jamdum citata. a] Lib. XVII. Annal. Conf. *Zwingerum* p. 3629.

rienſis, b) *Genebrardus*, c) *P. Ramus*, d) *Garzonius*, e) *Althamerus*. f) Theatri Hollandici ſtructor *Boxhornius*, g) *Mallinkrotus*, h) *Rivinus*. i) Tandem Argentoratenſium lumina, D. *Schmidt*, k) *Berneggerus*, l) *Bœclerus*, m) & alii. n) Hi omnes pro Germania pugnant, & horum ſub tutamine nos tutos fore confidimus.

b) de Rer. inventor. lib. 1. pag. 5. c) lib. II. Chronograph. p. 233. d) lib. II. Proœm. Mathem. fol. 64. e) in Amphitheatro univerſal. de Art. Diſſert. ſæpius citata. f) in Comment. ad *Taciti* German. g) in Hiſtor. Univerſal. ubi contra Moguntinos pro Harlemenſibus pugnat. h) in Tractatu de Typograph. Anno MDCXXXX. vulgato, Cap. I. i) Ille nobilitatis literatæ aquila & Polyhiſtorum noſtri ſeculi Phœnix, uti eum appellavit quondam excellentiſſimus hujus Academiæ Mathematicus, Dn. L. *Philippus Müllerus*, in Orat. adhuc ἀνεκδότῳ. Iſte autem nobiſcum ſentit in Orat. ſua de Chalcographia in renunciat. Baccalaureorum ex hac cathedra hab. Anno ſeculi præſentis XL. k) in Concion. de Typograph. an. modo dicto Argentorati hab. Conc. I. p. 4. l) in Orat. in laudem beati Dn. *Storckii*, hab. Argentorati. m) In Orat. habita Argentor. in Creatione Magiſt. & Baccalaur. eodem anno XL. ſeculi currentis, quo ſuum Jubilæum Typographi Lipſienſes Typographicum celebrarunt. n) quos citatos vid. ap. *Cluver.* in Epit. Hiſt. tot. mundi. p. m. 618. *Garzonium* jam cit. & in Jubilæo Typograph. Lipſ.

Caput ſecundum
de
Artis Typographicæ Inventoribus in ſpecie.

Fundamentum.

Deo datur gloria. Scriptorum de Inventoribus Typographiæ magna diſſonantia. Auditur *Mallinkrotus* eam repræſentans. Confuſionis autores alii. Nonnullis objicitur acceptio falſa. Aliis inſolentia. Reconciliatio inſtituitur. Tandem pro *Johanne Mäntelino*, Argentoratenſi, concluditur.

Illuſtramentum.

§. I. Pergendum nobis eſt ocyus, & in Germania noſtra inquirendum diligentiſſime, quisnam è noſtris inventor jam ſit Artis Typographicæ? ſed abſit, ut hinc pedem moveamus. Deo prius hic gloria danda, & omnis inventio Typographiæ ipſi adſcribenda, ſiquidem ab ipſo omne donum bonum deſuper; a) Inſignem ingratitudinis notam meriti fuiſſemus, in hoc ſi nos negligentes quis deprehendiſſet.

§. II. Nunc demum pergere licet. Sed quorſum? Si in antecedente capite in periculo fuimus compitorum, profecto nihil hic minus timendum, nam magna de inventoribus inter ſcriptores exiſtit diſcrepantia. Hi enim

a) Jac. I. v. 16.

enim *Johannem Gutenbergium* pro inventore laudant, iſti *Johannem Fauſtum*, alii *Johannem Genſefleiſchium* adducunt,b) iterum alii *Petrum* etiam *Schoifferum*.

§. III. Acerrime hic accuſanda eſt Scriptorum negligentia, qua ſuper omnes grates invento poſito tantas incertitudinis tenebras paſſi ſunt oriri, cum tamen non uni de eo mentionem injecerint. Mirabere, quisquis es, quando in campum nobiſcum deſcendes, ubi de inventoribus Typographiæ inter ſe controvertunt. Nullus autem omnium hunc melius aperuit, quam nobiliſſimus *Mallinkrot*, c) itaque ex eo ſumam huc mutuo ſequentia: Plerique d] in *Johannem Gutenbergium* conſentiunt &c. [vid. ſupra Part. I. p. 696. ſq. usque ad verba: Trithemius *eundem* Petrum *hujus artis dilatatorem vocat.*] Hactenus *Mallinkrotus*. Proh Deum immortalem! quales hæ tricæ?

§. IV. Sed hæ nondum ſufficiunt; Licet hiſce

b) Obſervandum hic obiter: Quoniam plurimi de Inventoribus hiſce *Johannis* nomine veniunt, ideo Typographi Lipſienſes ſuum Jubilæum in illorum memoriam celebrarunt & honorem in feſto S. *Johannis* Baptiſtæ, uti videre eſt in cit. jam Jubil. p. 5. c) in diſſert. de Typograph. Cap. XI. p. 73. d) Hos autores adductos absque rerum, de quibus ſcripſere, & locorum indictione, infra iis omnibus inſtructos iterum repræſentabimus.

hiſce quis ſe magno labore extricaverit, in promtu ſunt aliæ, nam alii ſe nobis adhuc obviam dant Inventores Typographiæ. Obſervamus præterea *Johannem Regiomontanum*, e) *Theodoricum Greſmundum*, f) *Laurentium Coſterum*, g) & *Johannem Mantelinum*. h) Ex his multis quis jam eligendus, & quomodo confuſio tollenda?

§. V. Ex facili quidem *Ramum* cum ſuo *Regiomontano*, cum ſuo *Greſmundo Victorium*, nec non illum *Laurentium* dimittere poſſumus, ſed non item cæteros. Ad duos priores dicimus: *Purbachii* tabulæ, in quibus in hanc ſententiam *Ramus* devenit, non ab ipſo *Regiomontano*, ſed ejus ſaltem tempore novam imprimendi artem fuiſſe tentatam dicunt. Si ætatem *Greſmundi* ſub examinis incudem revocare volumus, illam non deprehendimus juſtam, quia de-

e) Hunc nobis ſuperinducit *Pet. Ramus* libr. II. Schol. Mathem. & ex illo *Theodor. Zwingerus* in Theatr. f) quem famoſus ille Hieronymianorum operum Commentator *Marianus Victorius* Reatin. Epiſcopus Amerinus inveniſſe putat in Comment. ad Ep. *Hieronymi* ad *Ageruchiam* ſ. *Gerontiam*, ut eſt apud *Eraſmum*. g) hunc inventorem Typographiæ laudant *Fridericus* [leg. *Hadr.*] *Junius* in Batav. *Gotfridus Hegenitius* in Itinerar. Friſio-Holland. p. 87. It. *Boxhornius* in Theatro, & *Henricus Schorus* apud *Walchium* Fab. IX. h) In Chron. Argentorat. MS.

demum *Eraſmi* vixit ævo, ac proinde multum poſt, quo Typographia primo lucem aſpexit. Et recte ſibi ſubodoratus videtur *Mallinkrotus*, i) quid ſagaciſſimæ naris *Victorio* impoſuerit; nimirum pro *urbi* legit *viro*. Cum enim de laude urbis Moguntiæ dixiſſet *Eraſmus*, quod multos eruditos viros ediderit, & inter hos etiam *Greſmundum*, pergit: *Huic urbi boni omnes bonarum literarum ſtudioſi non parum debent ob egregium illud ac pene divinum inventum, ſtanneis typis excudendi libros.*

§. VI. *Laurentius Coſterus*, ſeu verius *Cuſtos*, nam tantum æditus fuit, uti ex *Scriverio* evincit ſupra jam laudatus *Rivinus*, Academiæ quondam hujus Profeſſor celeberrimus, k) ſua ſponte abeat, plus enim laudis in inventione Typographiæ a nobis non expectabit, quam cuſtos meretur, qui in infima paginæ parte ſeu columnæ ſolet poni ad principium ſequentis paginæ ſuggerendum. Si audire cupit, dicemus: Plus illi non tribuimus, quam ſyllabicum quid & dimidiatum, i. e. levem operam in Typographia perficienda. Ejus defenſoribus reſpondemus: Hiſtorias ipſorum effictas in gratiam forte patriæ fidem mereri non poſſe, multo minus teſtimonia domeſtica in propria cauſa valere. Quid enim inſcriptio illa l) literis aureis in domo dicti Cuſtodis Harlemi conſpicua? Me-

i) l. c. p. 75. k) in Orat. de Typograph. loc. jam cit. p. 13. l) Hanc

Memoriæ ſacrum &c. [vid. ſupra Part. I. pag. 502.]

Profecto nihil aliud quam inſolentiam & meram *ἀποθέωσιν* indicant. Verum neceſſitas non poſtulat, ut ulterius Cuſtodem contra pugnemus & ejus aſſertores, vicit enim jamdudum *Mallinkrotus*. Inde victos relinquimus.

§. VII. His relictis obſervabimus, quomodo ſe ex ſupra dictis tricis extricet *Mallinkrotus*, deinde etiam evolutionem aliquam tentabimus. Hic m) diſſonantiam ſuperiorum revocare audet ad aliquam conſonantiam, ita, ut cuilibet ipſorum de inventione aliquid adſcribat, excepto *Genſefleiſchio*, quem plane ſicco pede præterit. *Gutenbergium*, licet ſuffragiorum prærogativam poſſideat, de principatu deponit, & hoc donat *Fauſtum*, ſeu, ut multis aliis dicitur, *Fuſtum*, quia præcipuum artificii Typographici inſtrumentum huic adſcribitur, videlicet typi ex ære facti. Sane *Fauſti* fauſtus hic conciliator.

§. VIII. Deinde locat *Gutenbergium*, ob liberalitatem ſuam, qua hanc artem adjuvit inſigniter, & atramenti impreſſorii inventionem. n) Denique *Schoifferum*, ob matricum fun-

l) Hanc vide apud *Hegenitium* ſupra citatum. m) Diſſertat. cit. Cap. XI. ubi multus eſt in hac re, & omnino meretur evolvi. n) *Thevetus* ipſi hanc adſcribit, ſed *Polydorus* l. c. *Schoiffero*. Forſan uterque hic nobilem operam præſtitit.

fundendis typis inſervientium excogitationem. Fortaſſis hic loco ultimo contentus fuit lubentiſſime, quia *Fauſti* filiam ob inventum ſuum in connubium impetravit. Alia res eſt *Gutenbergii*, cui bilem movere poſſet non tam degradatio inter Typographiæ inventores, quam nobilitatis negatio, quæ ab eodem *Mallinkroto* laceſſitur. o)

§. IX Hoc autem omne *Mallinkroto* perſuaſit *Salmuthus* p) mediante inſtrumento, quo narrationem ſuam firmavit; Narrat vero de lite inter *Fauſtum & Gutenbergium* orta confectum An. M CCCC LV. d. VI. Nov. a Notario *Ioh. Ulrico Helmaſpergero.* Ita ſe extricat *Mallinkrotus.* Sæpius laudatus D *Rivinus* q) itidem extricationem aliquam molitus eſt per diſtinctio-

o) l. c. A multis alias in equeſtri ordine ponitur *Gutenbergius*, videlicet a *Wimpfelingio, Sabellico, Palmerio, Langio, Virgilio, Theveto, Melch. Adamo, Farreolo Locrio, Petavio* & auctore *Chronici Colonienſis*; A multis iterum aurifaber ſaltem ſalutatur, uti a *Spondano, Calviſio*, aliis. Qui cum *Mallinkroto* l. c. conjecturat, *Gutenbergium* demum ob laudabilem operam, quam in inventione Typographiæ præſtitit, in equeſtri ordine locum inveniſſe, & quidem interveniente pecunia, illum Oedipum ferme putabimus. Quem enim pecunia non nobilitat? p) in Not. ad *Pancirol.* l. c. q) in Irrungs-Entſcheidungen bey der edlen Buchdruckerey. Extant in Jubil. Typograph. Lipſ.

ctionem inter typorum formatores, *die Schrifftgieſſer*, typorum compoſitores, *die Setzer*, & typorum impreſſores, *die Drucker*, atque aurifabrum *Gutenbergium*, formatorem typorum, *Fauſtum*, compoſitorem ſ. collectorem, *Schoifferum* denique ceu infimum, *den Iungen*, impreſſorem pronunciavit.

§. X. Sed hujus ac iſtius inventum, quod tamen cum pace tantorum virorum dixerim, non ubique placet. In *Mallinkroto* nos movet proceſſus rigidior cum *Gutenbergio*, quod hunc fere plane ejiciat è numero inventorum, vel admodum leve quid ipſi tribuat: in *Rivino* autem parca & incerta diſtributio. Nullibi enim *Gutenbergius* typorum formator expreſſe legitur, ſed potius *Fauſtus*, & nullibi *Schoifferus* tantum impreſſor, & quid impreſſor ad inventionem?

§. XI. Si ejusmodi conjectura quid ad rem faceret, allubeſceret nobis potius diſtinctio inter Typographos & Typographiæ Dominos, *die Druckerherrn*, qui ſumtus ferunt. Dominum vellemus nominare *Gutenbergium*, reliquos duos vere Typographos. Aſt ſi hi Typographi, ubi artis inventores? Itaque ad ſcopum tandem nobis collimandum eſt. Agnoſcemus hos Typographos ac Typographiæ interpolatores, deinde alium inventorem ipſis præficiemus. Eſt autem ille Civis Argentoratenſis, *Iohannes Mantelinus*, cujus jam inter inventores mentionem injecimus. Hic

Ar-

Argentorati excogitavit per Dei gratiam hanc artem, & perjurio famuli *Genſefleiſchii* per modo dictos poſtmodum exerceri à ſe inventam vidit Moguntiæ.

§. XII. Non autem hoc per conjecturam aſſequimur, ſed per publicorum annalium Argentoratenſium fidem. Et ſi ante licuit *Mallinkroto*, Notarii inſtrumento fidere, licitum nobis jam erit potius, Reipublicæ quam optime conſtitutæ fidere Commentariis & Inſtrumentis. Ut plus fidei hic mihi conciliam, fidem illam non meis, ſed verbis Celeberrimi Dn. *Bœcleri*, r) faciam. *Hi*, inquit, (*ſcil. Annales Argentoratenſes*) Johannem Mæntelinum, *civem Argentoratenſem*, &c. usque ad verba: *& bona fide denarrant*. (vid. ſupra Part. II. pag. 173.) Ecce jam Typographiæ inventorem.

Caput tertium
de
Inventionis loco.
Fundamentum.

Locus nativitatis Typographiæ eſt in Germania ſuperiori Argentoratum. Loca ſpuria rejiciuntur. Pugna de Typographia inter Harlemenſes & Moguntinenſes. Horum eductæ copiæ.

r) in Orat. jam citat. Conf. etiam Dn. D. *Schmid.* in Concion. ſuis de Typographia.

Illuſtramentum.

§. I. Sed ubi pulchra hæc ſoboles enata? Germanam fore ſupra elicuimus. Nunc, quoniam Germania duplex, ſuperior & inferior, res eſt quæſtionis, num in paluſtribus & ſtagnoſis Hollandiæ, an vero in campeſtribus Germaniæ ſuperioris ſit quærenda? Reſponſio jam eſt facilis, poſtquam filiæ pater eſt inventus. Secundum hunc ipſius Patria eſt in ſuperiori Germania pulchrum Argentoratum. Atque ita Typographiæ ſunt quaſi argenteæ cunæ.

§. II. Eſt quidem res jam deciſa; Placet tamen evolvere & alia loca, quæ hinc inde à Scriptoribus Typographiæ ceu natale ſolum falſo aſſignantur. In univerſum autem quinque ſe nobis obviam fecerunt: Harlemum, Gouda, Moguntia, Ruſſenburgum & Auguſta Vindelicorum. Inter has civitates præprimis Harlemum & Moguntia de Typographiæ incunabulis certant, reliquæ, quod dicant, vix habent. Diſpiciemus autem paucis de ſingulis.

§. III. Auguſtæ Vindelicorum hunc honorem typographicum adſcripſiſſe *Gilbertum Cognatum*, a) auctor eſt Collector acceſſoriorum ad editionem *Polydori Virgilii*. Sed injuriam huic viro facit aperte, utpote *Petrum Schoifferum*, ſeu, ut alii vocant, *Schæfferum*, Augu-

a) Lib. III. Narrat. Sylv.

guſtanum, b) non Auguſtæ hanc artem reperiſſe dicenti. Quod Alſatiæ oppidum Ruſſenburgum ab officinarum impreſſoriarum ſtrepitu id nominis obtinuerit, teſtatur *Irenicus*, c) unde alii poſtmodum concludunt, Typographiam inibi etiam initium accepiſſe. Verum teſtimonium illius ut frigidum & ſolitarium rejicimus, his autem poſt inventionem exercitium ſaltem concedimus.

§. IV. Similiter ſe res habet in civitate Gouda, cui *Georgius Braunius* d) ante omnes alias in Batavia, quod eſt contra *Junium*, pro Harlemo pugnantem, e) proximam Typographiæ cognitionem adjudicat, & quidem in cœnobio Mendicantium. Cognitionem hanc facile concedimus, nobis enim non contrariatur, qui de inventione quærimus. *Junio* potius competit ſuas hic partes agere. Si jam Harlemum & Moguntia accedunt, nulli harum inventionem primam largimur, licet anxie hanc deſiderent. Sufficiat Moguntiæ, primum exercitium obtinuiſſe, Harlemo vero, fruſtra decertaſſe.

§. V. Nihil autem ad nos pugna illa, quæ inter has ferbuit hactenus; poſſemus & prorſus præterire. Lubet tamen copias perluſtra-

 re,

b) Quod vero in *Schæfferi* patria *Cognatus* erraverit, ſupra à *Mallinkroto* jam eſt notatum. Cap. II. §. V. c) in Exeg. German. d) lib. IV. citat. à *Zeillero* Itinerar. German. Tom. I. p. 445. e) loc. cit.

re, quas una adverſus alteram eduxit. Moguntia duas turmas habet, unam Veteranorum,& Tyronum unam. Veterani & qui ante *Hadriani Iunii* tempora vixerunt, ſunt: *Trithemius*, f) *Iacobus Wimpfelingius*,g) *Conradus Pentingerus*, h) *Iohannes Nauclerus*, i) *Sebaſtianus Brandus*, k) *Conradus Celtes*, l) *Philippus Beroaldus*, m) *Raphael Volaterranus*, n) *Sabellicus*, o) *Ioh. Baptiſta Fulgoſus*, p) *Laurentius Valla*, q) *Andreas Althamerus*, r) *Petrus Apianus*, s) *Sebaſtianus Munſterus*, t) *Huldericus Mutius*, u) *Iohannes Aventinus*, w) *Paulus Langius*, x) *Iohannes Carion*, y) *Auctor Paralipo-me-*

f) in Chron. ad A. C. 1450. It. in Epiſt. ad fam. ep. XLVIII. & Lib. I. Exhortat. Hom. VII. g) Epit. Cap. XLV. h) loc. jam cit. i) luculentiſſimus hic Hiſtor. Vniverſ. Autor pugnat ſub Generat. XLIX. k) in carmine de Art. Typogr. l) Libr. III. Amor. Eleg. XIII. It. Lib. II. Am. Eleg. I. m) loc. ſupr. cit. n) Lib. XXXIII. Anthropol. o) Ennead. X. lib. VI. p) Lib. VIII. factor. & dictor. memorab. Cap. II. p. 294. q) in Operib. ſuis extat Tetraſtichon, quod etiam pro Germanis pugnat. r) in Commentar. ad *Taciti* Germaniam, ad illa verba: *Literarum ſecreta Viri pariter ac fœminæ ignorant*. s) Vir tanti in re mathematica nominis, ut etiam Carolum V. jam tunc Imperatorem & domandæ Germaniæ intentum meruerit habere diſcipulum, lib. II. Coſmograph. t) Cap. CLIX. lib. III. Theatr. u) Chronic. German. XVIII. Lib. w) Libr. VII. Annal. Boicorum. x) in Chronic. Citizenſ. in A. 1454. y) in Chron. a Melancht. aucto.

menon ad Urſpergenſem, z) *Iohannes Funccius*, a) *Theodorus Zwingerus*, b) *Franciſcus Irenicus*, c) *Polydorus Virgilius*, d) *Franciſcus Philelphus*, e) *Iacobus Bergomenſis*, f) *Paulus Iovius*, g) *Baptiſta Egnatius*, h) *Iohannes Boterus*, i) *Palmerius*, k) *Garzonius*, l) *Maginus*, m) *Bardus*, n) *Ioh. Bodinus*, o) *Stephanus Forcatulus*, p] *Chaſſanæus*, q) *Petrus Ramus*, r) *Andreas Thevetus*, s) *Henricus Pantaleon*, t) *Geor-*

z) Hic idem habet, quod *Wimphelingius*, quod bona fide transſcripſit. a] in Opere Chronolog. b) in laborioſiſſimo ſuo Theatri Vitæ humanæ opere, Volumin. XIX. Libr. I. p. 3196. Conf. & *Gaſſend.* Tom. V. f. 531. c] Vid. hunc celebrem Rerum Germanicar. Exegeten Lib. II. Cap. XLVII. d) Lib. II. Cap. de Rer. inventor. VII. e) in Epiſt. f) Lib. XV. ſupplem. Chronic. ubi etiam in laudem Typograph. ſed cujus autoris, non indicat, ſequentes verſus habet: O felix noſtris memoranda &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 309.)

g) Libr. XIV. Hiſtor. Chin. qui quamvis Chinenſibus tribuat inventionem, in Elogiis tamen, ſui quaſi oblitus, aliter ſentit. h) citatus a *Mallinkroto* Cap. II. i) famoſi nominis Politicus in Relat. ſuis Hiſtor. k] in ſuo Chronico. l) in Amphitheatro jam cit. m) in Coſmograph. n] in Chronolog. Vniverſ. o] in Methodo Hiſtor. Cap. VII. p] de Imperio & Philoſophia Gallorum. q] in Catalog. Gloriæ mundi, part. II Conſiderat. XXXIX. r] loc. cit. s) Regis Chriſtianiſſimi quondam Medicus,

Georgius Sabinus, u) *Bernhardus Mollerus*, w) *David Sigiſmundus Caſſorius*, x) *Nicodemus Friſchlinus*, y) *Martinus Cruſius*, z) *Iohannes Arnoldus Bergellanus*, a) *Melchior Guilandinus*, b) *Conradus Geſnerus*, c) *Cornelius Callidius*, d) *Achilles Gaſſarus*, e) *Caſpar Hedio* f) Tantum in prima turma. In altera eminent *Petrus Opmeerus*, g) *Abrahamus Bucholcerus* h) *Henricus Spondanus*, i) *Horatius Turſellinus*, k) *Chriſtophorus Helvicus*, l) *Henricus Salmuth*, m) *Guido Pancirollus*, n) *Melchior Adamus*, o) *Iulius Bulengerus*, p) *Ferreolus Lœrius*, q) *Ni-*

cus, in Vita & effig. Illuſtr. t] in Opere de Illuſtribus German. Viris. u] in Cæſar. German. ſub *Friderico* III. w] lib. III. Deſcriptionis Rheni. x) in Hodœp. ſuo. y] Sueviæ decus, in Julio redivivo. z) Lib. IV. Germano-Græc. Epigramm. III. a) in Encomica Eleg. de Typograph. b) in Tractatu de Papyro. c) in Pandect. lib. XIII. Tit. d) in calce Catalog. ſui de Illuſtr. Script. German. e) in Epit. Hiſtor. f) part. IV. Chronici ſelecti Germ. p. 633. g) in Opere Chronograph. poſthum. p. 703. h) Chronol. Ind. i) feliciſſimus Annalium Eccleſiaſticorum Epitomator in Auctar. Chronol. ad An. 1441. k) Lib. X. Epit. Hiſtor. l) in Theatr. Hiſtor. p. 141. m) Polyhiſtor eruditiſſimus in aureolis ſuis ad *Pancirolli* Memorabilia Comment. ad Tit. jam citat. n) loc. modo allegato. o) in vitis Philoſophorum German. de *Iohanne Fauſto* & *Ioh. Gutenbergio*. p) Lib. V. Hiſtor. ſui temporis ad A. 1577.

Nicolaus Serarius, r) *Georgius Draudius*, s) *Gabriel Naudeus*, t) *Ioh. Heidfeldius*, u) *Wilhelmus Dulichius*, w) *Petrus Matthaus*, x) *Autor Antiquitatum Britannicarum*, y) *Iohannes Serraus*, z] *Dionyſius Petavius*, a) *Iohannes de Colle*, b) *Iohannes Buſaus*, c] *Ioh. Iacobus Friſius*, d) & denique *Arnoldus Rayſius*. e) Contra hos omnes ſe ſiſtere non dubitant nunc ex parte Harlemenſium ſequentes: Agmen ducit *Hadrianus Iunius*, f) ſequitur *Ludovicus Guicciardinus*, g) *Auctor additamentorum ad Guicciardinum*, h] *Iacobus Middendorpius*, i) *Adrianus Romanus*, k) *Valerius Andreas*, l) *Franciſcus*

1577. q) in Chron. Belg. ubi magis in Moguntinorum partes propendit, quam ſuorum. r) in Lib. I. de Rebus Moguntinenſibus, ubi *Petrum Bertium* refutandum ſibi ſumit. s) in Diſcurſ. Typographico. t) qui in peculiari ſcripto Laurus Laurentiana dicto *Petr. Scriverium* refutat. u) in Sphyng. Philoſ. Cap. XXV. quod agit de ſcriptura ænigmatica. w) in Chronico Haſſiaco. x) in not. ad 7. Decretal. lib. V. c. III. y) in *Thom. Buſcherio*, Archiepiſcopo Cantuarienſi, p. 293. z) in Inventorio Hiſtor. Franc. in Carolo VII. a) in Rationar. tempor. part. I. lib. IX. cap. IX. b) in Theatro Imitatric. & imitabil. lib. VI. cap. III. c) in dedicatoria Abbatis Trithemii. d) in Bibliothec. Philoſ. e) in Belg. Chriſtiana. f) loc. jam cit. g) in Belgii deſcriptione p. 182. h] in iis. i] lib. I. cap. XXII. de Academiis. k) in parvo Theatro urbium p. 27. l] in Belgicar. urbium nomenclatura.

Swertius, m) *Matthias Quadus*, n) *Aubertus Miraus*, o) *Laurentius Beyerlingius*, p) *Petrus Montanus*, q) *Thomas Lanſius*, r) *Simon Majolus*, s) *Andreas Schottus*, t) *Martinus Zeilerus*, u) *P. Bertius*, w) *Angelus Roccha*, x) *Chronicon Colonienſe*, y) *Hermannus Hugo*, z) *Franciſcus Haraus*, a) *Iohannes de Laet*, b) *Caſpar Barlaus*, c) *Ioh. Henricus Alſtedius*, d) tandem *Iohannes Iſaacus Pontanus*, e) Verum quid nobis negotii cum hiſce militibus, & cur pace jam facta, denuo claſſicum canimus? Statim abeamus; Solummodo hanc aciem inſtruximus, ut hac occaſione, qui de Typographia ſcripſerint, indicaremus, & promiſſo ſupra facto ſatisfaceremus. Pugnent interea partes, quamdiu ipſis fuerit libitum! Nil obtinebunt.

Ca-

m] in deſcriptione Provinciar. Belgicar. n) Lib. IV. Geograph. Enarrat. Cap. XXXV. o] in Chron. Belgico. p] in Theatr. Tom. VII. q) in deſcriptionibus ſuis, quas *Hondius* cum Atlante Mercat. excud. r] loc. cit. s] in dieb. Can. Colloq. XXIII. t] in Epiſt. Dedic. Tom. I. rerum Hiſpan. u] Itin. Germ. Cap. XIV. p. 314. w] in Tab. Geograph. cont. x] in Biblioth. Vaticana. y] in An. 1440. z] in de prima ſcribendi origine Cap. XXXIV. a] in Annal. Brabant. b) in ſua confœderati Belgii Republ. p. 58. c] feliciſſimæ venæ poëta, in Encom. Urb. Batav. d] in Encyclopæd. lib. XXX. ſent. I. de Typogr. e] in Hiſt. Dan. Lib. X. p. 162.

Caput quartum
de
Inventionis tempore.

Fundamentum.

Variæ ſententiæ de tempore inventionis. Peccant ſcriptores in exceſſu & in defectu, dum illud definiunt. Noſtra ſententia ſuperadditur. Diſſentientium pars altera rejicitur, altera reconciliatur. *Schultzius* notatur. Concluſio.

Illuſtramentum.

§.I. Devenimus tandem in artis Typographicæ origine excutienda usque ad tempus, quo illa hanc lucem aſpexit. Hoc ſi recte evolverimus, liberum tunc nobis erit, diſſertatiunculæ huic ultimam manum imponere. Sed mare fluctuoſum miſeri petimus, dum illud ſuſcipere nobis eſt animus, & decumanos diſſenſionum fluctus jam ante nos videmus. His enim hic annus, aliis alius placet, &, ut quisque vetuſtum librum nactus eſt, eum putat primum omnium excuſum. *Trithemius*, *Aventinus* & *Cluverius* a) conſpirant in A. MCCCCL. *Thevetus* cum *Roccha* & *Iohanne de Colle* ſibi eligunt A. MCCCCXLII. *Hedio* & *Stumpffius* biennium ſuperaddunt. *Apianus* ac *Langius* adhuc liberaliores ſunt: Ille defen-

 dit

a) in Epit. Hiſtor. in An. dict. Reliqui ſupra jam ſunt citati.

dit MCCCCLII. annum; hic vero MCCCC LIV. conſentiente ipſi *Callidio.*

§. II. Nondum contradictiones omnes recitavimus. His omnibus *Iac. Philippus Foreſtus Bergomenſis* ſuum præfert, an. nimirum MCCCC LVIII. & huic & iſtis ſuum adhuc *Ramus*, A. videlicet MCCCCLXVI. Hi peccare videntur in exceſſu; alii ſequuntur, qui in defectu. *Boxhornius* b) civis alicujus meminit Harlemenſis, qui in inſcriptione Laurentianæ ſtatuæ ponit Ann. MCCCCXXX. *Scriverius* contra *Naudæum* ſcribens plane MCCCCXXVIII. uti ex hoc Chronographico patet verſu:

I, *Naudæe*, procul tua per mendacia creſcens,
  Non locus hic nugis, credule Galle, tuis.
Harlemenſe nemus doceat doceantque Napeæ,
  Et Fagutali numina ſacra Jovi.
HIC fago eXsCVLptas LaVrentI CVſpIde forMas,
  Et primum natos hic ſimul eſſe typos.

Boxhornius denique ad ipſum deſcendit MCCCCXX. annum, & Rabbinicis utitur teſtimoniis. c)

§. III.

b) loc. cit. c) Ita ſonant hæc: *Suadet Rabbi* Joſephus, *qui in Chron. ſuo exemplar omnium vetuſtiſſimum, Venetiis excuſum, refert An. Judaico* 5188. *Chriſti vero* an. MCCCCXXVIII. Vid. *Boxh.* loc. cit. Conferatur Confutatio Fab. Burdoniæ p. 288. ex qua iſte omne hauſit.

§. III. In tantum diſcrepant Scriptores. Noſtram ſententiam, ut hic iterum dicamus, non opus eſſet, quia eandem non ita pridem innuimus, ubi *Mantelinum* inventorem introduximus. Dicimus tamen: Placet nobis Annus MCCCCXL. ex fide jam facta. Et quid? plura ſuffragia habemus colligenda, quam unquam ſperavimus. Nam ſuffragatur nobis circa hunc Annum *Wimphelingius, Palmerius, Nauclerus, Althamerus, Bucholzerus, Kleinſorgius*, d) *Calviſius, Petavius, Ioh. Iſaacius Pontanus, Haraus, Helvicus*, & quamplurimi adhuc alii, quibus ſuperaddere poſſumus præterea bigam Chronograph. verſuum, quæ nobis in hoc etiam favet, licet non in inventore. e)

MIra typIs LIbros ars qVas CeLerI eXCItat aCtV,
GVtenbergerI genIo eſt InVenta IohannIs.

§. IV. Cupido quieſcendi nos jam inceſſit, ſed nondum quieſcere licet; contradictionibus tam multis circa inventionis hunc annum remedium adhuc eſt parandum. Neſcio, ut deficientes prius curemus, an alio medio ſanari poſſint Civis Harlemenſis & *Scriverius*, quam ut falſitatem fundamenti ipſis objiciamus. Nam ſine autore annum ſuum ponunt, & ipſemet *Boxbornius* in hoc ab ipſis recedit.

§. V.

d) in Chron. Eccleſiaſt. Weſtphal. MS. e) citat hos verſiculos in ſua Politica *Schönbornerus*.

§. V. Dum *Boxhornium* nominamus, ſtatim & ipſi proſpiciemus, & quidem dicendo: Teſtimonium nos Rabbi *Joſephi* accipere non poſſe, quia teſtes ipſo digniores adeſſent, & quia ipſemet ſe falſitatis reum conſtitueret, vetuſtiſſimum illum librum non nominando.

§. VI. Excedentes, quos nunc accedimus, parvo remedio curabimus. Largimur cuilibet ſuum annum lubentes, ſed non inventionis, hic manet MCCCCXL. absque dubio, ſed impreſſionis & perfectionis. Id quod remedium ſcribere ex Chronico Colonienſi didicimus. f) Notamus hic quaſi in tranſitu *Schulzium* illum Chronographum, qui in Anno illo, quem nos Typographicæ inventioni conſecravimus, dicit, g) Heidelbergæ fuiſſe inventam talem inſcriptionem:

Hans von Laudebach iſt mein Nahm,
Die erſten Bücher druckt ich zu Rom,
Bitt für mein Seel, Gott giebt dir Lohn.

Si hujus repertionis relatio vera eſſet, ingens nobis faceſſeret negotium in anno inventionis Typographicæ tutando; ſed per errorem ita

f) ubi ita legitur: *Ind dat is geſchieht by den Iaire uns Heeren* 1440. *Ind van der Zyt an, biß men ſchreve* 50. *ward unterſoicht die Kunſt, ind wat daerzo gehört.* Item alibi: *Dat beginne der Vorskunſt iſt vill meyſterlicher und ſubtilicher vonden, und je lenger de merc künſtlicher wurden.* Conf. *Rivinum* & *Münſterum.* g) in Chronic. p. 86.

ita dicit *Schulzius*, quocunque modo in eum devenerit, nam *Nath. Chytraus* h) hunc *Laudebachium* demum An. MDXIV. die S. Stephani mortuum narrat, & in veſtibulo Auditorii Theologici, quod eſt hodie Collegium Sapientiæ, ibidem mortem ejus notatam expreſſis his verbis indicat: *Starb* 1514. *auff S. Stephan*. Sic originem nos inveniſſe Typographiæ putamus, utinam etiam L. B. Tuum favorem! Sed meliora ſperamus, & rogamus exinde, ut, ſi forſan ceſpitantes nos oſtenderit, ex favore illo haud in malam partem velit interpretari. Non enim noſtram gloriam quæſivimus hoc auſu, ſed ſolius Dei, cui etiam hic reddimus, cum *Brandio* i) dicentes:

Gratia Diis primum, mox impreſſoribus æqua
Gratia: quorum opera hæc prima reperta via eſt.

Ad literatiſſ. Dn. Reſpondentem.

Impreſſo celebras prælum ſermone: ſed illud
Crede ſimul nomen jam celebrare Tuum.

M. *Valent. Alberti*, Prof. P.
& h. t. Academ. Rector.

Chal-

h) in deliciis variorum in Europ. Itinerar. p. 400.
i) in Epigrammate in Typographiam.

Chalcographorum ortus referas, doctiſſime *Starcki*,
Quodque minor noſtra Sinica terra, doces.
Aſſere porro decus Germanis, aſſere, terris.
Digna dabunt ipſi præmia Chalcographi.

Properabat
L. Frid. Rappolt,
Prof. Publ.

Ornatiſſimo & præſtanti Juveni,
Dn. PETRO STARCKIO,
Auditori ſuo induſtrio,
&
Amico non vulgariter dilecto,
Primam aciem in Campo Philoſophico ſubeunti.

Muſarum in caſtris qui pugnat *Fortiter*, iſtum
Ex merito ſemper magna brabea decent.
Pugnas, ut cupio, pugnas ut poſtulat ipſum
Nomen. Perge, aderunt pulchra brabea Tibi.

Hæc ex animo precatur
Præſes.

Be-

Bono cum Deo omnium artium auctore!

Nobiliſſimam Artem Typographicam,

qua
primam ejus originem, egregium adparatum, variaque commoda,
in uſum lectorum arti typographicæ faventium,
Halæ paucis deſcripſit
quidam artis impreſſoriæ cultor.
Germanica latine reddidit
LVDOVICVS KLEFEKERVS,
Hamb. Gymnaſii civis digniſſimus,

Halæ Saxonum, * typis *Chriſtiani Veſteri.*

A & Ω.

Unumquemque hominum ei inprimis arti, in qua excellit, præter reliquas omnes ſcientias ſtudere, eamque continuo fere ſermone aliis commendare, vel ex trito illo *Ovidii Naſonis*, Poëtæ Sulmonenſis, liquet:

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Fervida bellorum prælia miles amat.

Hinc

* Quoniam annus impreſſionis nusquam in hoc ſchediaſmate apparet, illud *Io. Stobrii* diſſertationi, quæ ab auctore noſtro allegatur, proxime adjunximus.

Hinc Imperator *Juſtinianus* ſuas leges, *Galenus*, medicorum facile princeps, herbas ſuas in medium profert. Nemo igitur pejorem in partem interpretabitur, me artis typographicæ cultorem de ejus origine, inſtrumentis, uſu & commodis nonnulla breviter exponere. Origo quidem partim ad nomen, partim ad rem ipſam ſpectat. Typographia ſeu librorum impreſſio (*Buchdrucken*) nomen accepit à libro, qui manu antea ac calamo exaratus, poſtea fuſis ex metallo characteribus compoſitus, hisque atramento imbutis deſcriptus in charta exprimitur.

Rei hujus artificioſæ inventio teſtimoniis & relationibus publice editis haud obſcure demonſtratur. Fuiſſe nonnullos, qui vel Italis, vel Gallis, vel Cathaitanis, vel Themiſtaneis, vel Sinenſibus, vel aliis deniquenationibus artem iſtam adſcripſerint, teſtatur M. *Johannes Stohrius* in diſſertatione de ortu typographiæ, ubi variarum ſententiarum auctores copioſe recenſentur. Nos rectius ingenioſiſſimis Germanis hujus artis inventionem tribuimus, utpote qui naturæ ipſius beneficio ad quævis artificia excogitanda ſunt aptiſſimi.

Artis igitur typographicæ in Germania inventæ auctorem eſſe ſtatuimus *Iohannem Gutenbergium*, à nonnullis *Petri* prænomine appellatum, quamvis in ejus locum alii *Petrum Schoifferum*, Gernsheimenſem, ſubſtituant. Utrum vero ars iſta primum Harlemi, an Goudæ, vel Mo-

Moguntiæ, vel Ruſſenburgi, vel Argentorati, vel etiam Auguſtæ Vindelicorum inventa ſit, hanc litem auctores, inter ſe diſſentientes, ipſi componant. Neque annum inventionis inveſtigare operæ pretium fuerit, utrum an. 1420. an 1428. vel 1430. vel 1442. vel 1450. vel 1452. vel 1454. vel 1456. vel denique 1458. inventa ſit typographia, quia plurimi hiſtoriographi & chronologi id an. 1440. contigiſſe affirmant.

Apparatus artificii hujus conſtat ex variis rebus & inſtrumentis, quæ partim ad præparationem, partim ad executionem ejus pertinent. Sunt illa ſecundum onomatologiam typographicam in prelo cochlea ex orichalco, (*meſſinge mater*) trochleaque, (*Spindel*) & vectis ferreus torcularius, (*Bengel*) duo parietes ſeu ligna lateralia, totidemque trabes, altera ſuperior, cui infixæ ſunt cochlea & trochlea, altera inferior, in qua tota moles innititur, & cujus ope tam prelum quam tota machina firmatur; pyxis ſive theca trochleæ, (*Büchſe*) ſub illa conus, ſeu clavus ferreus, [*Zapffen*] & patella ex chalybe, (*Pfännichen*) ſupra tabulam torculariam ex orichalco confectam, (*Tiegel*) quæ operculo apprimitur, & uncinis cochleisque probe munitur; Carrus (*Karn*) cum pluteo ſive abaco, (*Fundament*) in quo forma ſcriptoria ponitur, marginibus ferreis & cochleis clauſoriis coarctata; tum quoque operculum, & lamella

ferrea, duabus inſtructa aciculis, quibus charta humida imprimenda infigitur, atque fibula ferrea, (*Schnalle*) qua operculum occluditur; nec non fulcrum quoddam, (*Knecht*) in quo illud cum charta innititur, & curriculus, (*Laufbrett*) cum duobus longis canthis ferreis (*Schienen*) cochleisque, ac ſub illis cylindrus (*Welle*) cum duobus loris, quorum ope carrus in imprimendo huc illucve trahitur; lapis denique tinctorius & rutrum ferreum ad atramentum impreſſorium diminuendum & diluendum, quo melantheres ſubtiliter imbuuntur & typi illinuntur.

Typothetis ad manum eſſe debent capſæ librariæ, in quibus aliquot millia loculamentorum ſive forulorum reperiuntur, ut in illis typi ſive characteres majores minoresque diſponi, iterumque non ſine magno artificio & labore expromi queant. Materia, ex qua typi iſti funduntur, vocatur mixtura metalli, (*Zeug* oder *Metal*) quæ ex orichalco, cupro, ſtanno, plumbo, antimonio &c. eſt conflata. Typorum varia ſunt genera, quæ in officinis typographicis Germaniæ nominibus hiſce diſtingui ſolent: *Grobe Meſſal*, latine & germanice; *Grobe Canon*, latine & germanice; *Kleine Canon*, latine & germanice; *Verſalia, duppel Mittel* & *Cicero*, latine; *Mittel* & *Grobe Mittel*, latine & germanice; *Cicero*, latine & germanice; *Text*, latine & germanice; *Tertia*, latine & germanice; *Corpus*, latine & germanice;

Pe-

Petit, latine & germanice. Typorum viliſſimorum pondus centenarium pretio viginti quinque, reliquorum autem triginta, quadraginta imo quinquaginta thalerorum venditur, ut maximi pretii typos hebræos & græcos taceam. Latinorum typorum duplex eſt figura atque nomen. Recti vocantur *antiqui*, inclinati autem *curſivi*. Germanici typi in majores minoresve *fractos* dividuntur. Præterea typothetis opus eſt gnomone, (*Winckelhacken*) in quo characteres in verſus coordinantur, retinaculo (*Tenackel*) & diviſorio, in quibus exemplar excudendum oculis præfigitur, aliisque pluribus inſtrumentis, quæ ad libros typis exprimendos requiruntur.

Tot autem tantaque commoda ex hac arte redundant, ut neque primos ejus auctores inventionis ſuæ, neque cultores laboris ac ſumptuum pœnitere poſſit. Nam quæ ſcripta olim non ſine ſummo labore ſigillatim calamo exaranda erant, illorum innumera exempla jam brevi temporis ſpatio divulgantur, & modico pretio venduntur. Verbum Dei in omnibus fere linguis expreſſum in terris remotiſſimis hujus artis beneficio promulgatur; eruditorum inventa poſteritatis oblivioni eripiuntur, eorumque nomina immortalitati mandantur; Virorum præſtantiſſimorum laudes proferuntur, celebrantur & augentur; hiſtoria rerum geſtarum ab omni interitu incolumis ſervatur; atque adeo

nobilis typographicæ artis, his ultimis temporibus à Deo conceſſæ, tanta eſt utilitas, ut Imperatores, Reges, Principes, virique nobiles eam vel ipſi addiſcere, vel typographis neceſſarios ſumptus, aut nobilitatis inſignia, aliaque privilegia libenter largiendo ab interitu & diminutione vendicare non fuerint dedignati. Sic eruditionis & rerum præclare geſtarum fama omnibus noti Principes Germanici, *Erneſtus*, Dux Saxoniæ, *Auguſtus*, Dux Brunſvicenſis, & *Ludovicus*, Princeps Anhaltinus, Gothæ, Guelpherbyti & Cothenis maximis ſumptibus officinas typographicas inſtaurarunt, ipſique librorum corrigendorum curam in ſe ſuſceperunt. Privilegia eximia ab Imperatore & Principibus variis Germaniæ typographeo *Sterniorum* Luneburgenſi, & *Endterorum* Noribergenſi clementiſſime conceſſa, adeo nota pervulgataque eſſe arbitror, ut eorum recenſione facile ſuperſedere queam. Nos itaque artem hanc nobiliſſimam ſummorum virorum tutelæ, favori, atque benevolentiæ hoc qualicunque ſcripto commendatam eſſe voluimus, atque illam eruditis æque ac toti reipublicæ utiliſſimam, favente Deo, faventibusque patronis, quantum in nobis erit, exercere omni animi contentione allaborabimus.

Ad

Ad Patronum Typographiæ ingenioſe inventæ, artificioſe locatæ, & commode uſurpatæ, benevolentiſſimum *Lectorem*, cum felicitatis voto & ſtudii devotione.

Chalcographus ſub Halis primordia pauca laborum
Fecit, & hos alacer continuare cupit.
Inque Dei laudes & ſacri commoda templi,
Inq; ſcholæ fructum, Chalcographia, cale.
Sed ſimul auxilium ſibi ſuppeditarier orat
De Patronorum gratificante manu.
Quo plures apices Latii Græcique parentur,
Teuto vel Ebræus quosque locare ſolet.
Proderit auxilium cumulatis uſibus iſtud,
Cum per Patronos Chalcographia valet.
Nec peregris in agris opus eſt excudier illa,
Quæ criſis Hallenſis conrotulare ſolet.
Inter ut Hallenſes muros ſapientia floret,
Noſtraque ſic vireat Chalcographia, precor!
Jova Patronorum benefacta rependat, & illis
Tempus in innumerum fata ſerena ferat!

Deo, typographicæ artis tutori atque promotori ſupremo, ſuprema & laus & gloria in interminata ſeculorum tempora!

Grühnender Lob-Althan,

der edlen Kunſt Buchdruckerey zu Ehren in Halle, durch einen Liebhaber derſelben aufgeführet.

Geh kluges Griechen-Land mit deinem Meiſter-ſtücke,
Verſtecke deinen Tag, hier muß er werden Nacht!
Die Teutſche Sonne läſt die Weisheit von ſich blicken,
So die Buchdrucker-Kunſt hat an das Licht gebracht.
Entweichet ihr Griechen, die Teutſchen verdienen
Den Palmen, in welchem ſie ewiglich grünen.
Gott hat der letzten Welt die Wolthat vorbehalten,
Daß ſie durch Druckerey viel theure Bücher ſchaut,
Was vor verborgen war den Kunſt-berühmten Alten,
Das hat die Drucker-Hand dem Felſen angebaut.
Ihr Edlen Patronen, erweitert die Mauren,
In welchen die Nahmen der Ewigkeit tauren.
Was kan den klugen Geiſt in die Gedächtnis ſchreiben,
Wenn er der Eitelkeit der Erden ſich entſchlägt?
Das edle Drucker-Werck macht, daß die Zedern bleiben,
Die ein gehirntes Haupt zum Sieges-Zeichen trägt.
Wer Künſte befördert, und ihnen ergeben,
Der heget im Grabe vernünftiges Leben.
Wir ſtellen an die Schau die edlen Druckereyen,
Die Kayſer, Könige, die Fürſten hoch geliebt,
Der Himmel wolle den von oben her erfreuen,
Der, Halle, ſeinen Druck an deine Fördrung giebt,
Was ſtecken wir Zeichen dem ſchmeckenden Weine,
Die Künſte ſind helle von eigenem Scheine.

AHAS-

AHASVERI FRITSCHII D. Diſſertatio * de Typographis.

CAPUT PRIMUM. De Arte Typographica in genere.

SUMMARIA.

De artis Typographicæ origine remiſſive. n. 1.
Commendatur ars Typographica. n. 2. 3. & 4.
Abuſus artis hujus maximus, n. 5. & ſeqq.

I.

De Artis Typographicæ I. origine ac progreſſu multis hic agere, inſtituti noſtri ratio non patitur. Exſtant jam tum plurimorum autorum ſcripta, quibus materia iſta latiſſime tractata eſt. Videantur inter alios Serrar. *in Mogunt. lib.* 1. *c.* 37. Meteran. *Hiſtor. Belgic. lib* 4. Majol. *Tom.* 1. *colloq. ult.* Herm. Hugo *de orig. ſcrib. c.* 34. Libellus *anno* 1640. *Argentorati editus*, *von Erfindung der Druckerey*, D. Schmid *in Predigten von der Druckerey.* Beſold. *diſcurſ. ſingul. de art. Typograph. inſertus tractatui de arte Belli*, noviſſime 1.

* Hæc primo loco exſtat in ejus *tractatu de Typographis*, *Bibliopolis*, *Chartariis & Bibliopegis*, Jen. 1675. 4.

me Bernh. Mallinkrot *tract. de Typographia origine & progreſſu.*

2. II. Paucula ſaltim de inſigni artis Typotheticæ utilitate in laudem ejus heic adferre ad-
3. lubeſcit. *Typographia* (ait *Caſp. Klock* de ærario lib. 1. cap. 19. n. 43. & ſeqq.) *tempori cuncta abligurienti, & ſub mortalitatis jugum trahenti, frenum injecit: Illaque vere eſt ars memoriæ, & mors oblivionis, & ingeniorum aſylum, nec minus, quam Philonis alexipharmaca, Deorum manus & munus, imo ipſa, cum mortuos in vitam revocet, omnino diva eſt. Germaniæ miraculum optimum maximum, quod, toti orbi commune, viam ad virtutum & doctrinarum myſteria, ad Religionem, ad cœlum, ad Chriſtum ipſum, Salvatorem noſtrum, communiat. Eſt ea Lydius veluti lapis, aurum à plumbo, album ab atro, verum à falſo, bonum à malo diſcernens. Eſt annulus quidam Angelicæ cuncta veterum philoſophorum, nube plerumque nugas ſuas obſcurantium, incantamenta revelans atque confundens. Hæc ipſa vera eſt Fortunæ & Famæ officina, perſonis meritiſſimis nomen, dignitates, opes, immortalitatem æternitatemque concilians, indignis & vitioſis ignominiam, contemtum, egeſtatem, obſcuritatem & oblivionem, mortemque non modo civilem, ſed perpetuam objiciens, & in profundam terræ noctem eos penitus abjiciens. Hoſpitium ampliſſimum eſt admirandorum & divinorum ingeniorum, receptus eſt Spirituum acutiſſimorum; Diverticulum eſt commune & perenne Theologorum, JCtorum, Senatorum, Medicorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, Academicorum, Scholaſticorum: brevi-*

viter: Omnis boni & pulcri, quod in urbe & orbe reperiri poteſt; cujus unius artis beneficio innumeræ nunc artes proſtant, conſervantur, illuſtrantur, propagantur, quibus priora ſecula infelicia minitabantur interitum. Nunc enim vel mediocris fortunæ homo, vili pretio Bibliothecam plurimis libris inſtructiſſimam habere poteſt, qualis olim nec Regi aut Principi conceſſa fuit &c.

III. Placet adhuc audire Thomam Garzonum, Italum, in *Piazza univerſali, diſcurſu* 128. cujus verba, ex Italico idiomate in vernaculam translata, hæc ſunt: 4.

Derohalben der Drucker Kunſt und Arbeit billig bey allen in hohen Werth zu halten, als durch welche die Gelehrten auch nach dem Tod leben, und bey jedermann bekant werden, da ſie ſonſten in einer geringen Zeit mit einem ewigen Vergeß möchten begraben worden ſeyn. Hierdurch haben wir die alten Philoſophos, Poëten, Oratores, die Medicos, die Aſtrologos, in Summa, alle Künſte, Wiſſenſchafften, Profeſſionen, und alles, was ein Menſch zur Tugend und Gelahrtheit möchte begehren. Und mag man wohl ſagen, daß die Druckerey insgemein alle Menſchen, oder ja einen guten Theil derſelbigen, welche ſonſten in aller Unwiſſenheit entſchlaffen, aufgewecket habe, denn man freylich muß bekennen, daß man vor Zeiten, ehe dieſe wunderbarliche Kunſt der Druckerey erfunden, gar wenig gelehrte Leute, gegen dieſe unſere ſeeligen Zeiten zu rechnen, hat gefunden, welches aber nirgends andershero entſtanden, als von den unträglichen Unkoſten, die dazumahl auf die Bücher gangen,

und konte niemand ſtudieren, als die, ſo reich gnug geweſen, und ſolche Koſten tragen können, derhalben gemeine oder arme Leute muſten dahinden bleiben, als wider ihren Willen, daß ſie nirgendszu kommen konten. Jetzunder aber ſind ſie alle auffgewacht, und haben alle gute Gelegenheit, etwas zu lernen und zu erfahren, und kan, wer nur Luſt dazu hat, Bücher gnug, und wolfeil, durch die Druckerey bekommen, darinnen alle Wiſſenſchafft der Alten, die ſonſten bey wenigen verborgen, und gleichſam heimlich gehalten, offenbahret wird.

Beneben dem, ſo mag man auch wohl ſagen, daß durch die Druckerey, wie durch den Ring der Angelica bey dem Arioſto, allerhand Zauberey und Beſchwerungen der Alten ſind eröffnet worden, welche ſonſt ſo hoch und unverſtändlich geredet, und allerhand ſeltſame Grillen, die ſie in ihren Hirn gehabt, ſo artig gedecket und bemäntelt, daß der gemeine Hauff dieſelbige, als wenn es lauter Oracula und Heiligthumb wären, wie bezauberte Leute, mit höchſter Verwunderung, ohne weiter Nachdencken, auff und angenommen. Jetzunder aber iſt alles entdecket, und ſiehet man die Thorheit des Anaxagoræ, die Poſſen des Heracliti, die Materien des Democriti, die Nichtigkeit des Mileſii, die Narrentheidungen des Carneadis, in ſumma, man ſiehet allen den läppiſchen Pracht der Philoſophen, ſo in derſelbigen einfältigen Zeit, oder Welt geherſchet und triumphirt haben, welches alles man der Druckerey zu dancken, als welche den Blinden die Augen geöffnet, und die Albern klug gemacht. Iſt derohalben eine ſolche Kunſt, darüber ſich nicht unbil-

billig die gantze Welt verwundert. Hierdurch hat man gelernet, wie das Gold von Bley zu erkennen, wie die Roſen von den Dornen abzuleſen, wie der Weitzen aus dem Stroh zu dreſchen, wie man das Gute von dem Böſen ſoll unterſcheiden: Und ſiehet man nunmehr, welcher maſſen die finſtere Nacht der Unwiſſenheit gleichſam durch einen hellen Sonnen-Schein gäntzlich vertrieben worden, da hat die Lügen und der Betrug keinen Platz mehr, und weiß man gnugſam, welches weis oder ſchwartz iſt. Nunmehr kann jedermann von den Sachen reden und urtheilen, da man zuvor nichts hat wiſſen können. Dieſe Kunſt lernet die Narren kennen, machet die Hoffärtigen offenbahr, die Gelehrten bekant, nimbt die Unwiſſenheit hinweg, und erhebet die Tugend und Wiſſenſchafft zum Leben. Denn der gute und ehrliche Nahme gelehrter und tugendſamer Leute wird hierdurch erhalten, hierdurch werden auch die Untüchtigen bekant, daß man ſich für ihnen hüte, und die ſchädliche bis in die unterſte Erde verdrucket, hingegen aber die nützliche Ingenia bis an die Sterne erhoben. Dieſe Kunſt iſt eine Mutter, die alle Perſohnen, ſo deſſen werth, bey Ehren hält, eine Herberge und Auffenthalt aller ehrlichen und fürtrefflichen Ingenien, eine fleißige und gedienſtige aller Politicorum, Theologorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, eine Fortpflantzerin alles deſſen, ſo in einer Stadt, ja in der gantzen Welt, kan ehrlich oder löblich genennet werden. In Summa, es kan dieſe Kunſt nicht gnugſam gerühmet und gelobet werden, wie ſie deſſen vor allen andern billig werth iſt, beneben denen, ſo ſich derſelbigen recht und ehrlich, wie ſich

denn

denn ſolches gebühret, gebrauchen. Hactenus Garzonus.

5. IV. Utinam vero tanto DEI munere ac beneficio homines perverſiſſimi ac deploratiſſimi hujus ſeculi non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam Numinis divini gloriam, nec ad disjungendam, ſed uniendam Eccleſiam
6. Chriſtianam grati uterentur! Sed ut optimæ rei datur abuſus, ita etiam artis Typographicæ hoc ſeneſcente mundo abuſus ſunt va-
7. rii & maximi. Unde nonnulli fere dubitarunt, ſatiusne fuerit, artem illam, uti nunc eſt, habere, an propter graviſſimos abuſus nunquam repertam fuiſſe. *Vid. Diſcurſ. noſtrum de abuſib. Typograph. tollend. ſect.* 1.

CAPUT SECVNDVM.
De
Jure Typographiæ in civitate admittendæ.

SVMMARIA.

Officinæ Typographicæ non omnibus in locis eſſe poſſunt. n. 1.

Quid Receſſibus Imperii cautum ſit? ibid.

Sub nomine *Fürſten* an intelligantur Comites? n. 3.

An Magiſtratus inferior Typographum recipere poſſit? n. 5. & ſeqq.

Tutius eſt Magiſtratibus civitatum provincialium libertatem recipiendi Typographos non competere. n. 6.

Mul-

Multitudo Typographorum Reip. nociva. n. 7.

I.

In Romano-Germanici Imperii Receſſibus proviſum eſt, ut adverſus Typographiarum vitia atque abuſus eo magis cautum eſſet, eas non aliis locis haberi, quam ubi ſunt Principum aulæ, Academiarum ſedes, & tandem in præcipuis liberis Imperialibus civitatibus. *R. J. de Anno* 1579. §. *Dieweil denn ſolches* 155. *ubi; Dieweil ſolche vermeſſene ungeſcheute Frechheit des läſterlichen truckens, mahlens und ſchmähens umb ſo viel mehr zu coërciren, und allenthalben abzuſtellen, haben wir uns mit den gemeinen Ständen und den Abgeſandten dahin verglichen; Setzen darauf, ordnen und wollen, daß hinfüro im gantzen Römiſchen Reich Truckereyen an keinen anderen Oerthern, denn in denen Städten, da Churfürſten und Fürſten ihre gewöhnliche Hoffhaltung haben, oder da Univerſitates ſtudiorum gehalten, oder in anſehentlichen Reichs-Städten verſtattet, aber ſonſten alle Winckel-Druckereyen ſtracks abgeſchaffet werden ſollen.* Idem repetitum lege in ordinat. Polit. Imperii *de Anno* 1577. *tit.* 35. §. *und damit ſolchen allen* 6. 1. 2.

II. Sciendum autem eſt, quod heic ſub nomine *der Fürſten* etiam intelligi debeant Comites ac Barones Imperii; neque enim hi deterioris conditionis eſſe debent, quam Civitates Imperiales. Nam & illi ſua habent Conſiſtoria, ſuosque Conſiliarios, quibus Inſpectio & cura Typographiarum tuto committi poteſt. 3. 4.

III.

5. III. Quæritur autem: An *Magiſtratus inferior Typographum recipere poſſit?* Videtur id negandum eſſe propter dictas Conſtitutiones Imperiales. Adfirmat autem, octo rationibus in contrarium allatis, David Mævius *part.* 3. *deciſ. Summi Tribunalis Wiſmar. deciſ.* 69. *per tot.* ubi ad textus obſtantes reſpondet, non eſſe in iis conſtitutum, ut in his locis permiſſis ex ſola eaque ſpeciali venia, aut privilegio Principum inſtituantur, ideoque quod antea ubique conceſſum, ademtum non intelligi, niſi prout in litera continetur. Præterea nullibi in Germania reperiri jus Typographiæ admittendæ inter Regalia ſeu Ducalia iura relictum, & ab iſta permittenda plane excluſas eſſe inferiores civitates, aut ad
6. privilegium petendum adſtrictas eſſe. Quidquid autem ſit, longe tutius ac Reip. utilius eſſe videtur, magiſtratibus civitatum Provincialium libertatem recipiendi Typographos non competere, ſed licentiam à Principe eos petere, qui prius inquirere debet, ex qua cauſa Typographica officina in hoc vel illo loco inſtituatur, & quomodo neceſſitas Cenſuræ & inſpectionis obſervari poſſit. Multitudo ſane Typographiarum Reip.
7. plus nocet, quam prodeſt. Secundum hæc officinæ Typographicæ in oppidulis aliisque locis obſcuris, connivente Magiſtratu, abſque ulla inſpectionis cura erectæ, haberi debent pro privatis officinis, *als Winckel Trucke-*

ckeretyen, adeoque improbandæ & tollendæ. *Vid. dict. diſcurs. noſtr. de abuſib. Typograph. tollend. ſect.* 2. §. 3.

CAPUT TERTIVM.
De
Officio Magiſtratus circa officinas Typographicas.

SVMMARIA.

Typographia, quæ ſtudiorum nutrix, ſæpe audax & lucri cupida. n. 1.
Inſpectio Typographiarum maxime neceſſaria. n. 2.
Officium Magiſtratus in quibus conſiſtat? n. 3. & ſeqq.
Typographi debent eſſe viri probi & honeſti. n. 3.
Ordinatio Typographica publicanda. n. 4.
Typographi jurare debent, quod Imperii Conſtitutiones de Typographis ſervare velint. n. 5.
Typographicæ officinæ ſæpius viſitandæ. n. 6.
Cenſores librorum conſtituendi. n. 7. & 8.
Taxa mercedis Typographis ſtatuenda. n. 9.
Qui contra leges Imperii peccant, puniendi. n. 10.
Adducitur Receſſus Imperii, de anno 1570. §. 156. n. 11. 12.
Juramenti formula. n. 13.

I.

Veriſſimum eſt, quod jam dudum ſcripſit Lipſius præfat. in Crit. (quem laudat 1.
Si-

Sinold. Schüz. *de S.R.R. Vol. 2. D. 9. Theſ. 5. lit. B.*) Typographiam bonam ſane ſtudiorum nutricem eſſe, ſed audacem ſæpe, lucri cupidam, & quæ non minus vere corruptrix librorum audiet, quam propogatrix. *vid. Diſcurſ. noſtr. de abuſ. Typograph. toll. ſect.* 1.

2. II. Cum igitur Imperialis Conſtitutio Magiſtratibus injunxerit curam ac inſpectionem Typographiarum ſumme neceſſariam, videndum paucis, in quibus cura iſta & inſpectio conſiſtat.

3. III. *Primum* concernit Typographorum receptionem; Exercitium ſcilicet Typographiæ illis concedendum, qui viri probi & honeſtæ vitæ, pro quibus eſt præſumtio, quod arte ſua, improbatæ lectionis ſcripta clandeſtine imprimendo, non abutantur.

4. IV. *Alterum* eſt, ut eis præſcribatur certa ordinatio Typographica, *Druckerey-Ordnung*, juxta quam exercitium artis ſuæ inſtituant.

5. V. *Tertium*: Solenni juramento Typographi non tantum, ſed & illi, quorum opera utuntur, *Die Drucker-Geſellen und Jungen*, obſtringantur de ſervandis Imperii legibus, vel ſpeciali ordinatione Typographica.

6. VI. *Quartum*: Frequens Typographiarum viſitatio inſtituatur, ut eo melius Typographiarum vita & abuſus præcaveri poſſint.

7. VII. *Quintum*: Cenſores conſtituendi, quibus ſcriptorum excudendorum examen committatur.

IIX.

IIX. *Sextum*: Sine prævio examine & cenſura nihil quidquam typis excudi permittatur. 8.

IX. *Septimum*: Taxa mercedis publica Typographis pro labore præſcribatur, nec lucri cupiditate eam pro lubitu augeri concedatur. 9.

X. *Octavum*: Si contra leges & ordinationes Typographicas peccatum fuerit, debite id coërceatur, ac pro modo delicti puniatur. 10.

XI Hæc atque alia Magiſtratibus injuncta ſunt legibus Imperii. 11. In Receſſu Imperii Spirenſi, *de anno* 1570. §. *zum andern* 156. ita cautum legitur: *Es ſoll kein Buchdrucker zugelaſſen werden, der nicht zuvorhin iſt von ſeiner Obrigkeit, da er häuſslich ſitzet, darzu redlich, erbar und allerdings tüglich erkennet, auch daſelbſt mit ſonderen leiblichen Eyde beladen, in ſeinem trucken jetzigen und andern Reichs-Abſchieden ſich gemäß zu verhalten. Ferner ſollen einem jeden alle läſterliche Bücher, Schrifften, Karten und Gedicht in Druck zu geben oder zu drucken durchaus bey hoher Straffe, ſo wohl Verluſt der Bücher und Druckereyen verbothen ſeyn. Es ſoll auch keiner etwas zu drucken Macht haben, das nicht zuvor von ſeiner Obrigkeit erſehen, und alſo zu drucken ihme erlaubt wäre. Es ſoll derſelbe alsdann auch des Dichters oder Autoris, gleichfals ſeinen Nahmen und Zunahmen, die Stadt und Jahrzahl, darzu ſetzen. Da aber deren Dinge eines oder mehr unterlaſſen, ſollen nicht allein die gedruckte Bücher, Schrifften oder Karten alsbald von der Obrigkeit confiſciret, ſondern auch der Drucker, und bey weme die zu kauffen, oder ſonſten auszubieten, begriffen an Guth* 12.

oder ſonſten nach Gefallen, und vermöge gemeiner Rechte, unnachläßlich geſtrafft werden. Add. Ordin. Polit. Imperii de anno 1577. tit. 35.

13. XII. Cæterum, quod juramenti à Typographis præſtandi formulam attinet, ea talis eſſe poteſt:

Ich N. N. *ſchwere einen leiblichen Eyd zu GOTT dem Allmächtigen, daß ich ohne Erlaubniß derer verordneten Herren Inſpectorum, und vorgehende Cenſur, kein Buch oder Schrifft, es ſey was es wolle, abſonderlich einige Schmäh-Schrifften, Pasqville, ärgerliche Carmina, Lieder oder andere verbothene Schrifften nicht drucken, oder durch die meinige, heimlich oder öffentlich drucken laſſen, und mich hierunter und ſonſten allenthalben der publicirten Druckerey-Ordnung gemäß bezeigen wolle. So wahr mir Gott helffe.*

CAPUT QVARTVM.
De
Librorum edendorum Cenſura.

SVMMARIA.

Quam utilis Typographia, tam neceſſaria librorum cenſura. n. 1.
Unicum ſæpe ſcriptum maxime nocere poteſt Eccleſiæ vel Reip. n. 2. 3.
Cenſura librorum non eſt res nova. n. 4.
Lutheri auctoritas adfertur. n. 5.
Inſpectio Typographiæ Magiſtratibus incumbit. n. 6. 7.
Adducuntur aliorum Principum ordinationes. n. 10. 11.

Qui-

Quinam debeant eſſe librorum Cenſores. n. 12. & ſeqq.
An Cenſura librorum uni recte committatur? n. 21.
Ober-Cenſur. n. 20.
Cenſura debet eſſe adcurata. n. 22.
Cenſoris nomen adponendum. n. 23.
An pro Cenſura aliquid dandum? n. 24.
De pœna Typothetarum. n. 26.

I.

Quam utilis in Rep. literaria eſt Typographia, tam neceſſaria etiam publica librorum & ſcriptorum edendorum eſt cenſura. 1. Unicum ſane ſcriptum, licet paucis pagellis conſtet, tam perniciosum ac ſcandaloſum eſſe poteſt, ut plus mali ac detrimenti Eccleſiæ ac Reip. adferat, quam per centum peſſimos homines fieri poteſt. 2. Quin melius ac utilius eſſet, corruptiſſimo hoc ſeculo nullam plane in Rep. Typographiam eſſe, quam eam ſine inſpectionis cura ac librorum cenſura habere. 3.

II. Cenſuram autem librorum rem non eſſe novam, ſed antiquam, videtur colligi poſſe ex Luthero *tom.* 3. *oper. Lat. Jenenſ. fol.* 282. quando is *capitis* 12. *verſiculum* 11. *Eccleſiaſtæ* exponens, ſcribit: Ex hoc loco conjicio, 4.
„ fuiſſe aliquos ordinatos in populo Iſraëlitico, quorum officium erat relegere libros
„ & veras hiſtorias, quas digererent in Annales Ebræorum & reliquos in ordinem re-

 di-

„ digerent, ut ſic facerent libris auctorita-
„ tem, & adprobarent, qui digni eſſent le-
5. „ ctu. Eandem cenſuram adprobat Idem
Lutherus, dum *Tom. 6 Jen. Germ. fol.* 513. ſcri-
bit: *Es hat nehcſt ein Ehr-loſer Bube etzliche Epigram-
mata hinter Wiſſen und Willen derer, ſo es befohlen
iſt zu urtheilen, ausgehen laſſen.*
6. III. In Germania noſtra per conſtitutiones
Imperatorias inſpectio Typographiarum ac
librorum edendorum cenſura Magiſtratibus
7. injuncta eſt. In Receſſu Imperii *de anno* 1529.
§. *Dazu ſollen* &c. ita cavetur: *Was gedicht, ge-
druckt, oder feil gehabt wird, das ſoll zuvor von je-
der Obrigkeit, und darzu verordneten verſtändigen
Perſohnen beſichtiget, und ſo darinnen Mängel be-
funden, daſſelbe zu drucken oder feil zu haben, bey
groſſer Straffe nicht zugelaſſen, ſondern alſo ſtreng-
8. lich verbothen und gehalten werden.* Et Receſſu
Imper. *de anno* 1570. §. *zum andern* dicitur: *Es
ſoll keiner etwas zu drucken Macht haben, das nicht
zuvor von ſeiner Obrigkeit erſehen, und alſo ihme zu
9. drucken erlaubt ſey.* Et hanc Conſtitutionem
Imperialem in plerisque Principum ac Sta-
tuum Imperii provinciis vigere, ex promul-
gatis ordinationibus provincialibus pateſcit.
10. Vid. *Fürſtl. Gothaniſche Landes-Ordnung part.* 1.
cap. 2. *tit.* 3. *ad fin.* ubi dicitur: *Daß keine Bücher
und Schrifften, wie klein und gering ſie auch ſeyn mö-
gen, ohne vorgehende Durchſehung derſelben, durch
die hierzu Deputirte und deren approbation in Druck
gegeben werden ſollen. It. Fürſtl. Magdeb. Policey-
Ord-*

Ordnung cap. 8. *von Buchdruckern*, ibi: *Weil dieſes* 11.
Punčts halber in den Reichs-Abſchieden, und der erneurten Reichs-Policey-Ordnung nothwendige Verſehung geſchehen, darüber wir auch zu halten gemeynet; So gebieten wir hiermit ernſtlich, daß ſolche Reichs Conſtitutionen mit höherm Ernſte, denn bishero geſchehen, exequiret, und niemanden darwider zu handeln verſtattet werden ſoll. Addatur Reſcri- 12.
ptum Cæſareum Rudolphi II. Imperatoris, de Cenſura librorum Francofurtenſium, quod ſequentis eſt tenoris:

Wir Rudolph *der Andere, von Gottes Gnaden er-* 13.
wehlter Römiſcher Kaiſer &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 441 ſqq.)

IV. Cenſura autem librorum non ſolis Po- 14.
liticis, nec ſolis Theologis, ſed utriusque ſtatus viris probis, doctis & prudentioribus
committenda. Munus cenſendi libros Con- 15.
ſiſtorio adſignat D. Chriſtian. Weber *de jure & ratione Conſiſtor. ſect.* 13. ubi ait: *Mandabunt ii, qui ad clavum Conſiſtorii ſedent, eumque tenent, ut nulla ſcriptura non cenſa publicis typis mandetur.*
Sic in Ducatu Gothano-Saxonico inſpectio 16.
Typographiarum, *die Auffſicht über Druckereyen*, refertur inter cauſas, quæ ad Conſiſtorialem jurisdictionem pertinent, *Ordin. Provinc. Sax.*
art. 1. *c.* 2. *tit.* 3. Add. Dn. à Seckendorff *teutſcher* 17.
Fürſten-Staat, part. 2. *c.* 15. §. 3. ibi: *Denen Buchdruckern im Lande iſt mehrentheils ausdrücklich verbothen, daß ſie kein Buch, ohne Vergünſtigung, entweder des Conſiſtorii, oder des General Superintendenten,*

 oder

oder auch der Facultät auf Univerſitäten, vor die es, ſeiner materiæ nach gehöret, drucken dürffen, damit ſonſt nichts ärgerliches oder ungeſchicktes durch
18. *den Druck ausgebreitet werde.* Aliis autem in locis Magiſtratum Politicum, excluſo Clero, iſthanc librorum Cenſuram ſibi vindicare, graviter conqueritur D. Arnold Mengering, *Scrutin Conſcient. c. XI. q.* 85. ubi ait: *Die Obrigkeit frage ſich, ob ſie die Inſpection der Druckereyen, und Cenſur der Sachen, ſo gedruckt und publicirt werden ſollen, allein an ſich gezogen, und davon die Kirchen Diener und Miniſteriales ausgeſchloſſen? Offenbahr iſt es zwar und unleugbar, daß einer jeden Obrigkeit zuſtehe, gut Auffſehen auf die Druckereyen zu haben, damit nichts, ſo wider Gott und die Erbarkeit, durch den Druck auskomme. Dieweil aber ſolch Aufachten nicht allein der Obrigkeit, ſondern neben derſelben auch der Kirchen gebühret, denn ſolche Inſpection gehöret unter das Richter-Amt über die Lehre, welche Chriſtus ſeiner Kirchen befohlen hat: So iſt ja nicht recht, daß weltliche Perſonen ſich ſolcher Inſpection allein unternehmen, ſondern es ſoll darinnen mit zuthun und bewilligen der Kirchen und des Predigt-Amts, oder der Pfarr-Herrn und Superintendenten, Ordnung und Ziel gemacht, und taugentliche Leute darüber geſetzt werden. Wo ſolches nicht geſchicht, und die Herrſchafft, oder dero Hoff-Leute, ſich dieſe Cenſur alſo gar anmaſſen, und Kirchen-Lehrern verbieten, daß keiner ſein Bekäntniß oder andere Schrifften vom Glauben ausgehen laſſen möge, es ſey denn von ihnen, die doch offtmals die Sache entweder*

der gar nicht verſtehen, oder ſonſten weltlicher oder fleiſchlicher Weiſe davon urtheilen, approbiret und zugelaſſen, thun ſie daran eine groſſe Sünde &c.

V. Cæterum in Academiis nonnullis librorum edendorum cenſura pertinet ad cujusque Facultatis Decanos. 19.
Nonnullibi etiam ſuperior quædam Cenſura, quam vocant, *die Ober Cenſur*, conſtituitur, ac ſupremo cuidam Principis Miniſtro committitur, qui cujuscue generis libros ordinariæ Cenſuræ jam ſubjectos imprimendos iterum inſpicit, ac poteſtatem eos excudendi concedit. 20.
Utiliſſimum autem videtur eſſe librorum Cenſuram non uni, ſed ſimul pluribus viris doctis, piis & orthodoxis aut integris Collegiis committi, quod etiam olim in Diſcurſu noſtro *de abuſibus Typographiæ tollendis* monuimus. Oculi namque (ut vulgo dicitur) plus vident, quam oculus: adfectibus Cenſoris non eſt locus: & adcuratior fere eſt cenſura, quæ à pluribus, quam quæ ab uno ſæpe aliis negotiis gravioribus onerato viro expeditur. 21.
Certe ſcriptorum cumprimis Theologicorum Cenſura pluribus committi deberet, quemadmodum non tantum apud Pontificios, ſed & alios id uſu ſervatur, *ubi namque gravius periculum*, ibi cautius agendum. 22.

VI. Ut vero eo tutius conſtet, Librum ſub cenſura publica excuſum eſſe, utile eſt, cenſuram ipſam in frontiſpicio Libri pauculis verbis ſub nomine Cenſoris adponi, quam- 23.

 vis

vis conſuetudo ubique non ſit, ſed Cenſores Manuſcripto Autoris ſolummodo verbum *Vidit*, aut verbum: *imprimatur*, inſcribere ſoleant.

24. VII. Non iniquum, pro labore Cenſuræ aliquod Cenſori honorarium dari, niſi is ſalarium ex publico habeat. Id autem vel ab autoribus ipſis, vel à Bibliopolis, vel Typographis dari ſolet, quod plerumque modicum eſt, cum cenſuræ librorum non raro ſoleant eſſe ſuperfunctoriæ ac ſubitaneæ, quas tamen adcuratiſſimas eſſe, cumprimis in
25. materia Religionis & Status, tam Eccleſiæ, quam Reip. maxime intereſt.

26. IIX. Quæritur autem: Qua pœna *afficiendus Typotheta, librum aliquem neglecta Cenſura typis imprimens?* Pœnam arbitrariam eſſe dicimus, quæ vel mulcta, vel carcer, vel interdictio exercitii artis Typographicæ, vel ſcripti impreſſi confiſcatio. Imo nonnunquam pœna gravior eſſe poteſt, ſi is edito ſcripto Princi-
27. pi, Reip. aut Eccleſiæ valde nocuerit. De his cumprimis conſulendæ ordinationes Typographicæ, vulgo *Druckerey Ordnung*, quibus pœnæ determinantur.

CAPUT QVINTVM.

De

Libris improbatæ lectionis non imprimendis.

SVM-

SVMMARIA.

Cavendum, ne libri improbatæ lectionis imprimantur. n. 1.
Cenſorum hac in re officium. n. 2.
Quinam libri improbatæ lectionis? n. 3. & ſeqq.
Magici libri comburendi. n. 4.
Libri atheiſtici damnatæ lectionis. n. 5. & ſeqq.
Poëtarum libri olim improbati. n. 8.
Libri hæretici num tolerandi? n. 9.
Seditioſa ſcripta ſupprimenda. n. 13.
Adducitur ordinatio Electoralis Saxonica. ibid.
Libri ſcurriles & venerei non imprimendi. n. 14. & ſeqq.
Famoſi libri ſub gravi pœna in Imperio prohibiti. n. 18. & ſeqq.
Tractatus contra fundamentales Imperii Leges non vulgandi. n. 21.
Scripta anonyma an ſimpliciter rejicienda? n. 26. & ſeqq.

I.

Cavendum maximè, ne libri improbatæ lectionis, ut eos vocat Ulpianus *in l. cætera*. 4. §. 1. *famil. hercifc.* typis exprimantur. 1.
Cenſorum ergo officium eſt, omnia ſcripta ſumma cura ac diligentia cenſere, & ne quid ex illis Religioni Chriſtianæ adverſum, bonis moribus ſcandaloſum, Reip. damnoſum, aut alias inutile prodeat. Vid. *Diſcurſ. noſt. de abuſibus Typograph. tollend. ſect.* 3, *n*, 17. 2.

3. II. Videtur autem operæ pretium eſſe in gratiam Lectoris generalem Catalogum ejuſmodi librorum, qui in Chriſtiana Republ. per cenſuram publicam rejiciendi, minimeque per typum evulgandi, attexere.

4. III. Tales ſunt, qui typum non merentur, 1. *Libri Magici, Zauber-Bücher.* Hos JCtus Romanus, licet gentilis, nominatim inter improbatæ lectionis libros recenſet in *d. l.* 4. §. 1. *fam. herc.* eosque inter res hæreditarias for-
5. te inventos ſtatim corrumpi debere ait. Talia ſcripta igne comburenda *vid. Actor.* 19. *v.* 19.

6. IV. 2. *Libri atheiſtici*, quales, proh dolor! corruptiſſimo hoc ſeculo non pauci prodiere, inter quos maledictum illud ſcriptum, *de tribus impoſtoribus*, cum autore ipſo flammis
7. tradendum. Impiorum libros, & omnes eos, qui legentium animis nocere poſſunt, nedum Chriſtiana Religione, ſed *Gentilium* quoque *Cenſura* damnandos, corrumpendos, ignique tradendos jure meritoque judicavit Coqueus *in commentar ad Auguſtin. de Civitat.*
8. *Dei lib.* 7. *c.* 34. Sicut Plato *Lib.* 7. *de LL.* Poëtarum libros, qui de Diis minus religioſe loqui videbantur, exſtirpandos, rejiciendosque cenſuit. Eadem ratione religionis Numæ Pompilii Prætor ad Senatum Romanum detulit, ubi juſſi ſunt comburi, ne religioni officerent; Protagoræ libros in quibus dicebat, ſe dubitare, an eſſet ulla divinitas, Athenien-

nienſes in concione exuſſerunt. Cic. *L.* I. *de nat. Deor.* Auguſtus Cæſar duo millia fatidicorum librorum concremavit. Sveton. *in Aug. c.* 32. Eodem conſilio Chriſtiani Principes libros noxios perſæpe damnarunt. vid. Coqueus *c. loc.* 3. *Libri hæretici*, ſanæ Religioni 9.
contrarii, & ſchiſmatum ac ſcandaloſarum contentionum ſemina ſpargentes, quales ſunt Photinianorum, Anabapiſtarum, Quackerorum &c. vid. *d. Diſcurſ. noſtr. ſect.* 3. *n.* 19. *Ordin. Polit. Imper. de anno* 1577. *tit.* 35. §. *wenn wir num.* 2. ibi: *der Lehr der Chriſtlichen Kirchen gemäß befunden.* Weber *de jure Conſiſtor. ſect.* 13. ubi ait: quod hujus furfuris libri non imprimendi, aut ubi jam tum impreſſi fuerint, ocyus exterminandi aut confiſcandi ſint, dantibus interim pœnas autoribus. *Gloſſ. in cap. qui peccat XXIII. q.* 4. quia alienum ignem in Eccleſia accendunt. *Gloſſ. in cap. inter hæc diſt.* 3. *de pœnit.* Hieronymus, ex *Levit.* 10. *verſ.* 1. ait: In crimine hæreſeos nolo quenquam eſſe patientem, quia qui lapſus eſt, ſibi tantum nocuit, qui hæreſin, vel ſchiſma facere conatus eſt, multos ſecum trahendo decepit, illic animæ unius damnum, hic periculum eſt plurium, ut loquitur Tertull. *in tract.* 3. *de ſimpl. Prælat.* Add. Conſtitutio Impp. Theo- 10.
doſii & Valentiniani *in l. damnato* 6. §. 1. *C. de hæret. & Manich.* ubi dicitur: Nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii adverſus venerabilem orthodoxam ſectam, decretaque

que Sanctiſſimi cœtus Antiſtitum Epheſi habiti, ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere quisquam audeat, quos diligenti ſtudio requiri ac publice comburi decernimus &c.

11. Et in *Canon. Sanct. Apoſt. can.* 59. cavetur: Si quis falſo inſcriptos impiorum libros, tanquam ſacros, in Eccleſiis ad populi & Cleri corruptionem publicaverit, deponitor. Add. Dn. à Seckendorff *Teutſch. Fürſten-Staat part.* 2. *cap.* 15. ubi ait: *Dem juri reformandi hänget auch an die Anſtalt, daß man anderer falſchen Religion Bücher und Schrifften, dadurch dieſelbe unter den gemeinen Mann ausgebreitet werden, nicht aufkommen, noch weniger aber ſolche im Lande und Für-*

12. *ſtenthum drucken läſſet.* Quam vigilans in hac re ſit Eccleſia Romano-Catholica, *Index expurgatorius librorum* docere poteſt; optandum ſane eſſet, Evangelicos noſtrates in hac re vigilantiores eſſe.

13. V. 4. *Libri ſeditioſi*, & ad turbandam pacem ac Reip. tranquillitatem compoſiti, quales ætas noſtra non paucos vidit. Vid. Ordin. Polit. Francof. *de anno* 1577. *tit.* 35. §. *Wenn wir nun* 2. ibi: *Daß ſie nicht auffrübriſch. Churſ. Sächſ. Landes-Ordnung.* de anno 1550. rubric. *von verdächtigen Schrifften, Liedern und Gemählten,* ubi ita cavetur: *Es werden in unſere Lande Schrifften, Lieder und Gemählte geſchoben, die zu beſorglichen Gefahren gerichtet, damit man unſere Unterthanen bewegen will, derohalben haben wir hiebevor ein Auſchreiben gethan, welches wir hiermit verneu-*

neuren, abermahls ernſtlich befehlende, und gebieten, wo hinfürter jemand ſolche Lieder, Schrifft oder Gemälder in unſere Lande heimlich oder öffentlich bringen, die darinne weiſen, leſen, verkauffen oder verſchencken wird, daß derſelbige zur Stund gefänglich eingezogen, und an ihm alle Umſtände, und wie er darzu kommen, erkundet, und uns daſſelbige, neben Uberſchickung der Schrifft, Lieder oder Gemälde, zugeſchrieben werde, bey Vermeidung unſerer ernſten Straffe, damit wir die Nachläßigen nicht verſchonen wollen. In Edicto Electorali *de anno* 1549. inter alia hæc leguntur: *Es unterſtehen ſich etzliche Müntzeriſche Geiſter, Schandbücher, Schmähebücher und Lieder, deßgleichen unchriſtliche und ungegründete Straff-Bücher, wider uns und unſere gelehrte Theologos und Prädicanten zu Wittenberg und andere ausgeben zu laſſen, und in unſer Land zu ſchicken, der Meinung, (davor ſichs läſt anſehen) den gemeinen Mann an ſich zu ziehen, und von der Röm. Kayſerl. Maj. unſers allergnädigſten Herrn, und unſern Gehorſam abzuwenden, ohne Zweiffel der Andacht, ob ſie zu ihrer Gelegenheit ein ärgers erregen und anrichten könten. Nun ſind uns die Stellen, darinnen dieſelbigen Bücher und Lieder gedruckt, auch die Perſonen, die ſie ſchreiben, deßgleichen die ſie aufhalten, zum Theil nicht unbekant, welches wir jetziger Zeit dahinſtellen. Aber dem allen ſind wir länger zuzuſehen, keines weges bedacht, wie denn männiglich zu ermeſſen, daß es unſere und unſerer Lande Notturfft erfordert* &c.

14. VI. 5. *Libri ſcurriles*, obſcœni, venerei, teneram juventutem ſcandalizantes, quales hactenus permulti è Gallico Idiomate in Vernaculam verſi paſſim impune prodierunt.
15. Dolendum maxime, Typographos & Bibliopolas à Magiſtratu non prohiberi, ejusmodi ſcripta imprimere ac divendere, quibus incorrupti juvenum mores peſſime corrum-
16. puntur. *Væ illi*, (ait Salvator noſter) *qui ſcandalizaverit unum de puſillis.* Væ etiam illis, qui cum ſcandala publica prohibere poſſint ac debeant, in Eccleſia & Rep. ea tamen minime prohibent, ſed per negligentiam eis
17. connivent! Add. D. Arnold. Mengering. *Scrutin. conſcient. cap.* 10. *quæſt.* 115. ubi ait: *Die Buchdrucker fragen ihr Gewiſſen: ob ſie Schand-Libell, unflätige Carmina und Saupoſſen drucken, ans Taglicht und unter die Leute bringen und ſpargiren helfen. Hier ſündigen nicht allein die, ſo ſolche Unfläterey und Schandpoſſen*, pervigilia Veneris, carmina Feſcennina &c. *componiren und aufſetzen, und alſo ihres Sinn-reichen Kopfs und poëtiſchen Gaben ſchändlich mißbrauchen, ſondern auch diejenigen Schrifft-Setzer und Buchdrucker, ſo ſelbe unter ihre Preſſe nehmen, und ausfertigen helffen.* Hinc etiam pius & caſtitatis amans Magiſtratus in hos ipſos Typothetas animadvertere ſolet.
18. VII. 6. Libri famoſi, maledici, vulgo *Pasquille*, Famos-*und Schmäh-Schrifften*, *Schand-und Schmähkarten* &c. quibus hodie, proh dolor! omnes fere anguli ſunt repleti, per quos cu-

cujusque conditionis ac ſtatus hominum etiam Principum & Magnatum fama contumeliis proſcinditur. • Et ſane nullum un- 19.
quam ſeculum feracius fuit Pasquillantium, quam hodiernum. Nec divinæ ſacroſanctæ Scripturæ autoritati parcitur, ſed ab impiis hominibus illius verba ad deteſtandum ac peſtilentiſſimum Pasquillorum abuſum uſurpantur! O tempora! o mores!

Cæterum contra famoſorum librorum im- 20.
preſſores ac venditores variæ exſtant Conſtitutiones pœnales, ſed, proh dolor! earum deficit executio. In ordinatione politica Imperii, de *anno* 1548, *tit.* 34. von Schmäh-Schrifften, ita cavetur:

IIX. §. I. *Wiewohl wir auch auf biebevor gehaltenen Reichs-Tagen uns mit Churfürſten, Fürſten und Ständen des Heil. Reichs, und der abweſenden Botſchafften vereinigt und verglichen, auch Satzung und Ordnung in Druck ausgehen und verkündigen laſſen haben, daß in allen Druckereyen, auch bey allen Buchführern, mit ernſtem Fleiß Fürſehung gethan werde, daß hinfüro nichts neues, und ſonderlich Schmäh-Scrifften, Gemäld: oder dergleichen, weder öffentlich noch heimlich gedicht, gedruckt und feil gehabt werden ſollen, wie dann die Abſchied ferner mitbringen; So befinden wir doch, daß ob derſelben unſer Satzung gar nichts gehalten, ſondern, daß ſolche ſchmähliche Bücher, Schrifften, Gemählde und Gemächte je länger je mehr gedicht, gedruckt, gemahlt, feilgehabt und ausgebreitet werden. Wenn wir denn* zu

zu Pflantzung und Erhaltung Chriſtl. Liebe und Einigkeit, und Verhütung Unruhe und Weiterung, ſo daraus folgen möchte, uns ſchuldig erkennen, in dem gebürliches Einſehen zu thun, ſo ſetzen und ordnen wir auch hiemit, *ernſtlich gebietend, daß* hin*füro alle Buchdrucker, wo und an welchem Ort die im Heil. Reich geſeſſen ſind, bey Niederlegung ihres Handwercks, auch einer ſchweren Pœn, nemlich N. Gülden, ihren ordentlichen Obrigkeiten unabläßlich zu bezahlen, keine Bücher klein und groß, wie die Namen haben möchten, im Druck ausgehen laſſen ſollen, dieſelben ſeyn denn zuvor durch ihre ordentliche Obrigkeit eines jeden Orts, oder ihre darzu verordnete, beſichtiget, und der Lehre der Chriſtl. Kirchen, desgleichen dem Abſchied des Reichstags alhier, auch andern hievor aufgerichteten Abſchieden, ſo demſelben itzo allhier gemachten Abſchied nicht zuwider ſind, gemäs befunden; Darzu daß ſie nicht aufrührisch oder ſchmählich, es treffe gleich Hohe, Niedere, Gemeine oder ſondere Perſonen an, und deßhalben approbirt und zugelaſſen. Bey gleicher Pœn ſollen auch obbemeldte Buchdrucker ſchuldig und verpflichtet ſeyn, in alle Bücher, ſo ſie alſo, mit Zulaſſen der Obrigkeit, hinfüro drucken werden, den Autorem oder Dichter des Buchs, auch ſeinen des Druckers Namen, desgleichen die Stadt oder den Ort, da es gedrucket worden, unterſchiedlich und mit Namen zu benennen und zu vermelden.*

§. 2. Ferner ſetzen, ordnen und wollen wir, daß alle und jede Obrigkeiten, uns und dem Heil. Reich unterworffen, ernſtliches Einſehen thun und verſchaffen

ſen ſollen, daß nicht allein dem, wie obgemeldt, treulich nachgekommen und gelebt werde, ſondern daß auch nichts, ſo der Catholiſchen allgemeinen Lehr, der H. Chriſtl. Kirchen ungemäß und widerwärtig, oder zur Unruhe und Weiterung Urſach geben, desgleichen auch nichts ſchmählichs, paßquilliſch, oder anderer Weiſe, wie das Namen haben möchte, dieſem itzo allhier aufgerichteten Abſchied, und andern Abſchieden, ſo demſelben nicht zu entgegen ſeynd, ungemäß, in was Schein das beſchehen möcht, gedicht, geſchrieben, in Druck gebracht, gemahlt, geſchnitzt, gegoſſen und gemacht, ſondern wo ſolche und dergleichen Bücher, Schrifften, Gemälde, Abgüß, Geſchnitzt und Gemächt in Druck oder ſonſt verhanden wären, oder künfftiglich ausgingen und am Tag kämen, daß dieſelbe nicht feil gehabt, gekaufft, umgetragen, noch ausgebreit, ſondern dem Verkauffer genommen, und ſo viel immer müglich, untergedruckt werden, und ſoll nicht allein der Verkauffer oder Feilhaber, ſondern auch der Kauffer und andere, bey denen ſolche Bücher, Schmähſchrifften oder Gemähld, paßquilliſch oder andere Weiß, ſie ſeyn geſchrieben, gemahlt oder gedruckt, befunden, gefänglich angenommen, gütlich, oder wo es die Nothdurfft erfordert, peinlich, wo ihn ſolche Bucher, Gemähld oder Schrifft herkommen, gefragt: Und ſo der Autor, oder ein ander, wer der wäre, von dem er, der gefangen, ſolche Schrifft, Gemähld oder Bücher überkommen, unter derſelben Oberkeit geſeſſen, alsbald gefänglich eingezogen: Wäre er aber unter einer andern Herrſchafft wohnhafftig, derſelben ſoll ſolches alsbald durch die Oberkeit, da der erſte Feil oder Innhaber ſol-

cher Schrifften betreten, angezeigt, die abermahls, wie vor, handeln, und dem alſo lang, vorgeſchriebener Maaß, nachgefragt und nachgegangen, biß der rechte Autor befunden, der alsdann ſamt denjenigen, ſo es alſo umgetragen, feil gehabt, oder ſonſt ausgegeben, Vermög der Rechte, und je nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen darum geſtrafft werden.

§. 3. Wo aber einige Oberkeit, wer die wäre, oder wie ſie Namen haben möchte, in Erkundigung ſolcher Dinge, oder ſo es ihr angezeigt, darinnen fahrläßig handeln, und nicht ſtraffen würde: Alsdenn ſoll unſer Kaiſerl. Fiſcal wider dieſelbige, auch den Tichter, Drucker, oder Buchführer und Verkauffer, auf gebührliche Straff procediren und handeln, welche Straff nach Geſtalt und Gelegenheit der Sachen unſer Kaiſerl. Cammergericht zu ſetzen und zu moderiren Macht und Befehl haben ſoll.

§. 4. Doch wo vor dieſer Zeit etwan dergleichen Bücher, Gemählde oder Schrifften hinter einen kommen, und alſo hinter ihm blieben wären, der ſoll darum nicht gefährdet werden: Aber dennoch ſchuldig ſeyn, ſo er die befünde, dieſelbige nicht weiter auszubreiten, zu verſchencken oder zu verkauffen, und alſo vorige Schmach wieder zu erneuren, ſondern abzuthun, oder dermaſſen zu verwahren, daß ſie niemand zu Schmach gereichen oder gelangen mögen.

21. Conſtitutio hæc ſaluberrima iisdem verbis repetita & confirmata fuit in Comitiis Francofurtenſibus, *anno* 1577. Vid. *Reformatio Polit. Imper. dicti anni* tit. *von Buchdruckern, Schmäh-Schrifften, ſchmählichen Gemählden, Gedichten*

ten und Anſchlägen. vid. etiam *Ordinat. Polit. Elector. Saxon.* tit. *von Schmäh Schriften.* Add. Weber *de jur. Conſiſt. ſect.* 13. Mengering *ſcrutin. conſcient. c.* 12 *quæſt.* 17. quæ hæc eſt: *Ob du mit Pasquillen, Famos-Libellen, Schmäh Karten, Schand-Gemählden, und durch andere Mittel, deines Nechſten Leimund, ehrlichen Namen und redlichen Wandel angegriffen, zu Schanden und verdächtig zu machen, dir vorgenommen und gelieben laſſen?*

IX. 7. Libri & tractatus, per quos pragmaticæ ſanctiones Imperii, v. g. Transactio Paſſavienſis, Pacificatio Religioſa, Inſtrumentum Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis &c. in dubium vocantur, diſputantur, aut interpretatione temeraria in alienum & perverſum intellectum detorquentur. Vid. *Diſcurſ. noſt. de abuſ. typograph. toll ſect.* 3. *n.* 23. ubi adduximus Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Svecicum *art.* 5. §. 49. ubi ita cavetur: *Utriusque Religionis Magiſtratus* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 448. ſq.) 22.

X. 8. *Libri futiles & inutiles*, qui magis ad 23. loculos emungendos, quam ad doctrinam comparandam faciunt, quorum hodie infinita ubique copia, quam in dies creſcere videmus.

XI. 9. Scripta omnia, quæ Magiſtratus lo- 24. ci ex peculiari cauſa imprimi & propalari prohibuit, v. g. quæ arcana jura, item Regalia Principum controverſa concernunt, de quibus nonnunquam dictatorio quodam more in Academiis ſatis temere diſputari ſo-

25. let. vid. Reſcriptum Rudolphi II. Imperatoris, ſæpius adlatum verb. *Unſers Kayſerl. Cammergerichts Geheimniſſe &c. nicht alſo ohne einigen Unterſcheid gantz ſträflicher Weiſe gedruckt, und männiglichen fürgeſtellet werden.*

26. XII. Quæritur autem, quid judicandum de *ſcriptis anonymis* ſeu incertis, quorum autores vel timore, vel modeſtia ducti, nomina ſua deliteſcendi animo, diſſimulant, anne hæc à Cenſoribus ſimpliciter rejicienda,

27. aut admittenda? Anonymi Scriptores apud quosdam male audiunt, à quibus dicuntur tenebriones, lucifugæ; de quibus iſtud Tertulliani uſurpant: *Malefici geſtiunt latere, devi-*

28. *tant apparere.* Andreas Hyperius, (quem refert Weber *de jure Conſiſt. ſect.* 13.) *in cap.* 1. *Epiſt. ad Coloſſ.* ſcribit: Hypocritarum eſt, & male ſibi conſciorum, cum metuunt offendere, & cum fallere ſtudent, ac virus errorum in vulgus ſpargere, & cum non ſunt pares ad tuendum ea, quæ proponunt, anonymis libellis, vel fictis nominibus agere, vel quod peſtilentiſſimum eſt, inſignis cujusdam viri nomine ſua edere. *Ingenuæ ergo mentis, & bene ſibi conſciæ eſt nomen ſuum fateri, nihil fucate aut fraudulen-*

29. *ter agere.* Contra alii ſcripta anonyma ſimpliciter improbare nolunt. Martinus Borichius (apud Weberum d. l.) *in Prodromo Victore pag.* 3. ſcribit: *Anonymos Scriptores vocas tenebriones & Lucifugas: Male: Nam & libri ἀνωνύμως ſcripti exſtant in ſacris Bibliis, & in pulpitis patrum, & in ſcri-*

ſcriniis Lutheranorum, ſed & probantur à Jure Conſultis, aliisque rationibus communiuntur. Pacificus à Lapide *in ſtructuris ad Monzambanum diſc.* 30.
1. §. 2. p. 3. anonyma (ait) illa & ἀδέσποτα de rebus publicis edita ſcripta, quamvis non levis contra illa ſurgat præſumtio, & vario, quandoque etiam canino ſemine in necem veritatis luci ſint expoſita, non tamen indiſtincte reſpuenda, cum nonnunquam & in his multa *notabilia, vera, & ſcitu neceſſaria* ab aliis timidulis iniquo transmiſſa ſilentio reperiantur. *Rara temporum felicitas,* (ait Tacitus *hiſtor. L. 1. c. 1. §. 6.*) *ubi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet.*

XIII. Secundum Conſtitutiones Imperii 31.
dicendum videtur, ſcripta anonyma typis imprimi non debere. Receſſu namque Im- 32.
perii *de anno* 1548. *tit. von Schmäh-Schrifften*, expreſſis verbis cavetur, Typothetam ſuum & Autoris nomen exprimere debere. Verba ſanctionis Imperialis hæc ſunt: *Bey gleicher pœn ſollen alle Buchdrucker ſchuldig und verpflichtet ſeyn, in alle Bücher, ſo ſie alſo mit Zulaſſen der Obrigkeit hinfüro drucken werden, den Autorem oder Dichter des Buchs, auch ſeinen, des Buchdruckers Namen, deßgleichen die Stadt und den Orth, da es gedruckt worden, unterſchiedentlich und mit Namen zu benennen und zu vermelden.* Idem repetitur *in Reformat. Polit. Imperii de anno* 1577. *tit.* 13. ibi: *Sollen alle Buchdrucker, Verleger und Händler ſchuldig und verpflichtet ſeyn in allen Büchern &c.* Sed un- 33.

de eſt, quod hodie tot libri anonymi fere quotidie prodeant? anne ſaluberrimæ hæ Conſtitutiones abrogatæ? Minime gentium: Magiſtratuum negligentia & Typographicarum officinarum inſpectionis cura hactenus omiſſa leges haſce executioni non mandavit, ad quam tamen ſub pœna adſtricti. vid. *dict. Conſt.* §. 4. ubi dicitur: *Wo aber einige Obrigkeit, wer die were* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 455.)

34. XIV. Anne ergo nullum plane ſcriptum anonymi & incerti Autoris, Collegium Cenſorum typis imprimi permittere debet? Id quidem non dicimus, ſed caute ac provide in hac re, utpote magis odioſa, quam favorabili, magisque legibus prohibita, quam conceſſa, cumprimis materiam Religionis ac ſtatus concernente, procedendum eſſe
35. cenſemus. Examinanda ſcilicet ratio, ob quam ſcripti Autor latere voluerit, & ſcriptum ipſum, an ex eo evidens utilitas ali-
36. qua in remp. redundet, an non? Illa autem ſcripta, quibus ceu ex plauſtro Lucifugæ in innoxios convitiorum & calumniarum nimbos profundunt, quibus hodie omnes fere anguli pleni ſunt, ſimpliciter rejicienda, minimeque typis committenda. Cum vero hæc res non tam à Cenſorum, quam Magiſtratus arbitrio dependeat, imprimis videndum, quantum poteſtatis Cenſoribus ſit conceſſum.

CA-

CAPUT SEXTUM.

De

His, quæ à Typographis cavenda & fugienda.

SVMMARIA.

Quæ Typographis fugienda. n. 1. & ſeqq.
Typographus non imprimat ſcriptum ſine conſenſu Cenſorii Collegii. n. 3.
Correctio typi bene obſervanda. n. 5. & ſeqq.
Sacra Biblia, cumprimis ſine ſphalmatibus imprimenda. n. 9.
Taxatur negligentia quorundam Typographorum. n. 10.
Typographi ultra conſtitutum numerum exemplarium alia non imprimant. n. 12. & ſeqq.
Conſilium Autoris in hac re. n. 15.
Libri ſub privilegio impreſſi cum damno alterius non imprimantur. n. 16.
Merces operæ Typographicæ ſit juſta. n. 19.
An Typographus præciſe poſſit cogi, ut librum ex pacto imprimat? n. 21.
An Typographus contra privilegium peccet, qui librum cum aliis materiis conjunctim excudit? n. 22.

I.

Dictum fuit de officio Magiſtratuum circa Typographiam; operæ pretium eſt, ut Typographis ſummatim proponamus, 1)

 quæ

quæ ab ipſis cavenda & fugienda. Eo ipſo enim ſimul intelligent, quid eis faciendum incumbat.

2. II. Primum ac generale eſt, ut ſummo ſtudio caveant, ne in ullo articulo vel puncto Imperii Leges & Magiſtratuum Ordinationes, quæ ipſos concernunt, transgrediantur.

3. III. Speciatim vero caveant, 1. ne contra præſtiti juramenti religionem ullum ſcriptum, qualecunque etiam fuerit, ſine præſcitu & conſenſu Magiſtratus, aut Collegii Cenſorii imprimant.

4. IV. 2. Ne libros improbatæ vel damnatæ lectionis, cumprimis, quæ impia, blaſphema, ſeditioſa, contumelioſa, typis excudenda ſuſcipiant.

5. V. 3. Ne operam correctionis prælo typographico commiſſi libri negligentibus & ignorantibus concedant, ac ſcriptum ſphal-

6. matibus innumeris deturpent. De hoc vitio multi viri docti jam dudum conqueſti ſunt, & adhuc conqueruntur. Thomas Garzonius in *Piazza univerſali diſcurſu* 128. circa finem ita ſcribit: *Bey dem drucken hat man keine ſonderliche Mängel zu klagen, als daß ſie bißweilen um der Wohlfeilung willen einen ſchlimmen Vocativum zum Correctore nehmen, der in geringen Sachen mehr Fleiß*

7. *anwendet, als auf etwas rechtſchaffenes.* Et D. Arnold. Mengering. *Scrutin. conſcient. cap.* 21. tit. *Buchdrucker*, hanc querelam repetit. *Es wollen*

(*ſpricht*

(*ſpricht er*) *die Buchdrucker oftmahls* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 440.) Typographorum incuria, ſcribit Rupertus *ad Valer. Max. Diſſert.* 2. ita nobis hunc Autorem laceravit ac detruncavit, ut vix Orpheum mulieres Thraciæ, vel Pentheum Bachæ diſcerpſerint miſerabilius, ita comtum à ſe dimiſerunt, ut plus habeat fuliginis, quam Vulcani barba. D. Arnold Mengering *in Scrutin. conſcient. cap. 6. quaſt.* 97. graviſſimis verbis Typographis & Bibliopolis diligentiam correctionis biblici Textus prælo commiſſi injungit: *Buchhändler, Buchdrucker, Schrifftſetzer und Correctores in den Druckereyen fragen ihr Gewiſſen, ob ſie in Aufflegung und Verfertigung eines Bibeldrucks die Aufſicht und Correctur mit Fleiß beſtellet, angeordnet, verwaltet und verrichtet, daß der Text recht deutlich, unverrückt und volkommen, mit allen Treuen geſetzt und gedruckt worden: Oder hergegen, ob ſie durch ihre Fahrläßigkeit, Unachtſamkeit, Unfleiß, Faulheit und fremde Gedancken nachgeben und geſchehen laſſen, daß an einen und andern Orth etwas verkehret, verſetzt, nothwendige Worte, Syllaben, Buchſtaben, ja wohl gantze Zeilen und paragraphi ausgelaſſen, überſehen und vergeſſen worden? Daß diejenigen Correctores, Schrifftſetzer, Drucker und Verleger ſich mit ſolcher Unachtſamkeit, Unfleiß und Fahrläßigkeit verſündigen, und gewiſſenrührig mißhandlen, iſt dannenhero zu bedencken, weil der Herr Chriſtus das liebe Wort Gottes und H. Schrifft Altes und Neues Teſtaments ſo werth, theur, hoch, edel, Gott lieb und befohlen hält, daß nicht ein Tippel und*

8. (margin, beside "Typographorum")
9. (margin, beside "D. Arnold")

Buchſtaben von demſelbigen zergeben, und auf die Erde fallen ſoll. Sollten ſie denn nicht auch ſolche Liebe, Ehre und Luſt, Fleiß, Sorge und Andacht dem lieben Gottes Wort erzeigen, daß ſie kein Tippel und Pünctlein, auch den kleineſten Buchſtaben nicht auslaſſen, oder vergeſſen thäten? Zudem ſo gefähren und betriegen ſie auch mit ſolchem Unfleiß und Auslaſſung der Worte und Zeilen den Chriſtlichen Leſer und Liebhaber Göttlichen Worts, ſonderlich einfältige, guthertzige teutſche Männer und Bieder-Leute, ſo ſich auf ihr Bibliſches Exemplar verlaſſen, und meynen, wie ſie es finden und leſen, ſo verhalte es ſich mit der richtigen und herrlichen *Verſion Lutheri, und befinde ſich* auch *alſo in der Haupt- und Grund-Sprache, werden aber* hierinnen *angeregter Weiſe* hin*tergangen und betrogen. Zu geſ*chweigen*, daß durch ſol*che *Nach*läſſig*keit andere und wiederwertige Gedancken im Leſen der lieben Einfalt eingebildet, und an* mancher *gottſeeligen geiſtreichen Betrachtung, Lehre, Erinnerung und Troſt* Chriſten*·Leute gehindert werden. Und* hiervon *ſind ſonderlich* wohl *zu merken* D. Franzii *Worte in tract. de Scriptura Sacra p.* 38. *alſo lautende*: Opera danda eſt noſtratibus, ut tum fontes, tum fontium illorum verſiones à Typographis citra mendas excudantur, & ad poſteritatem transmittantur. Apud Euſebium in *Hiſt. Eccleſ. Lib.* 5. *c.* 19. 20. & apud Nicephorum *L.* 4. *c.* 30. extat egregium exemplum, qua cura olim caverint viri boni, ne ipſorum ſcripta depravarentur, *de Irenao.* Is enim propter Eccleſiaſticarum ſanctionum cor-

corruptores compoſuerat opus de *Ogdoade ſeu octonario*, in quo libro ſe primam Apoſtolorum ſucceſſionem attigiſſe oſtendit, ad cujus finem hæc verba adjecit: *Adjuro te, qui hunc librum deſcripſiſti, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per glorioſum adventum ejus, quo venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut conferas, quod transſcripſiſti*, & caſtiges ad exemplar, unde *deſcripſiſti, adcurate, & juramentum* hoc, *ut itidem deſcribas, & exemplo tuo adponas. Hæc ille.* Cogitent veritatis cœleſtis amantiſſimi Politici & Eccleſiaſtici, annon hodie ſimilibus juramentis adſtringendi ſint Typographi, quoties Sacra Biblia ſive quoad fontes, ſive quoad verſiones, de novo ſint excudenda? Optandum enim eſſet, ne Typographiæ & Bibliorum deſcriptiones tantummodo avaris committerentur Typographis. Quin potius iſta una præcipua cura debebat Principibus cunctis incumbere, ut editiones fontium & verſionum Biblicarum Theologis cordatis & diligentibus committerent, & ſingulari clementia munificentiaque in honorem Dei & poſteritatis uſum, quam puriſſimas prodire juberent &c.

X. Petrus Rebuffus, *Tract. de privileg. Univer-* 10.
ſit. pag. 291. ita ſcribit: Cogita, quia hodie librorum ſcriptores non habemus, ſed in eorum locum impreſſores, *qui correctiones non curant*, & cantando literas jungunt, quod non poteſt fieri, niſi mendoſe, ſicut narrat deſtru-

ſtructorium vitiorum de quodam, qui cum aliis loquendo ſcribebat libros ſemper mendoſos. Animadvertite igitur *Impreſſores*, nam „ à vobis dependet poteſtas bene dicendi, o-„ piniones enim affirmativas ſæpius negati-„ vas ponitis, & e contrario, & ideo, ſi be-„ ne imprimatis, datur poteſtas bene dicendi. Ob id bonum eſſet, *Sereniſſimum Regem ſtatuere, neminem poſſe imprimere, niſi haberet doctiſſimos Correctores*; quia dicit Gloſſa *in proëm. Regul. Cancellar.* infinita mendacia eſſe in impreſſionibus, tam in Grammatica, quam in aliis, ideo tot intellectus dantur per Doctores, & tot obſcuritates emanant, quæ ceſſarent, niſi abſque correctionibus libri imprimerentur. Scio, quod hæc Pariſienſis Univerſitas ſuis librariis juratis præcipiat, ut *correctores idoneos* habeant, ſub pœna privationis, & melius corrigunt nunc, quam olim faciebant. Hæc *P. Rebuffus cit. loc.* qui ibidem refert, Curiam ſupremam Pariſienſem pronunciaſſe, quod *deinceps diſcentes ante tres annos non poterunt fungi officio impreſſionis, poſtea ſic, ne libros mendis inficiant.*

11. VII. 4. Idem Mengeringius conqueritur *cit. loc. Daß ſie bißweilen aus Unfleiß oder Filtzigkeit nicht guten tüchtigen Firnüß zur Farbe nehmen, daher die Littern bleich und nicht ſcharffſichtig genug werden, ſonderlich in kleinen Formen, welches den Leſern groſſe Hinderniß und Hebetirung des Geſichts verurſachet*, Item, *daß ſie bißweilen einen Bogen vir-*

verwenden, und damit ein gantzes Buch, darauf die Verleger ſo viel Mühe und Unkoſten ſpendiret haben, beſchandflecken.

IIX. 5. Caveant Typographi, ne contra datam fidem Exemplaria libri alienis ſumtibus imprimendi cum alterius damno & jactura, pro ſe clam imprimant, ac divendant. 12.
Exemplaria illa ultra conventum numerum 13.
impreſſa vulgo vocant *den Nachſchuß*. Graviter autem Typothetas in hac re peccare, ait Mengeringius *Scrutin. conſcient. cap.* 21. *tit Buchdrucker*, verba illius ſunt: *Es pflegen offt wider gethane Zuſage und Gelübte auf Druck- und Schreib-Papier etliche viel Exemplarien für ſich mit einzuſchieben, und zum Abdruck zu bringen, über die geſetzte und bedingte Zahl der Buchhändler und Verleger, daß ſie alſo für ihre Perſon etliche* 20. 30. *und wohl mehr* Exemplaria *zu verkauffen haben, welches* contra fidem & legem contractus *iſt, und den Verlegern nicht wenig ſchädlich und præjudicirlich.* Cumque inter Bibliopolas & Typographos ſæpe lites & rixæ, *wegen des Nachſchuſſes*, oriri ſoleant, conſultum videtur, pro Exemplaribus, quæ vi conſuetudinis ultra pactum numerum imprimere ſolent, certam pecuniæ ſummam eis perſolvi, & exemplaria omnia Bibliopolæ vel Autori, cujus impenſis liber excuditur, relinqui. 14.

IX. 6. Caveant, ne aliorum opera, cumprimis ſub privilegio recens impreſſa, ex lucri cupiditate iterum imprimant, & ſic ſperatum lu- 15.

16. lucrum aliis injuſte præripiant. De hac iniquitate hodie querelæ ſæpius audiuntur. Non poſſumus non jam laudati D. Mengeringii verba huc adſcribere. Ille in *Scrutinio conſcientiæ* 1. *cap.* 11. *quæſt.* 139. ita ſcribit: *Es fragen ſich Buchhändler und Buchdrucker: Ob ſie Bücher, Schrifften und Materien, ſo andere ihres gleichen mit groſſen Unkoſten verlegt, und von dem Autore wohl an ſich gebracht, mit dem ſchändlichen und Diebs-ſüchtigen Nachdruck, hinter der Autorum und Verleger Wiſſen und Willen an ſich und in ihren Nutzen ziehen*
17. *und rauben wollen? Davon leſe einer des* Lutheri *Warnung über den Wittenbergiſchen Bibel-Druck; Der verfluchte Geitz (ſpricht er) hat* &c. (vid. ſu-
18. pra Part. II. pag. 438.) Quamvis ſpecioſo promovendi boni publ. prætextu utantur, revera tamen privatis duntaxat commodis ſuis hac in parte velificantur. Serio ergo Bibliopolas & Typographos quosvis exhortor, ut ab hoc inſtituto, charitati proximi vel maxime adverſo, ſibi temperent, ait D. Gerh. *in præf. ad Lect. p.* 1. *Diſp. Theol.*
19. X. 7. Caveant, ne plus mercedis pro opera Typographica exigant, quam juſtum, ac in ordinatione taxæ publicæ determinatum eſt.
20. XI. Subjicimus hic unam atque alteram
21. Quæſtionem. Quæritur 1. An Typographi præciſe ſint compellendi, ut excudant librum, quem excudere promiſerunt? Aff. P. *Rebuffus Tract. de priv. Univerſ. p.* 288. Ita ut non

non liberentur ſolvendo intereſſe, cum ſucceſſerint in *locum ſcriptorum*, eodem jure debent uti, *l. ſi cum* §. *qui injuriarum ff. ſi quis caution.* Et ita noviſſime fuit per *Regem* & in *ſuo Conſilio* deciſum, quod Typographorum famuli librum, quem excudere cœperunt, non debent dimittere, & ſi dimiſerint, poſſunt cogi, etiam pœna corporali.

Quæritur 2. An Typographo, quem ſub certa pœna recudere Princeps prohibuit, non quidem ſeparatim, ſed cum aliis ejusdem fere materiæ libris conjunctim typis alibi impreſſum, & in certum aliquod Volumen redactum vendidit, pœna in privilegio prænominata ſit imponenda? Affirmat Carpzov. *Jur. For. Sax. part.* 2. *C.* 6. *def.* 8. propterea, quod privilegia Principis non ſint reſtringenda, ſed latiſſime interpretanda. Moller. *l.* 4. *ſemeſtr.* 21. præjudicium ibidem ſequens adfertur: *Hat der Churfürſt zu Sachſen auf euer unterthänigſtes Anſuchen über euer Büchlein ein gnädigſt Privilegium ertheilt, und darinnen daſſelbe nachzudrucken, oder auch, da es anderswo nachgedruckt, in dieſen Landen zu verkauffen, bey Straff* 100. *Thaler und Verluſt der nachgedruckten Exemplarien, verbothen, deſſen ungeachtet haben die Buchführer alhier obbemeldetes euer Buch, ſo zu Franckfurt am Mayn nachgedruckt, öffentlich feil gehabt. Ob nun gleich daſſelbe nicht beſonders und allein, ſondern neben etlichen andern Büchern, ſo von dergleichen geſchrieben, in ein Volumen zuſammen gedruckt; Da aber dennoch obgedachtes Pri-*

Privilegium gebührlichen publicirt worden, und ſie deſſen Wiſſenſchafft alſo bekommen hätten, ſo were ein jeder inſonderheit in die Straff des obbemeldeten Privilegii gefallen. V. R. W.

CAPVT SEPTIMVM.
De
Operæ Typographicæ Taxa.

SVMMARIA.

Taxa operæ Typographis præſcribenda. n. 1.
Taxa Electoralis Saxonica. n. 4.

I.

1. Reip. literariæ non parum intereſt, Typographis certam operæ taxam ſeu æſtimationem præſcribi, ne æquitatem excedant, iis cumprimis in locis, ubi exercitium artis
2. iſtius uni tantum permiſſum eſt. Conqueritur D. Arnold Mengering in *ſcrutin. conſcient. cap.* 21. §. 14. ſuper illorum iniquitate, his formalibus: *Es pflegen die Buchdrucker, was eintzele Sachen*, Theſes, Diſputationes, Carmina *ſeyn, die ſtudirende Jugend, ſonderlich ſelbe Bogenweiſe oftmals zur Ungebühr zu überſetzen, nehmen vor einen Bogen ſo viel, da ihnen kaum die Helfte gehöret.*
3. II. Cæterum operæ Typographicæ taxa pro locorum diverſitate diverſa eſt, cum etiam chartæ pretium non ubique idem ſit, ſed va-
4. riet. In Electoratu Saxonico, Anno 1625. hæc Taxa Typographis præſcripta eſt:

Im

Im Chur-Crayß.

Die Buchdrucker ſollen von einen Bogen, wenn 100 *Exemplaria geliefert, und eintzelne Bogen gedruckt werden, nehmen,* 1. *Gülden.*

Von einem Patent, 14. *gr.*

Wenn ſie aber das Papier nicht ſelber geben, nach dem die Schrifft iſt, von Bogen, 17. 18. *gr.*

Worunter doch gantze Opera und Tractate nicht gezogen, ſondern haben ſich die Drucker dißfals mit den Verlegern ſelbſt, doch alſo zu vergleichen, daß ſie keinen zur Ungebühr übernehmen.

Im Meißniſchen Crayß.

Von einem Bogen zu drucken, davon behält der Autor 100. *Exemplaria frey,* 1. *Gülden* 3. *gr.*

Vor ein Patent, darzu der Drucker das Papier gibt, 1. *Gülden.*

Von jedem nachgeſchoſſenen Bogen, ſo über die 100. *Exemplaria geliefert werden, von gemeinen Schulgattungen,*

Von 24. *Bogen* 21. *pf. und gibt der Drucker das Papier, andere Druck, und auf ander Papier, darumb wird ſich der Autor mit dem Buchdrucker zu vergleichen wiſſen.*

Im Leiptzigiſchen Krayß.

Von einem Ballen in Octav. Quart. Folio, Mittelſchrifft, 5. *Gülden auf* 1000. *Exemplaria.*

Wann aber weniger als 1000. *Exemplaria gedruckt werden, von einem Ballen* 6.*Gülden.*

Wann 1500. *aufgelegt werden,* 5. *Gülden* 10.*gr.* 4.*pf.*

Wann 1000. *aufgelegt werden,* 6.*Gülden.*

Ferner ſo ſollen die Buchdrucker von einem Bogen, auf beyden Seiten gedruckt, von 100. *Exemplarien, es ſey klein oder grobe Schrifft,* 1.*Gülden oder* 1. *Thaler nehmen.*

Von jedem Bogen nachzudrucken über 100.*Exemplaria,* 1.*pf.*

Von 100. *Exemplarien, dazu ihnen das Papier gegeben worden,* 18.*gr.*

Von einem Patent, 12. *in* 14.*gr.*

Und von jeden nachgeſchoſſenen Bogen, 1. *Heller.*

Im Ertzgebürgiſchen Crayß.

Von einem Bogen Deutſch zu drucken, 18.*gr.*

Von einem Bogen Lateiniſch, 1. *Gülden.*

Von einem Bogen Griechiſch, 1. *Gülden,* 6. *gr.*

Von einem Bogen Geſänge, 18.*gr.*

Von einem Außbeut-Zettel, 3.*pf.*

CAPUT

CAPUT OCTAVUM ET ULTIMUM.
De

Typographorum immunitate ac privilegiis.

SVMMARIA.

Typographi inter artifices referuntur, n. 1.
Inter cives honoratiores recenſendi. n. 4.
Sunt ſub jurisdictione Academici ſenatus. n. 7.
An Typographiæ à collectis immunes ? n. 9.
An à metatorum onere exemtæ ? n. 11.
An Typographi poſſint pro repreſſaliis capi ? n. 13.
Typographi quidam præ aliis Privilegiati.

I.

Typographi quoad profeſſionem inter opifices vel artifices referuntur. Sic in Ordinatione Politica Francofurtenſi *tit. Von Buchdruckern* 35. §. *Wann wir nun zu Pflantzung ſolches &c.* Typographia expreſſe dicitur opificium, *ein Hand-Werck.* Uſitatius autem & recte vocatur *eine Kunſt*, *eine Edle Kunſt.* Quoad ſtatum & conditionem Typographi non immerito inter cives honoratiores cum Bibliopolis referuntur, quemadmodum eos alicubi ad ordinem Senatorium admitti videmus. Chaſſanæus *Catal. glor. mundi conſid.* 39. Caſpar Klockius *Tr. de ærario l.* 1. *c.* 19. *n ult.* inter artifices præferri *Chalcographos* ſcripſit.

1. 2. 3. 4. 5.

6. II. Quod ipſorum privilegia attinet, ſciendum, quod in iis civitatibus, ubi Academiæ ſunt, pro membris Academicis habeantur, ac ſub jurisdictione non Senatus, ſed Rectoris Academiæ vivant; Daniel Otto *de jure publ.*
7. *cap.* 24. Alibi vero aliter obtinere, uſu docemur. Eos ſtudioſorum privilegiis gaudere, communis eſt Doctorum ſententia *arg. auth. habita Cod. ne filius pro patre.* Matth. Stephan. *de jurisd. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 1. Kubach *cent.* 3. *dec.* 9. *q.* 8. D. Richter *ad d. Authent. qui plures lau-*
8. *dat.* Et eſt ratio, quod rei literariæ Typographi egregiam operam præſtent, eamque arte ſua non parum promoveant.
9. III. Quæritur autem: An *officinæ Typographicæ* à collectarum ac *tributorum oneribus ſint immunes?* Cum lex heic taceat, & praxis quotidiana nullam exemtionem doceat, nec no-
10. bis in hac re liberales eſſe licet; negandum tamen non eſt, propter utilitatem Reip. literariæ, Typographos ſi non in totum, tamen in tantum ab oneribus ſublevari.
11. IV. Quæritur ulterius: *An officinæ Typographicæ à metatis, von Einquartierungen,* exemtæ ſint? De jure Romano in privatis domibus excipiuntur *ergaſteria*, quæ mercimoniis deputantur *l.* 2. *c. de metat.* quam exceptionem inprimis congruere *Typographiis*, ne ſalus publica in his impediatur, ait D. Joh. Otto Tabor, amicus noſter, *tract. de metat. part.* 3. *ſect.* 2. *c.* 3.
12. *artic.* 2. §. 8. Verum, ut hoc ad exemtionem

nem totarum ædium, in quibus officina Typographica eſt, trahatur, id cum Taborio *μέγα λίαν αἴτημα* eſſe arbitramur.

V. Typographi non poſſunt pro repreſſaliis capi, cum habeantur loco librariorum & ſcriptorum, qui ſecundum Dd. gaudent privilegiis Scholarium. Hoc autem intellige (ait Rebuffus *Tr. de privil. Univerſit. pag.* 418.) quando ſunt *jurati Univerſitatis*, alias non, cum non ſint famuli Univerſitatis, nec Scholarium, ſed tantum ſunt mercatores, ergo privilegiis non gaudebunt, quod notes (ait ille) pro *Bibliopolis juratis* hujus Univerſitatis Pariſienſis. 13.

VI. Cæterum, quæ alia ſint Typographorum privilegia, ea, cum pro locorum varietate varient, ex uſu diſcenda. 14.

VII. Inter Typographos ipſos nonnunquam diſcrimen eſt; quidam enim ex iis dicuntur Typographi privilegiati aulici, *Befreyete oder privilegirte Hoff-Buchdrucker*, quibus ſolis imprimenda committuntur ſcripta, quæ ab Aula vel Cancellaria Principis emanant, ut ſunt, Edicta, Mandata, Ordinationes &c. 15.

TANTVM.

(o)

D. D.
Diſſertatio Academica
de
Renaſcentis litteraturæ miniſtra
TYPOGRAPHIA,
quam
Ex conſenſu Ampliſſ. Facult. Philoſoph.
in Regia ad Salam Academia,
Præſide
LAVRENTIO NORRMANNO,
Græc. Litt. Prof. ord.
Publicæ bonorum ventilationi modeſte ſubmittit
Andreas Holſtenius, E. F.
Veſtm.
In auditorio Guſtaviano Majori, ad diem Junii
Anno M DC LXXXIX.

In Chriſto Patri
Reverendiſſimo ac Ampliſſimo,
DN. CAROLO CARLSSON,
S. S. Theol. Doctori celeberrimo,
Diœceſeos Aroſienſis Epiſcopo graviſſimo,
Ejuſdem Conſiſtorii Præſidi dexterrimo,

Mæcenati meo Magno
Salutem & officia.

Re-

Reverendiſſime in Chriſto Pater.

Rerum humanarum alternas vices deprehendimus, quotquot periodos, & fatales earum converſiones accuratiori indagini ſubjicimus: Quippe certo temporis articulo ſurgunt, prolatantur, creſcunt, rurſus transacto illo ſpatio, divina decernente dextra, occidunt, ruunt. Habet & eccleſia Dei fata ſua, habet ſtupendas mirasque vices, feliciſſimum certe ſidus Europæis illuxit, cum vera religio, per electa Dei organa, transplantata ac reſtaurata, incrementum cœpit. Felix etiam, ubi famula ejus, miniſtraque Litterati orbis exoriretur. Ferunt, *Nicolaum Cuſenſem*, Cardinalem Sancti Petri ad Vincula, artem Typographicam ſanctam, quæ tum in Germania oriebatur, ſupplici prece à Sospitatore Jeſu Chriſto contendiſſe, genu flexo, ut ſe vivo Romam deduceretur, quod vel ipſo vivo, vel paulo poſtea, præſtitum

 eſt.

eſt. Hoc ardore mentis atque ſpiritus artis noſtræ incunabula amplexi ſunt. Magni certe hæc ars noſtra principibus, illuſtribusque viris ſuo merito ſemper æſtimata. Noſtra autem illi illuſtrandæ deſtinata opella usque adeo levicula ac minuta eſt, ut niſi decantatam iſtam, Summe Reverende pater, Humanitatem Tuam, & inſignis animi mores candidos veræque virtutis luce fulgentiſſimos, cognitos haberem, (ſoles enim benigna ſerenaque fronte exigua & levi manu profecta, inter maxima Ampliſſimi honoris Tui munera intueri) Nomini tam nobili tamque claro primitias haſce academicas, exiguo auctoris ingenio prætenues ac ignobiles, dicare quomodo auderem? quas Tu tamen ſplendore Nominis Tui ut illuſtrare digneris, oro. Fateor non fuiſſe meum, omnia quæ huic argumento lucem aliquam fœneratura eſſent, excutere atque perſequi, deſtituebar quippe neceſſaria huic rei ſuppellectile. Fove tamen, Reverendiſſime Pater, primas ſpes, erige, ſuſtenta. Vitam longam omni incolumitate florentem largiatur Tibi in ſeros annos Summum Numen in ſui Nomi-

minis ſempiternam gloriam, Tuorumque Nobiliſſimorum utilitatem, noſtrumque omnium commodum ac decus perenne, ita precatur, qui

Reverendiſſ. in Chriſto Patrem

Dabam Vpſaliæ
d. 2. Maji
1689.

Humillima cum obſervantia
colit
A. Holſtenius.

Nec non
VIRIS
Pl. Reverendis, Ampliſſimis, Clariſſimisque,

M. HENRICO MORÆO, Aroſienſium Paſt. & Archipræpoſito laudatiſſimo,
M. ELAVO SKRAGGE, Paſtori & Præpoſito Hedemohrenſium vigilantiſſimo,
Dn. DANIELI LINDBROGIO, Paſtori in Husby montanorum meritiſſimo,

M. JOHANNI BARCHIO, Eccleſiæ primariæ, quæ Holmiæ colligitur, verbi divini miniſtro digniſſimo,

ut

Mæcenatibus & Evergetis maximis,

ita

Promotoribus atque Fautoribus certiſſimis,

Hos primos ingenii conatus in grati animi atque perpetuæ obſervantiæ adfert pignus ac monumentum.

Materies ſpiſſis quæ tradita ſepta tenebris,
Splendida dum quæris Nomina, rite cave.
Sal tibi quippe deeſt, faciesque decora receſſit,
In tenui tutum eſt delituiſſe Choro.
Dicta Jovis Natæ profersque Novemque ſororum
Semina quod ſpargis, perticæ ad inſtar erit.
Quodque Heliconiadum curas, & pocula dictis
Fers Muſæa viris, num leve & illud opus?
Omnia cum pariter decerpſeris aurea dicta,

Quæ

Quæ dat docta cohors, Jugiter ipſa foves.
Lingua Latina tibi multum Grajæque Camœnæ,
Et multum debet Relligionis opus.
Perque ſtilos, per & archetypos, & præla typosque
Grammata circumfers, quæ peritura forent.
Noſtra Typographice hæc veſtros jam cedit in uſus,
Quos ſibi ſacravit Relligio alma patres.
Vos, tenues quamvis, faciles ſed habete labores,
Gratius appoſitis nunc dare Muſa negat.
Cedite ut in præſens ſuetis amplexibus utar,
Hæres indubius ſicque favoris ero.

Veſtr. Nom. Deditiſſ.

A. H.

Σὺν τῷ Θεῷ.

Candido Lectori S.

Litterato orbi multum præſtitiſſe, imo univerſum orbem ſibi devinxiſſe fatemur eos, qui litteras primi vel excogitarant, vel protraxerant in lucem. Ita *Moſen* aliosque, de quibus verſus:

Moyſes primo Hebræas exaravit literas,
Mente *Phœnices* ſagaci condiderunt Atticas;

ſummo ſemper pretio habitos accepimus. Neſcio an minus præſtiterint eidem, qui eas ab imperfectione ad perfectionem, à paucitate ad copiam, à deformitate ad ſplendorem & elegantiam, à morte in vitam revocarunt. Librarii, qui deſcribebant, feſtinabant ſæpius, ergo non poterant ſphalmata & errores non irrepere. Intermortuæ propemodum jacebant bonæ litteræ in cœnobiis clauſtrisque, vel a tineis vetuſtateque exeſæ propemodum. Itaque dum fere ubique rariſſimæ litteræ erant, loco earumdem horridi & ferini mores & quo quæque Gens à cultu litterarum remotior, eo ipſa aſperior, inconditior, durior. Sed poſt transplantatas litteras, & typorum opera ubique diſſeminatas mitia atque humana orbis terrarum ingenia habuit. Quæ conſiderantes plurimi

mi imo maximi homines materiæ noſtræ nobilitatem inſignem prædicare non dubitarunt. *Eraſmus* in præf. ad *Ciceronis* Quæſtiones Tuſcul. *Quamobrem mihi ſæpe videri ſolet inter omnia, quæ in uſum vitæ mortalium induſtria reperit, nihil eſſe utilius, quam uſum litterarum, nec ullam artem præſtantiorem opificio Typographico. Quid enim felicius, quam cum eloquentiſſimis ſimul ac ſanctiſſimis viris, quoties libitum fuerit, confabulari. Neque minus habere perſpectum eorum, qui ante nos tot annis vixerunt, ingenium, cogitationes, mores, ſtudia, facta, quam ſi multis annis cum iis egiſſes conſuetudinem.* Quæ ſerio conſiderantibus nobis, non potuit non materia hæcce de *Typographia* arridere. Et quid poterit litterarum ſtudioſum æque decere, ac de litteraturæ hujus veris & genuinis inventoribus, ejus incremento, aliisque huc pertinentibus certum eſſe, ejusque ſummas utilitates contemplari. Lectorem ſincerum juveniles hosce conatus dextre ſcio excepturum, momum vel melioribus obtrectaturum. Vale.

I. N. J.

Caput Prius.

Th. I.

Principia rerum maximarum, ſive quas natura parens procreat, ſive quas induſtria humana fabricatur, exigua fere, & contemta de-

deprehendimus; quæ ut parva & contracta initio ante factas progreſſiones, ita poſt mire aucta expeditaque intueri licet. Naturalium in contemplatione jam non moramur, quæ ſane felicitatem multiplicem indefeſſo ſui ſcrutatori pollicetur: Verum ad artificialium unam, quæ perfectione, nobilitate atque utilitate ſua reliquis facile præponitur, attendere animus eſt. Fatemur quidem pulchritudinem, quam in artificialibus cernimus, eam in Naturalibus haberi expreſ-
p.2 ſam, quippe ars imitatrix naturæ eſt & dicitur, perfectionemque artificialium judicamus ex eo, quod cum naturali conveniant.

Th. II.

Naturalium initia artificialia ſequuntur, ſunt enim modificationes rerum naturalium, igitur nec earum eſſentia eſt diverſa. Certe uti rerum Naturalium confectioni impares ſumus, modificationem tamen quandam earum, hoc eſt conjunctionem & ſeparationem inſtituere poſſumus, & res ita diviſas & conjunctas artificialium nomine adpellamus. Initia naturalium diximus exigua, parva etiam artificialium dicimus. Linguæ licet plurimæ ſint, & verba numero innumera exprimantur, eas tamen viginti & aliquot litteræ conficiunt. Nec minus ex decem numeris, imo unitate, maximi, infiniti exſurgunt numeri. Hæc contemplatus *Cicero* Q. T. Lib. I. quærit: *Quis ſonos vocum, qui* *in-*

infiniti videntur, paucis litterarum notis terminavit?

Th. III.

Varietatem ingeniorum pro ratione cœli, ſoli, ætatis, corporis conſtitutione & hominis cultura deprehendimus inſignem. Ita aliis mite, aliis horridum & aſperum, aliis fertilitate ſua copioſum eſt ingenium, aliis ſterilitate languidum, lentumque, aliis rebus bellicis, aliis litterarum ſtudiis deditisſimum aptiſſimumque. Hisce poſterioribus nobilitata fuit Græcia, nec aliter Roma, doctorum otium atque deliciæ. Hæ ambitioſa quadam contentione ceteras gentes Barbaras nominabant, quod ad eandem, qua illæ, linguæ atque ingenii culturam non adſcendiſſe iis viderentur. Utriusque hujus monumenta inſignia exſtant, integra volumina, Bibliothecæ refertæ, quarum poſſeſſione viros maximos nunquam non exhilaratos accepimus, cum ex his omnis fere eruditio pullulat. Βιβλιόφιλον quendam ex *Mallinkrot* de Ortu & progr. Typogr. cujus hæc ſunt verba, adponam: *Sed quid bibliothecæ ſuper cellas aromatum ibi redolent, quid virens Viridarium univerſorum voluminum inæſtimabilem ibi ſpirant fragrantiam. Ideoque ſe* The-*ſauris apertis & ſacculorum corrigiis reſolutis, pecuniam læto corde diſperſiſſe, luto & arena redemiſſe libros impretiabiles.* In peregrinationibus magis accuratis luſtrari debere bibliothecas, imo ra-

rariores libros annotari, monet *Conſtantinus Germanicus* in Epiſt. Polit. ad *Juſtum Sincerum* p. 28. & ait: *Hodie tertia pars eruditionis eſt, bene judicare noſſe de optimis & præſtantiſſimis ſcriptori-*
p. 4 *bus.* Hominis animus inquietus quærit, in quo conſiſtat, ſed vix ullam rem ex humanis invenio, in qua ſuaviore amœnioreque animi voluptate morari, & cui operi honeſtius operari poſſit, quam eſt ſanctiorum meliorumque Muſarum conſortium. Ergo maxima iis debetur laus, qui ingeniorum hujusmodi monumenta inquiſivere, poſteritatique tradidere. Horum inſignem numerum Græcia exhibet, inter quos excellit *Demetrius Phalereus*, *Ariſtoteles*, *Ptolemæus Philadelphus*, aliique. Ne de Latinis bibliothecarum ſtructoribus aliisque dicam. Nihil de hodierna doctorum virorum, principumque etiam maximorum φιλοβιβλία inſigni adjiciam, quis enim rei immenſæ modus finisque foret? Notum etiam, quamlibet fere rempublicam moratiorem ſuorum habuiſſe librorum inquiſitores, & qui gentium ſuarum doctos aliis commendarunt, quo ex numero fuere *Scardeonius*, qui Patavinos, *Poccientius*, qui Florentinos, *Chioccus*, qui Veronenſes, aliique, qui alios Italiæ viros ingenio præſtantes deſcripſerant. Hiſpanos doctrina claros conſignavit *Alphonſus Garcias Matamorus*, & *Andr. Schottus*; Gallos *Antonius du Verdier*, & *Franciſcus de la Croix*; Anglos

glos *Io. Lelandus* & *Io. Balaeus*; Germanos, *Io. Trithemius* & *Melchior Adamus*; Belgas, *Valerius* & *Franciſcus Svertius*; Danos, *Bartholinus* & Noſtrates b. m. *Schefferus*, qui conſuli poteſt in Svecia literata. p. 5

Theſ. IV.

Eruditionem, decus illud ornamentumque imperii & reipublicæ columen, ex litterarum monumentis maximam partem peti poſſe quis neſcit? Ea autem, partim ſcripta, partim excuſa, exſtant. Ad primam ſcriptionem quod attinet, fiebat illa vel in foliis, vel quarundam arborum libris, i. e. corticibus, vel in cera tabellis ligneis ſuperinducta, vel etiam ſciſſuris ſive philuris, quæ arbuſcula eſt Ægyptiaca, quam in prætenues ſed latiſſimas ſciſſuras dividere acu poſſunt, & *denique membranis*, (*Pergami, ut referunt, primo inventis*) *inſcribebant, & tandem chartæ imprimendi modus eſt inventus*, ut habet *Micrælius* in Synt. Hiſtor. p. 3. Scriptionis inſtrumentum penna in maximos honores plurimos evexit, hominemque contemtæ ſortis in maximam eminentiam collocavit. vid. *Conſtantinum Germ.* p. 152. Nobile inſtrumentum penna, ejusque effectum ſcriptio, interim tamen multi ejus inſufficientiam deplorare neceſſum habuerunt. Huic malo remedium inventa eſt ars Typographica, quæ incommoditates plurimas una ſuſtulit.

p.6 Th. V.

Quoniam deſcriptione pauca, jam ad ipſius Typographiæ inventionem. Generi humano ignorantia & ſtupiditate indignius nihil, nihil dignius veri bonique notitia. Quorum alterum hominem de ſolio ſuo dejicit; alterum vero hominem homini præfert, enti ſumme perfecto illum quodammodo adſimilando. Ignorantia opprobrio eſſe videtur, ſed animi vigor atque ſcientia cuique laudi ducitur. In illa expellenda atque hac inſinuanda ſollicitus intellectus humanus, artium atque linguarum comprehendit ſtudia, quibuscum excultus diligenter, ignorantia paulatim evaneſcit. Diligentia humana varia excogitavit in ſuam perfectionem & aliorum commodum haud exiguum. Quæ utilia & neceſſaria, avide arripiebantur, nonnunquam etiam minus neceſſaria, hinc non poterat non librariorum fatigari manus, quæ ad multorum petitum multa deſcribendo, non tamen ſingulis ſatisfacere potuit. Pretium ſæpe in ingens excrevit, quod alios à redimendo, alios ab edendo proprio deterruit. Huic ut mederetur morbo, & faciliorem redderet laborem, varia experta fuit eadem diligentia humana prius in materia minus ſolida, utpote in terra, arborum corticibus &
p.7 cera. Tandem excogitavit firmiora operis ſui inſtrumenta, ligna, ferrum, lapides, qui-

quibus memoriam ſuam propagavit; imo quæ ſcire voluit feros nepotes, iisdem inſculpſit, etiam rebus præclare geſtis & factis heroum nobilibus hanc materiam dicavit; Quæ omnis gravi laborabat incommoditate, nam, ut dictum eſt, typos lignis tabulisque primo inſculpebant, ſive rectius de ligno formabant, filoque colligabant, qui qualemqualem exhibebant Typographiæ ſpeciem, cum tamen à perfectione, qua nunc gaudent, longe abeſſent. Nec mirum, cum nihil ſimul inventum & perfectum, ſed dies aliquid addit, aliquid detrahit. *Multum quidem egerunt, qui ante nos,* ait Seneca, *ſed non perfecerunt, multum adhuc reſtat operis, multumque reſtabit, nec ulli nato poſt mille ſecula præripitur occaſio aliquid addendi.* Inde inventa quoque ratio, ſtanneis, æneis & argenteis typis excudendi, in quorum ſingulorum inventores ſcrupuloſius inquirere non placet, cum ſuper hac re magnus ſit diſſenſus eruditorum.

Th. VI.

Hoc novitio invento potiſſimum inclaruit Germania, ejusque nobiliſſima urbs Argentoratum, qua de re ex *Mentelii* Parænesi p. 22. pauca adducam: *Hic noſter* (*de* Mentelio *juxta ejus ſententiam prototypographo ſermo eſt*) *primo inſculpſit litteras ſupino ſitu & retrogrado diſpoſitas ligneis tabulis, quæ ſui cujusque, ſi fuerint imbuta colore, veſtigia poſt ſe relinquerent. Tan-* p. 8

dem præſtantiorem modum commentus eſt, nempe connexiles Typos primo ex buxo vel pyro confectos, hinc ex orichalco, ſeu litterarum quarumcunque imagines, ſeorſim dividuas & rebus ejusmodi anaglyphices arte proſtantes, ac deſuper exſculptas. Et paulo poſt: *Ex Toreumatis illis minutis concinne atque affabre factis, litterarum figuram à ſui vertice prominentem, & pro diverſa earum ſpecie diverſam adeptis; ac illis quidem ligneus in primordiis apparatus fuit.*

Th. VII.

Ipſam inventionem hoc modo perſecuti, ad inventores veros, falſorum larva detecta, ut nos conferamus, ipſa inſtituti ratio poſtulat. Et primum inventorem, vel ſi placet, exhibitorem Deum Opt. Max. facimus. Ejus ſapientiam, & bonitatem, quæ optima & maxima nobis ſuppeditat, nunquam non miramur, etſi prædicando ſimus inſufficientes: qui nobis in ſenecta mundi & ea jam vergente, ea præſtitit, quæ maximis voluit abſcondita. Audiamus ſuper hac re egregie diſſerentem ſummum maximumque virum Cl. *Bœclerum*, cujus verba ita ſonant in Orat. de Typographia p. 331. *Dimicare cum homine, imo* p. 9 *cum ambitione de eo, quod ſicut divinum eſt, ita arbitria pariter affectusque humanos excludit; irritum, inane, præpoſterum: ſicut reſpondere ei, qui negat te accepiſſe à divina manu, quod accepiſti, & ut ſciat te accepiſſe, neminis prorſus intereſt, non eſſe niſi dubitantis de præſenti favore Dei, merito dixerim.* Et

inde

inde ait: *Unde arceſſemus id literarum propagandarum arcanum, quam ab eo, qui primus* Adamum, *humani generis parentem, literas edocuit?*

Th. VIII.

Inter paganos uſu etiam receptum fuit, rerum maxime utilium adinventa Diis Deabusque aſſignare, vel hominibus & iis ſublimioris vitæ conditionis: vel ut labori ſuo majorem auctoritatem, vel gratiam conciliarent, & ſi quæ alia hujusmodi; qua de re videre poterit *Diodorus Siculus* L. 5. & *Scharrock* p. m. 330. Ita Saturno hoc noſtrum inventum à *Gilberto Cognato* Lib. 3. Silvæ, aliisque aſſignatur.

Th. IX.

Rem utilem & laudibus dignam aggreſſi, difficultates & controverſias haud ſane leves deprehendimus; quippe gloriam dubiam multæ gentes ſibi aſſignare ſatagunt. Homini ineſt delicata ſui æſtimatio, & in rebus humanis plerumque dominatur ambitio. vid. *Puf.* Off. C. & H. I. 3. quæ negotia non modo, dum geruntur, perturbat, ſed geſtorum plerumque veritatem corrumpit, vel obſcuram reddit: Hinc eſt quod aliena apprehendat clanculum & pro ſuis ementiatur. Quotus quisque ſuæ non favet patriæ? Verum utique eſt, multum nos juxta *Ciceronem* offic. 1. p. m. 68. & 130. atque *Bæclerum* p. 107. patriæ debere. Sed videndum tamen, ne honeſtatis atque veritatis terminos limitesque trans- *p. 10*

transgrediamur. Porro aliorum gloriæ invident alii, fere ob nullam aliam rem cauſamve, quam quod magnas laudes eorum non perferant; itaque ad contentiones res recedit, nonnunquam ad convitia, ut *Bœclerus* in Orat. & *Spizelius* p. 375. Hæc omnia contigiſſe circa artis noſtræ inventionem, deplorandum ſane eſt, & alii obſervarunt notaruntque: *Berneggerus* in Orat. fun. Pet. Storckii, & *Bœclerus* cit. orat. hisce verbis hocce diſſidium exponit: *Ita cœpit hoc malum antiquitus, & à tam plauſibili initio ad æmulationes, inde ad certamina præcellentiæ inter gentes, hinc ad contemtus mutuos, & ſuperbiam, denique ad odia profectum eſt. Quæ nunc unusquisque intendit aut remittit, prout famæ utilitatisque ſpe concitatur, aut diverſæ ſortis metu ſufflaminatur, neque probris neque convitiis abſtinet, injuriamque, quam aliis facit, cum apparatu in publico oſtentat.*

p.11 Th. X.

Ut dictum eſt, in rem multum diſcrepantem Scriptorum opinionibus, de veris inventoribus vera tradituri incidimus, ita ut ars noſtra verum inventorem nominare vix queat. Et ſane, quod mirandum, rem ante tria propemodum Secula inventam, his tenebris involutam eſſe, ut vix à falſo verum diſtet. Nam inventi ſunt, noſtris Europæis invidentes, inventionem Aſiaticæ ſuperſtitioſiſſimæ genti qui attribuerunt; videri poterit *Guido Pancirollus* Tit. XII. rerum nov. invent.

Jovius & *Hieronymus Oſorius* lib. XI. de rebus geſtis *Emanuelis* Luſit. Reg. Conſulatur I. H. *Hottingerus* in Hiſt. Eccl. Part. IV. pag. 44. ſqq. & *Micrælius* Syntagm. Hiſt. Eccleſ. Part. 3. Sect. 1. Quorum plerique hujus artis inventum Indiæ populis Chinenſibus deferunt, & multo prius quam Europæis artem excudendi libros notam ipſis fuiſſe volunt. *Angelus Roccha* conatur eandem inſinuare ſententiam, quem eruditiſſimus accuratiſſimusque *Mallinckrotius* in diſſertatione de ortu & progr. Typogr. pag. 2. adducit: *Quamvis*, inquit, *à partu virginis* 1442. *in Europa inventa fuerit hæc ars, ut multi ſcribunt, eam tamen in magno Sinarum Regno, ante plus minus bis mille annos in uſu fuiſſe, atque nunc eſſe, accepi à multis, qui inibi diu vixerunt; & præſertim à* Michaele Rogerio, *Neapolitano, Societatis Jeſu, qui cum undecim annos ad Chriſtianam fidem propagandam eo in regno vitam duxerit, nunc Romam ab ejus regni incolis miſſus, ait ſe legiſſe libros verbis ac characteribus Siniacis impreſſos ante Salvatoris noſtri adventum annos circiter* 400. p. 12 *Maffei* etiam teſtimonium, quod brevius, adducimus, qui in Hiſtor. Ind. orient. Chinenſium litteras imaginesque (quibus inventis Europa adeo gloriatur) vetuſtiſſimo fuiſſe in uſu apud Chinas refert. *I. H. Linſcotanus* ait, *Typographiam Chinenſibus fuiſſe in uſu ante aliquot ſecula, habere libros excuſos annis quingentis vel ſexcentis, priusquam in Europa fuerit inventa, eſſe ibidem refertiſſimas bibliothecas.*

Th. XI.

Ut hujus rei veritatem melius introſpiciamus, hiſtoriolam eorum alphabeticam ſubjicimus, nec non ipſum imprimendi modum. Scripta eorum lecturus, ultra 85000. figuras, & qui perfectior, 120000. pernoſſe debet. *Mentelius* in Paræneſi ſua ad *Bernh. à Mallinckrot*, ubi occupatur in reddenda ratione, quare cum Europæi ſæpius illic diverterint, non tamen didicerint eorum exprimendi morem? reſpondet, hoc *illis labori fore*
p. 13 *non ſolum immenſo, ſed etiam impoſſibili. Si quidem loco viginti trium litterarum cum notis, reſpirationum morulis, quibus in oratione utuntur Latini, Græci, aliique, tot ſuppetere Sinenſibus, ut præter articulos, quos punctis deſignant, certo numero comprehendi non poſſint.* Præterea modus imprimendi à noſtro eſt diverſiſſimus, & forte cum initiis noſtræ non nihil congruit. *Habent characteres in tabulis ligneis exſculptos, quales nos interdum effingimus, cum figuras in tabulis ligneis & laminis ferreis incidendas curamus.* Idem *Metellus* in Hiſtoria de Orbe & inſ. nov. teſtatur; quod formas & figuras non infundant in folia, ſed inſculpant, ut inciſores eboris & æris. Sed cum in hiſce refutandis alii ſedulam operam inſumſerint, nolumus hiſce diutius immorari, ne actum agere videamur. Et ſperamus rem jam in aperto eſſe, non a Chinenſibus ad Europæos, ſed ab his potius ad illos derivatam eſſe Typographiam, quod tamen in medio relinquimus.

Th.

Th.XII.

Itaque ne extra oleas, ut dicitur, ferri videamur, relictis Sinenſibus, ad Europæos noſtros libenter tranſimus, homines ingenio & artium ſtudiis claros nobilesque, quos hoc adjumento & nobili inſtrumento beare Deus dignatus eſt. Nec deſunt ibidem, quibus- *p.14* cum contendendum nobis erit, qui artis noſtræ inventionem ſibi attribuere atque vindicare ſatagere. Et primo loco Italiam ponimus, in qua hoc nomine *Uldaricum* quendam, *Haan* dictum, celebratum accepimus. Nec mirum, cum is artem nobilem in illas ſedes transportaverit, in quibus vix auditu, nedum viſu, innotuit. Erit pro legitimo ſpurius auctor, præſertim ubi princeps ille transportator cupidus laudis exſtiterit. Hic perperam mutato nomine Gallum ſe appellabat, qui natione Germanus. Hinc decepti *ἀμφιβολίᾳ* vocis, Gallum natione putantes, qui nominetenus erat. *Iacobi Wimphelingii* locum in hanc rem adducere non pigebit ex Epitome Rerum Germ. *Præterea*, *inquit*, Uldaricus Haan, *cognomento Gallus*, *ſub idem tempus formas literarias*, *rem inauditam*, *nec unquam Romanis viſam*, *Romam detulit*. *Itaque cum hoc divino opificio rem litterariam ex inopia ad ingentem ubertatem perduxit*.

Th.XIII.

Encomiis & inſcriptionibus variis Batavia domi foriſque Harlemum eiusque civem

Laurentium Joannis exornat, inventorem, au-
p.15 ctorem, parentem adpellans. Cui etſi inventi laudem non aſſignemus, in proximo tamen collocamus, quia litterarum cultura artiumque inventis jam olim nobilitata regio fuit. Hanc matrem ſui fecere cives, Germaniam ſed nutricem perfectricemque. Ejus ſtrenuus aſſertor ejusque auctor *Hadrianus Junius Laurentio Coſtero* æditüo inventum adſcribit, qui Harlemenſis civis dicitur. *Hic*, ut dictus auctor tradit, *cum in patrio nemore ſpatiaretur, temporis fallendi cauſa ſive cortices, ſive ligneos aſſeres, ſive tabulas in ſpeciem litterarum deformavit*; *hic* Fauſtum *illum Maguntinum in miniſterium aſſumſit, qui cum artem ſibi calluiſſe viſus eſſet, inſtrumentorum herilium ſuppellectilem convaſaſſe, & Harlemo profugum, Moguntiæ furterum ſuorum inſtituta officina, fructum uberem meſſuiſſe fertur.* Qua de re videri poterit *Bernh. Mallinkrot*, aliique. *Iunii* præcipua argumenta ſunt auctoritates, relata aliorum, nec non inſcriptiones nonnullæ: quæ quidem omnia magnifacienda putamus, niſi veritati contradicant aperte. Poſt eum alii ejus auctoritate ſtant, alii vero rem in medio relinquunt, alii veterem & receptam, de inventore Germanico ſententiam tutati ſunt. Iconem *Coſteri* cum verſibus Latinis Belgicisque *Scriverii*
p.16 *Adrianus Romanus* dedit. Verba dabimus, quum imaginem exprimere nequeamus:

M.

M. S.

Viro Conſulari &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 539.)

poſuit civis gratiſſimus, *Adrianus Romanus*, Typographus, Anno cIↄ Iↄ XXX.

Verſus ita ſe habent:

Vana quid Archetypos &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 502.)

Belgicorum verſuum eadem eſt ſententia.

Th. XIV.

Etſi non deſint alii, qui etiam de inventionis laude lætari videntur, hos tamen præterimus, propoſitæ brevitatis memores; et ad ipſius rei inventæ veros inventores viam p. 17
nobis paramus. Quare videat veritatis inveſtigator, ne aërem pro Iunone apprehendat, cum leviter inſpicientibus, juxta poëtam, haud diſtent æra lupinis, & lana ſæpe mentitur colorem. Veritas amittitur altercando, &, ſi non amittatur, revocatur tamen in dubium apud minus cordatos homines, & qui ſimplicitate ſua laborant. Nam eæ res, quibus hodie viventes fidem non habent, ſæpe apud credulam poſteritatem fidem faciunt. Itaque falſitate retecta, veritatem, quantum quidem in nobis, ſiſtemus. Igitur ad Germanorum gentem accedendum, quæ olim inculta & aſpera, lingua, ingenio, vita, & moribus, quod teſtantur paſſim Hiſtoricorum filii; nunc vero terrarum cultu, urbium ſplendore, ædificiorum magnificentia

tia ſuperbiaque aliis terrarum partibus aut par aut ſuperior; Litterarum artiumque aliarum jam floret cultura; Viros ingenio ac eruditione præſtantes plurimos maximos nominare poteſt. Et fere omnium conſenſu nobile Germanum ingenium, in artium inventione earumque eleganti exercitio, concelebratur. Certe ceteris hæc gens in tractatione æris præſtitit, quod abſoluta teſtantur opera ab iisdem fabricata. Nam ut

p. 18 Τὴν Χαλκογραφίην Βομβάρδην θ᾽ ἔσχατος αἰὼν
Ἔλλαχε, τὴν ὄφελος μὲν μέγα, τὴν δ᾽ ὄλεθρον,

canit *Mentelius* ex Medit. Hiſt. *Camerarii*, & *Jacob Wimphelingius* libro ſive Epit. Rer. Ger. cap. 65. etſi de inventore jam nihil dicamus hujus. Et ſi non aliud, divina ars Typographica illud declararet. Teſtantur id ipſum monumenta, Inſcriptiones & auctoritates virorum præſtantium paſſim, quorum inſignem numerum exhibebit tibi erud. B. *Mallinkrot*, ad quem Te, B. L. libenter remittimus. Horum etiam aliqua pagina noſtra in poſterioribus ſiſtet.

Th. XV.

Non una Germaniæ urbs inventi Typographici laudem ſibi propriam facere conatur. Imprimis Ruſſenberg, Alſatiæ oppidum, ubi non tantum primo ex quorundam opinione inventa dicitur, ſed etiam id oppidum ex officinarum ſtrepitu id nominis traxiſſe

xiſſe *Irenicus* tradit; maxime tamen Moguntia ſive Mogontiacum, germ. *Mentz*, eſt oppidum in ripa Mœni, ibidem ſe in Rhenum exonerantis, ſitum. vid. Itiner. Zeilleri Cap. 14. & *Caſp. Bruſchii* Epit Arhiep. & Epiſc.Germ. quod a Nerone in expeditione, adverſum Chattos facta, muris cinctum dicitur. Huic urbi cum Argentorato vehemens contentio intercedit, utra vera inventi Typographici laude nobilitaretur. Quidam rei difficultatem conſiderantes, quam tollere non ſe poſſe putabant, *Ariſtotelis* ſententiam adduxerunt, vid. *Alſtedius* lib. 30. qui nihil prohibere dixit, artes easdem à diverſis & eodem & diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri poſſe. p. 19

Th.XVI.

Argentoratum Alſatiæ nobiliſſimum florentiſſimumque oppidum eſſe, maxima ejus facta atque inventa declarant, rerum bellicarum præterquam quod olim, ut *Gebuilerus* in Panegyri *Caroli* nomine inſignita, & *Jovius* Hiſt. ſuarum lib. 14. tradunt, gloria floruit, nunc etiam ſummis ingeniis aut ortum aut domicilium multis retro annis præbere notiſſimum eſt. In quam quodammodo injurii eſſe videremur, ſi prima artis noſtræ incunabula ipſi derogandi auctores eſſemus, cum non deſint teſtimonia auctoritatesque maximorum virorum, *Wimphelingii* ex Cap. 65. *Spigelii* lib. 9. Auſtriados, *Hieron. Gebuileri* in Paneg. Caroli p. 2

no-

nomine inſignita, *Scragii* de Typogr. Strasburgi inventa, *Althameri* ex Comment. in *Tacitum*, qui vixere non longe ab incunabulis. Paulo citerioris ætatis ſunt *Gilbertus Cognatus* in deſcript. Galliæ, *Simon Fabricius*, *Joh. Kahl*, ſive *Calvinus*, Heidelbergenſis Profeſſor, horum tempore prætерpropter *Bœclerus* in Orat. de Typogr. *Matth. Berneggerus* in Orat. Funeb. ad an. 1627. & quis recenſendo par? & in poſterioribus clarius patebit.

Th. XVII.

Itaque diſcrepantibus ab utraque parte opinionibus ἄνω καὶ κάτω, ut fieri ſolet, videbimus, quo pacto uni ſatisfieri poſſit, ut alteri ſuæ laudes præter jus & fas non detrahantur; idque potiſſimum hoc modo fiet, ſi urbium harum alteram fecerimus matrem, alteram nutricem & perfectricem, quod aliorum veſtigiis inſiſtendo tentamus. *Jacob Wimphelingius* Epit. Reip. Germ. qui multis hoc in argumento dux, vir gravis & eruditus, ſub ipſis incunabulis noſtræ artis vixit Seleſtadi, is impreſſoriam artem à *Guttenbergio* ſive Argentinenſi, ſive Moguntino, Argentinæ tentatam, Moguntinæ ſed perfectam ait hiſce verbis: *Anno* 1440. Friderico Tertio, *Rom.*
p. 21 *Imperatore regnante, magnum quoddam & pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi à* Johanne Guttenberg, *Argentinenſi, novo genere ſcribendi reperto, is primum artem impreſſoriam, quam latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argenti-*

tinenſi invenit, inde Moguntiam veniens eandem feliciter complevit. Idem ejus ſororis filius *Spigelius* Lex. Juris Tit. *Librarii.* Chronicon Argentinenſe ad Ann. 1440. *Hoc anno cum è tribu Vietorum tertium in Conſulem eſſet electus* Nicol. Schanlit, *& pratura urbana fungeretur* Waltherus Spigel, *eximia illa & prorſus utilis Typographia Straſburgi inventa eſt ab incomparabili viro* Jo. Mentelio, *habitante in foro Fronhoff, in ædibus Thiergarten.* Et *Iacob Meierus* lib. 16. Annal. Flandr. apud *Hotting.* in Bibliothecario quadripartito: *Anno Chriſti* 1440. Johannes Guttenberg, *Argentinenſis, invenit artem impreſſoriam, quam latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argentinenſi. Inde Moguntiam veniens, eandem feliciter complevit. Interim* Johannes Mendel, (*alii* Mentel *vocant*) *eandem artem Argentinæ exercens, brevi factus eſt opulentiſſimus. Huic ſucceſſere* Adolphus Ruſchius *&* Martinus Flachus; Sixtus Ruſinger, *Argentinus, Neapoli Anno Chriſti* 1471. *libros, quomodo imprimi poſſent, monſtravit,* Ferdinando *regi ob id factus chariſſimus. Wimphelingius* alio loco breviter in Catalog. Epiſcop. Argentin. tradit, *Argentinenſem civem artem hanc incomplete inveniſ-* p. 22 *ſe, deſcendiſſe vero Moguntiam, in qua completa eſt. Aventinus* annal. l. 7. etiam hac de re conſuli poteſt. Sapientiſſ. *Malinkrot.* in opere ſuo, diſſ. cit. de ortu & progr. Typogr. Cap. 22. ſtrenuus ille Moguntiæ defenſor, ait: *Argentina eſt, ubi* Wimphelingius *ſcripſit impreſſionem à* Guttenbergo *tentatam eſſe, quam poſtea Mo-*

Moguntiæ perfecit, ſi non potior eſt ſententia, ad quam animus meus inclinat, non Guttenbergium, *ſed* Fauſtum *primitus Typographiæ inveniendæ curam adhibuiſſe: Manet nihilominus inconvulſa opinio de Maguntia, illic hanc artem perfectam ac primitus exercitam eſſe.* Et ipſe *Mentelius* in paræneſi p. 50. qui ſemper contra Moguntiam, tamen ait: *non inficias iverim, Tuos ab arte illa nonnihil nominis reportaſſe, non inventa, ſed exculta prima Typographiæ Moguntiæ.*

Th. XVIII.

Locis, ut ſperamus, oſtenſis, quibus inventionem ac perfectionem debet ars hæc noſtra, in ipſos inventores ulterius eſt inquirendum, & in Italiam ab *Uldarico Haan* & *Arnoldo Pannartz*, in Galliam per *Nic. Jenſon*, quem etiam pro ſuo Dania agnoſcere videtur, eſt transplantata. Batavia *Laurentium*
p. 23 *Joh. Coſterum* agnoſcit. In Germania non unum, ſed plures dictos Typographos habebimus. *Polydorus Virgilius Petrum Schœfferum* prototypographum tradit, qui tamen non naſcente, ſed nata jam atque adulta inclaruit; alii *Io. Mentelium*; nec non tamen cum eo *Iohannem Gensfleiſch* & *Iohannem Guttenbergium* veros inventores pronunciamus. Hi ſunt viri inſignes, memorabiles, ingenio valentes, reipublicæ illuſtrandæ propagandæ nati, divinitusque dati, ad omnem poſteritatem gloriam promeriti ſempiternam. Hi artem Typographicam, qua nulla major,

uti-

utilior, melior, invenerant, auxerant. *Fauſtus* Moguntinus ille nec prætereundus, qui re ſua domeſtica, qua largiore inſtructus erat, artis hujus incunabula ſtatim erexit.

Th. XIX.

Primi inventores auctoresque novum hoc inventum etſi ſibi ſervare tentarent, tamen cum vel inopia, vel multitudine laborum defatigarentur, alios ſibi in conſortium adſcivere, quorum, arte cognita, perfidiam mox experiebantur, de qua primi inventores non ſemel conqueſti ſunt. Itaque clauſtris fractis erupit bonum hocce inventum toti orbi literato famulaturum. Primumque per Germaniam propagatum eſt, tandem Romam, Venetias, Neapolin, alioque abiit, *p.24*
ubi paſſim libri, quorum adhuc exſtant permulti, typis elegantibus deſcripti ſunt. De ſingulis mox acturi.

Th. XX.

Pro varietate typorum varii inventores ſtatuuntur, quos recenſere, cum docti inter ſe non conveniant, operæ pretium non putamus. Omnes illi typi, de quibus in ſuperioribus, incommoditate ſua laborabant, ſive lignei illi fuere, ſive chalybi inciſi, ſive ex ſtanno fuſo liquatoque facti, donec tandem ex plumbo plurimo, æris tertia parte, ſtibiique & ſtanni minima parte con-

ciliatis inter ſe mixtisque ſolerter atque prime fingerentur. vid. *Mentelium.*

Th. XXI.

Nec in idem tempus omnes conſenti *Boxbornius* in exceſſu longius recedit, & ad num 1420. refert ipſam inventionem, contra in defectu ad annum vel 1450. 1447. recedunt. *Specklin* tamen Chron. I tradit, ſe oculis propriis conſpexiſſe litt arbori inciſas ad an. 1447. Quas quid ſententias, cum ad idem omnes non re ciant, non omnino falſas dicimus. M me tamen eorum probatur ſententia,
p. 25 anno 1440. excogitatam, & reliquo vol tempore perfectiorem redditam. Sub *derico Tertio*, Rom. Cæſare atque imperat Auguſto, reperta eſt. Nam ut habet *Sab* in Cæſaribus German.

Quæ dedit ars nobis impreſſos ære bellos,
Facta ſub hoc primum Cæſare n fuit.

Th. XXII.

Ipſam pulchritudinem jam mirari con nit, quæ conſiſtit in varietate, plenitudi connexione, ordine. Varietas conſiſtit magnitudine, figura, ſitu & poſitu typ rum, quæ omnia perſequi jam non lic

Pl

Plenitudo in eo conſiſtit, quod 24. iſtæ literæ ſufficiant innumeris exemplaribus excudendis. Connexio, quod typi, qui ante diſcreti, è thecis ſuis protrahantur, futuri operis inſtrumenta. Adeo è litteris ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, imo libri integraque volumina conficiuntur. Ordo etiam omnino ſervandus eſt, hoc enim ſervato expriment, quod oportuit, neglecto vero, quidvis aliud, quam quod deſideras, erit. Ipſam typographiam ſive typotheſiam hic exponerem, niſi cuivis ante oculos eſſe poſſit, & eandem delineatam habes ex *Nicodemo Friſchlino*, Balingenſi, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν egregie conſcriptam.

Th. XXIII. p. 26

Differentia veteris & novæ Typographiæ hæc eſſe poterit, quod imperfectionis majora in illa, quam in hac, appareant veſtigia & ſigna, quæ jam poſtea correcta atque emendata *Mallinckrot* in tractatu ſuo diſſert. de ort. & progr. Typ. p. 101. recenſet: *Differentia in diverſis conſiſtit, ac primo in typorum difformitate, qui primitus, ut ex illis, qui ſub id tempus excuſi erant, codicibus apparet, rudiores fuere, quique manuſcriptas litteras imitarentur, nec minus, quam illæ, crebris & continuis compendiis & abbreviaturis impeditæ eſſent.* Præterea primi impreſſores nomen typographi, locum & tempus, non tamen omnes, omittebant, quæ

tandem ad calcem libri rejiciebantur; ſtolæ etiam & præfationes ad poſteriora ferebantur. Invaluit tum etiam, ut ſign ſuum & ſcutum ſatis rudi Minerva app facerent. Unde in clauſulis hoc occu *Suis conſignando ſcutis*. Adhuc aliud rudin tum tradit *Mentelius* à ſe viſum Lutetiæ P ſiorum his verbis, opere citato. Solet dividere libros non ita magnos, *epitoma* illi cantur, ut ſolvere non valentes unum tan haberent.

Notatum etiam eſt, libros, inſignem tiquitatem præ ſe ferentes, inveniri continuo absque verſiculis & ſectionib
p.27 quod poſtea quoniam emendatum, utile ne perceptioni noſtræ atque memoriæ a mentum. Præterea frons libri capita quas vocant, præferebat litteras majores, natas & illuſtratas, nonnunquam Rubrica nibus decoratas, ut ipſa pulchritudo lit lectorem retineret, quæ, abſolutis omn libris, nonnunquam pro arbitrio licita um decorabantur. Formam referebant j hominis, jam floſculi, arboris, hinc eti *florentes* appellantur. Exinde ſæpe fact eſt, quod integra ſpatia relinquerent cum liber ſtatim non haberet emtore hæc ſpatia pro conditione & arbitrio em ris illuſtrabantur. Alii putant, hanc not non admodum antiquam fuiſſe, ſed dem Venetiis circa annum 1476. initium habuit & capitales minores Pariſiis.

Th. XXIV.

Ad tempus inventæ typographiæ, atque alias circumſtantias quoniam adtendimus, de prima primorum librorum editione pauca adjiciemus. In lingua Germanica Biblia fortaſſe primum excuſa fuere. Si modo certa ſunt, quæ prodit rei litterariæ omniumque literarum callentiſſimus, *Joh. Henr. Hottingerus*, Bibliothec. Quadripart. p. 150. *Antiquiſſimam typis excuſam editionem (Bibliorum) & quæ non multo poſt inventum ſubſidium chalcographicum prodiit, vidi anno hujus ſeculi 57. in Bibliotheca Auguſtana publica; adſcriptam niſi fallor Epocham habet* 1448. *quæ in aliis raro obſervatur exemplaribus. Succeſſit Norimbergenſis prior* 1477, *& poſterior* 1483. *Habeo quidem ad manum codicem ἀνεπίγραφον, quem nonnemo Anno Chriſti* 1457. *impreſſum conjectat. Ita ſua ad codicem obſervavit manu* Joh. Jac. Huldricus, *Theol. Tigurinus.* p.28 Hæc ille. Divulgatione latinorum librorum celebratur annus 1459, quo primus liber impreſſus pellibus, qui exſtare noſcitur, quæ inſcriptio videri poterit apud *Mallinckrot* cap. 8. Sed quoniam dictus auctor non ab omnibus habeatur, adſcribemus: *Præſens rationalis divinorum codex officiorum* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 482. ſq.) Et Anno M CCCC LX. Catholicon Januenſis juxta inſcriptionem prodiit: *Altiſſimi præſidio*, &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 304.) Hanc impreſſionem *Mentel* p. 67. p.29

proximam vult Bibliorum Sacrorum edi
ni, atque anno MCCCCLXII. præterpro
prodiiſſe. Aliam adhuc addam, quæ a
1465. vel ut alii 1466. impreſſa eſt: *Pra*
M. T. Ciceronis *Opus* Johannes Fuſt, *civis*
guntinus, non atramento, plumali canna, neque area,
arte quadam pulchra, Petri *manu pueri*, *feliciter*
cit. Finit. 1465. Hic officiorum codex ho
exſtat in Bibliotheca Paulina Acaden
Lipſienſis Pluteo XLVII. loco ſecundo, c
cente *Joachimo Fellero*, oratione de eadem
bliotheca habita.

Th. XXV.

Videbimus, quomodo porro vulgata ſit
noſtra, & primo ſeſe obtulit Italia, eju
que maxima urbs Roma, quæ D. *Hierony*
editionem primam à *Conrado Sweinheim* & *A*
p. 30 *noldo Pannartz* abſolutam dedit Anno 146
de quorum mirabili libros imprimendi f
cultate *Iohannes Andreas*, Præſul Alerienſis,
alloquitur *Paulum* II. Pontif. maxim. ſuper
mnium prima editione, ab iisdem abſolu
Romæ, anno ſuperius indicato, quam cu
multis aliis editionum ejusmodi codicibus
Puteanis Nobilibus ex bibliotheca regia trad
tam vidit citatus *Mentelius*, ut allegati ſe
monis ſive epiſtolæ clauſulam affingam
Nunc igitur, Summe Pontificum, &c. (vid. ſ
pra Part. II. pag. 253.) Eadem ætate vix
Iohannes Spirenſis, qui excudit *Auguſtinum* de ci

vi

vitate Dei Anno 1469. quo præmature deceſſit, poſtquam *Ciceronis* & *Plinii*, aliorumque ingenii monumenta ſuſceperat excudenda, quam nitidiſſime, ſplendidiſſime.

Lutetiæ Pariſiorum erant *Martinus Crantz*, *Uldaricus Gering*, & *Michael Frieburger*, hi patrio ſolo relicto *Bartholomæi Piſani* ſummam ibidem vulgarunt Anno 1470. typis terſiſſimis. Inſignis eſt *Uldarici* iſtius liberalitas, qui locupletatus, fortunarum ſuarum partem alteram collegii Montis acuti alumnis pie diſtribuit, ac poſtremo mandavit ſupremis tabulis, ut de fundo, quem erogaſſet Sorbonicis, adoleſcentes quatuor alerentur, duo etiam Theologi; vid. *Mentelium*, qui ipſam ἐπιγραφὴν mandatorum exhibet. p. 31

Aldis etiam celeberrimis & exquiſitiſſimis Typographis multum debet artis noſtræ perfectio & nitela. Hi juxta *Malinckrot* Græciæ monumenta primi typis tradidere. Sed hæc plenius perſequi noſtri nec otii, nec noſtrarum virium eſſe fatemur.

Th. XXVI.

Quoniam de ipſa charta in ſuperioribus pauca, ex *Micrælii* Syntagmate, jam etiam de atramento pauca, quo ſingulari huic expreſſioni opus erat. Hujus inventionem alii *Guttenbergio*, alii vero *Pet. Scœffero* adſcribunt, vel ut exiſtimamus, uterque horum inſignem huic rei operam præſtitit. De

 mo-

modo conficiendi conſuli poteſt Paræne[illegible]
auctor. Preli quoque machina ingen[illegible]
eſt, adeo ut unus, ſuperaddito atrame[illegible]
minimo negotio preſſare poſſit. Et prim[illegible]
prelum fuit forma torcularis, quo vario[illegible]
quores exprimere ſolemus, è ligno uti
concinnatum, ut tradit *Specklin* Chron. M[illegible]

p. 32 Th. XXVII.

Svecia noſtra, ut etiam ejus brevem fa[illegible]
mus mentionem, non ita iis temporib[illegible]
ut jam ſingulari Dei O. M. beneficio, litte[illegible]
rum cultura valde inclaruit, ſed armis reb[illegible]
que bellicis, ut notum eſt, fuit occupa[illegible]
ſima. Et plures ſemper hic reperti, [illegible]
præclara faciendo, quam ſcribendo, patri[illegible]
illuſtrem reddidere. Nec tamen defuiſſe
lis ingenium, ſed diſpertiendis ingenii do[illegible]
bus perquam benignam matrem natur[illegible]
ipſis fuiſſe, minime vero novercam, c[illegible]
alii tum beatæ mem. *Schefferus*, de noſtra
cademia optime meritus, abunde declara[illegible]
in Svecia Lit. Tum præſertim temporis N[illegible]
ſtrates continuis fere bellis defatigabant[illegible]
adeo ut litteraturæ huic atque exercitio T[illegible]
pographico invigilare non potuerint. P[illegible]
mos typographos *Fabros*, *Bartholomæum* & J[illegible]
hannem, inventos fuiſſe facile perſuadem[illegible]
quorum alter Holmiæ, alter Upſaliæ vixi[illegible]
perhibetur.

Qu[illegible]

Quatuor omnino civitates noſtræ patriæ de primorum Typographorum poſſeſſione lætantur. Quarum prima Metropolis Regni Svecici Holmia, quæ Breviarium Stregnenſe *Conr. Rogge*, Archidiaconi Upſalienſis, produxit, per *Ioh. Fabrum* Anno 1495. *Schefferus* l. c. p. 15. p. 38 Aroſia etiam, Vesmannorum inclyta civitas, Breviarium rituum almæ eccleſiæ Aroſienſis Anno 1504. dedit. Upſalia ſtatuta provinciæ Upſalienſis edidit 1525, & Sudercopia Chronicon Epiſcoporum Lincopenſium per *Ol. Erici*, Presbyterum, conſcriptum tradidit 1527, ut & anonymi Hiſtoriam S. *Nicolai*, Lincopenſis, eodem anno, *Schefferus* in dicta Svecia literata l. c. p. 18. Sed non eo primum anno illic Typographiam uſurpatam fuiſſe, oſtendunt duæ indulgentiales litteræ *Iohannis Olai*, presbyteri & prioris conventus Hoſpitalis Sancti Spiritus extra oppidum Sudercopenſe Lincopenſis diœceſeos, alteræ anno 1511, alteræ 1516. illic datæ excuſæque, quæ apud Ampliſſ. Præſidem aſſervantur. Etiam inter prima majoris momenti, quæ typis in Svecia noſtra ſunt deſcripta, invenitur verſio Novi Teſtamenti ad exemplar & imitationem verſionis à B. *Luthero* confectæ ad mandatum Glorioſiſſimi Regis Guſtavi I. circa annum 1525. editum in folio, & putatur idem eſſe, quod ſequente anno perfectum fuit Holmiæ in folio, & apud me haberi poterit. Poſtea ſingulari ac incredi-

bili Auguſtiſſimorum Regum noſtrorum mu-
nificentia inque litteras ac literatos benefi-
p.34 centia ſumma ac mirifica, majorem in mo-
dum res opesque literariæ, librariæ, typo-
graphicæ, in Scandia noſtra auctæ locuple-
tatæque ſunt, atque in dies divina atque im-
mortali benignitate ſacratiſſimi, invictiſſi-
mi, Clementiſſimique Regis noſtri *Caroli* XI.
patriæ patris optimi maximique, per DEI
gratiam ad ſummam perfecti conſumatique
operis laudem provehuntur.

Caput Poſterius.

Th. I.

Artem noſtram variis elogiis docti exor-
nant, appellando illam nobiliſſimam,
clariſſimam, utiliſſimam, conſervatricem
aliarum, imo divinam artem. Et, ſi evi-
dentem ejus conſideremus utilitatem, vide-
tur ea potius divino munere impertita, quam
ingenio humano procurata; quippe inſervit
propagando verbum Dei, & hominum ſa-
lutem promovendo. Lectione & medita-
tione oraculorum divinorum hominibus ni-
hil æque neceſſarium. Olim ſacræ litteræ
in monaſteriis fere latitabant, cum vix in
privatis ædibus haberi poſſent, quippe &
paucitate librorum, & pretii amplitudine
p.35 laborabatur. Jam procuratrice Summi Dei
dextra Sacras literas non tantum animo, ſed

etiam

etiam oculis perluſtrare poſſumus. *Bæclerus* in oratione: *Cernitur dubio procul* &c. usque ad verba: *publicavit decreta.* (vid. ſupra Part. II. pag. 177.) Alia aliorum conſimilia Elogia, ut laborem deſcribendi compendifaciamus, libenter omittimus.

Th. II.

Quanti æſtimanda eruditio ſive ſapientia, quæ juxta *Iſocratem* in Orat. ad *Demonicum*, Μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατος; juxta *Socratem* pulchritudo mundi, *Thaletis* judicio conſummatæ felicitatis poſſeſſio; tanti fere æſtimanda Typographia noſtra, quæ ejus inſtrumentum, adjumentum, præſidium & anima eſt. p. 36 Eſt enim Typographia Græcorum, Romanorum, excellentium ingeniorum παλιγγενεσία, qua Græciæ eruditio Latiique nobis transmiſſa eſt. Obſederat terram profunda barbaries & litteris neglectis omnis elegantiæ eruditionis & ſapientiæ amor evanuerat. *Ariſtippus*, teſte *Neuhuſio*, interrogatus, quid præſtaret filio ſuo eruditio? ait: *Ne ſedeat lapis ſupra lapidem.* Hanc ille differentiam poſuit docti indoctique. Egregium ſane monitum *Catonis*, quod habetur in diſtichis:

Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſa,
Nam ſine doctrina vita eſt, quaſi mortis imago.

Th.

Th. III.

Notum eſt mentem noſtram alia cognoſcere, ut ſe ad intra perficiat, & eorum cognitione tanquam luce illuſtretur; alia, ut in effectum producat, ut eorum cognitio nobis inſerviat ad actiones noſtras dirigendas. Hiſce famulatur Typographia, adeoque philoſophiæ toti & ipſi ſapientiæ adeſt, ideo doctorum inſervit otio, inſervitque negotio. Tanta non eſt ætas noſtra, ut omnes artes perdiſcere ac tractare poſſibile ſit; hæc tradit inventa aliorum, quod eſt quaſi com-
p. 37 pendium quoddam doctrinæ atque eruditionis mundi totius, quibus perficimur, & redditur animus contentus, juxta illud Mentelianum pag. ultima:

\- - - - - Et munere noſtro
Conſequitur decus ingenii, parvoque labore
Omnia vel per ſe quæ longo addiſceret uſu,
Et vigili cura, ſomnoque carentibus horis,
Imbibit.

Th. IV.

Regno cuilibet neceſſaria ſunt arma injuriis propellendis atque debellandis hoſtium viribus, ut ab horum incurſionibus & populationibus tutum permanere poſſit. Regno iti-

itidem neceſſaria ſunt artium ſtudia, ipſaque eruditio, quæ in omnes vitæ partes ſe diffundit utilitate ſua, & ipſa experientia modo non emiſſa voce loquitur. *Alexander M.* ita ad *Ariſtotelem* præceptorem ſcripſit, teſte *Gellio* l. 20. c. 5. *Se doctrina cæteris anteire malle, quam copiis atque opulentiis* Confer *Conſtantinum Germ.* Epiſt. Polit. de Peregrinat. p. 328. 329. Idem *Caſſiodorus* variarum Epiſt. l 10. *Deſiderabilis eruditio literarum, quæ naturam laudabilem eximie reddit ornatam. Ibi prudens invenit, unde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur: inde princeps accipiet, quemadmodum populos ſuos æqualitate componat, nec aliqua in mundo eſt fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia.* p.38 Certe doctrinæ ſi non matrem, miniſtram tamen & adjutricem merito ponimus Typographiam. Hæc ſcholas, academias & ipſam eruditionem promovet, producit, atque ſua ope præſto eſt, atque ei ancillatur. Nec reliquis hominibus, qui forte inferiores ſunt, deeſſe poterit. Hi niſi ipſi legant, percontari poſſunt ab eruditioribus & doctioribus, quomodo vivendum, poſſunt etiam perdiſcere leges, quibus vivendum, quæ etiam in libris habentur; opus caute & juſto tempore aggredi, culturam agrorum, rem ruſticam, militarem, aliasque hujus generis artes ex ſuis quisque ſcriptoribus recte atque ordine haurire queunt.

Th.

Th. V.

Scriptionis incommoditatibus ſuccurrit Typographia, ejus tædio moleſtiæque; ſuccurrit etiam memoriæ noſtræ. Nam quæ auribus percipiuntur, facile evaneſcunt, ſed litera manet: Et quæ in memoriam deſcendunt, morientibus nobis, ſi non ante, evaneſcunt, & excedunt orbe noſtro. Cui remedium fuit inventa ſcriptio, cujus complementum & perfectio Typographia merito audit. Et ut *Theoph. Spizelius* pag. 324. *Atque* p.39 *hoc Typographicæ artis inventum mirum quantum roboris adjecerit illi, extendendæ in ſecula pariter & remotiſſimos terræ ſinus famæ, conatui.*

Th. VI.

Conquerebantur priorum temporum homines de librorum paucitate & penuria, eorumque pretio nimis magno, qui facillime jam haberi, imo levi ſatis pretio procurari poſſunt, hac inventa arte. Nam juxta polythrylleton illud: *imprimit illa die, quantum non ſcribitur anno.* Et quoniam ſunt varii caſus, quibus deleri poſſint codices, iterum hoc pacto reſuſcitantur quaſi, & magna copia ad nos redeunt. Lætatur hiſce *Sebaſt. Brandes* atque ſibi gratulatur hocce carmine:

Nuper ab ingenio &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 319.)

Th.

Th. VII.

Varietatis uſus in opere noſtro Typographico, præterquam quod delectet, vel eſſe poterit hic, quod liberat à confuſione, multumque temporis nobis lucratur. Diſtinguit à contextu allegationes, adeo ut vel *p.40* primo intuitu habere poſſis, quod deſideras, modo paulo fueris attentior, ideoque & hæc relegere, illa ſeponere poſſumus. Quam utilitatem non prætermittere ſolent, qui librorum notabilitatem augere vel indicare volunt; & vid. ſi placet, *A. Friſius* in præf. ad Mercurialem de Re Gymnaſt.

Th. VIII.

Fuere, qui dubitarunt, Typographiæ abuſus & enormes errores conſiderantes, præſtitiſſetne, nunquam inventam fuiſſe, cum peſſima minantibus ſæpe inſerviat, quam excogitatam atque traditam; dicentes, illam reipublicæ chriſtianæ perniciofam eſſe, juventutem corrumpere, famoſis libris optimos homines perſtringere, & plura hujusmodi. Sane dolendum, hac lubidine animi incenſa quorundam homuncionum corda, quod loco honeſtiſſimarum & utiliſſimarum rerum, plauſtra ineptiarum edant, volumina nequitiarum, libros flagitiorum, calumniarum, contumeliarum, ut verbis *Bæcleri* utar. Hinc fit, quod cum liceat unicuique

que pro libidine animi ſui, quæcunque vult, imprimere, omiſſis ſæpenumero optimis, ea producantur, quæ obliterari merito deberent.

p. 41 Th. VIII.

Typographorum nimia lucri cupido etiam artis noſtræ gloriæ officit, qui turpis lucri ſpe honeſta & ſeria ſupprimunt, inhoneſta atque obſcœna non opprimendo, vulgant. *Ioh. Schefferus* in Svecia lit. ſi qui fuerunt paulo locupletiores, illi præſens lucrum ſpectant, maluntque in fabulas & cantilenas impendere pecuniam, modo celeres habeant emtores, quam in librum idoneum, ſed aliquanto tardius vendendum.

Th. IX.

Male etiam comparata hujus adminiſtratio, quod illi ſæpius præſint homines inferioris ſortis, viles, humileſque, qui literas nec didicerunt, nec intellexerunt. Et neſcio quo fato tam abjecte de Typographia ſentiant, cum olim homines clari & perſpicui, vel ipſi operi huic præfuere, & ἐπανορθωταὶ eſſe non gravabantur; cum tamen fruſtra inventa eſſet ars præclariſſima, niſi acceſſiſſet idonea artis adminiſtratio, ut ſcite *Bœclerus: Fallor, an plus incommodi, quam emolumenti datura ſit rebus humanis Typographia noſtra, niſi divinis auſpiciis inſtincti viri quidam cordati omnium librorum, partim male lectorum, partim ab iiſdem inevitabili quadam cor-*

corruptione temeratorum curam & caſtigationem, antequam prelo excuderentur, ſuſcipiant.

Th. X. p.42

Sed facilis eſt reſponſio, propter abuſus non tolli uſus. Præterea tollerentur abuſus iſtiusmodi, ſi viri graves, accurati, ſapientes conſtituantur correctores, gravi pœna impium & obſcœnum caſtigantes. Quod ſane obſervatum habuit *Daniel Bombergius*, qui inter Typographos eminuit Venetiis, ut ejus adornatæ editiones teſtantur, quem ſibi exemplo proponant Typographi, atque ἀκρίβειαν ejus æmulentur, præcipue in ſacris literis edendis, ut ipſe *Glaſſius* Philolog. S. l. 1. deſiderabat. Cui ſane morbo hiſce locis inventam fuiſſe medelam, & clementiſſimæ regiæ Majeſtat. ſingulari cura rei literariæ & Typographiæ cenſores conſtitutos, viros in omni literatura ſummos ac incomparabiles, inter cetera felicitatis publicæ monumenta merito numeramus. Nec tamen deſunt hac tempeſtate Typographi, eruditione & honeſtate conſpicui, utilitatem publicam turpi quæſtui præponentes, qui artis ſuæ gloriam decusque tuentur.

Th. XI.

Et quoniam non exiguam felicitatem in fruitione hujus boni collocamus, aliorum etiam infelicitatem conſiderabimus, qui hoc vel in totum deſtituuntur, vel ſibi de eodem

gratulari non volunt, quod ut à viris fide-
p.43 dignis accepimus, tradituri ſumus; refert *Henr. Pantaleon* de Mahummedanis hoc modo morem, quo Turcæ utuntur ex ordinatione *Bajazethis*, ejus nominis ſecundi, illorum imperatoris, quæ publicata fuit anno 1483. *Itaque ſub mortis pœna omnibus interdicitur impreſſorum librorum uſus, quod mandatum à* Selino, *ejus nominis primo,* Bajazethis *filio, renovatum & confirmatum fuit.* Jam cum manus de tabula, ad te, ſumme Deus, nos convertimus, qui nos parvulos, in ſenecta hacce mundi degentes, cumulaſti benefactis bonisque maximis. Fac, qui origo omnis boni perfecti es, ut in nominis Tui ſempiternam gloriam, reipublicæ totius, literariæ præſertim, emolumentum atque commodum ſtudia vigeant, prolatentur, floreant!

FINIS.

LI-

LICIMANDRI
Panegyricus *) in laudem artis Typographicæ, vernaculo ſermone an. 1690. dictus.

Præſtantiam & merita præclaræ artis typographicæ, ejusque cultorum prædicaturus, *Sigismundi*, Imperatoris glorioſiſſimi, pulvere jampridem obruti, cordato judicio innitor, quo artificum quorundam, de prærogativa inter ſe diſputantium, controverſiam compoſuit. Illam ſcilicet artem, quæ alteram antiquitate, dignitate, utilitate & neceſſitate ſuperaret, primas partes jure ſuo ſibi vindicare ajebat. Quod ſi hoc Imperatoris effatum ratum habemus, quemadmodum illud nemo, niſi qui juſto & æquo ſe opponere, & utriusque limites migrare audeat, in dubium vocare poteſt; conſequitur omnino, noſtram hanc artem reliquis omnibus, ſi vel magnum illum labyrinthi Samici inventorem tanquam ſuum venditare poſſent, præferendam eſſe, cum in ea modo dicta illa Imperatorii oraculi capita, ad inſtar quinque ſenſuum, qui animalia ornant, conjuncta inveniantur. Quod enim

*) Exſtat in I. C. I. M. v. M. *ſonſt* Licimanders *unverdroßner Jugend Vornehmen bey der Weile*, Franckfurth am Mayn 1697. 12. pag. 161-180.

ad antiquitatem ejus attinet, illi quidem vehementer errant, qui originem ejus ad annum 1440. referunt. Hoc enim tempore *Guttenbergius*, natione Germanus & gente nobilis, vel, ex aliorum ſententia, *Ioannes Fauſtus*, vir ingenioſiſſimus, vel Moguntiæ, vel Argentorati eam in lucem protuliſſe exiſtimatur. Quamvis enim ortum ejus non inde à Romanorum temporibus derivare auſim, qui duodecim tabularum legem chalybe ſculpi, atque hinc, adhibito piſcis cujusdam felle, in ligno deſcriptam publice adfigi curarunt; nec perſuaſum mihi habeam, jam *Iobi* ætate artem hanc cognitam fuiſſe, id quod ex voto ejus XIX. 23. *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro? Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certe ſculpantur in ſilice?* colligi poſſe videri queat; certum tamen eſt, jam anno à reparata ſalute DCCCXI. *Carolum Magnum*, Germanorum Imperatorem, qui omnia eruditæ antiquitatis monumenta ex oblivionis cinere excitavit, leges & ſtatuta veterum, itemque carmina Germanica colligi, rhythmosque ſuos, in Geneſin confectos, ligno inſculpi, hinc vero atramento quodam in membrana & charta deſcribi curaſſe, cujusmodi exemplum in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi adhuc adſervatur. Hoc autem inventi genus Germanus quidam, *Wenceslaus Staude*, in itinere ſuo Chinenſibus, nominatim Catajenſibus, prodi-

didit, ad cujus exemplum ſedecim mille figuras ſuas, quarum ſingulæ interdum integrum ſermonem referunt, ligno incidere, ac deinde vel in membrana, vel in charta deſcribere poſſent. Hoc vero pacto omnes opiniones dubiæ, ſiniſtræ & falſæ corruunt, quod v. c. prudens Germanorum natio artem typographicam à rudibus Chinenſibus didicerit; quodve illa an. MCCCCL. in Italia, Gallia, aut Belgio primum ſit prodita. Nec rectius *Saturnus*, quod Itali, nec *Ulricus Hahn*, aut *Nicolaus Jenſon*, quod Galli, nec *Laurentius Coſterus*, quod Belgæ ſibi falſo perſuadent; multo minus *Ioannes Mentelinus*, & *Henricus Eckſtein*, vel *Ioannes Gensfleiſch* aut *Petrus Schæffer*, inventores ejus habendi ſunt; ſed ex præſtantiſſimorum fideque digniſſimorum Hiſtoricorum teſtimoniis *Ioanni Guttenbergio*, viro erudito, inventio ejus, qualis hodie exſtat, accepta ferenda eſt. Hic enim in Academia Moguntina, tum primum inſtructa, Juris ſtudio aliisque literis incumbens, & *Iohanni Fauſto*, aurifabro, homini præterea ingenioſo & diviti, familiaris, huic ipſi inventum ſuum aperuit, conjunctaque opera expolivit. Cumque *Fauſto* res omnis belle procederet, *Guttenbergius* autem interim Argentoratum, patriam ſuam, vocaretur, hic quidem eandem artem cum civibus ſuis communicavit, inter quos *Henricus Eckſteinius*, artifex, eam ulterius provexit.

Si porro de hujus artis, ejusque cultorum dignitate cogitemus, amplus ſe aperit campus, in quo decurramus. Nonne illæ artes in maximo haberi pretio debent, quarum ſtudio viros, maxima dignitate conſpicuos, ductos fuiſſe conſtat? Quis proinde artis typographicæ dignitatem in dubium vocare auſit, cui non ſolum Glorioſiſſimi Imperatores, *Carolus* M. *Maximilianus* I. *Carolus* V. *Ferdinandus* I. *Rudolphus* II. ſed & Pontifices Maximi, *Nicolaus* V. *Sixtus* IV. *Leo* X. *Pius* V. *Gregorius* XIII. *Alexander* VII. itemque *Philippus* II. Hiſpaniæ Rex, *Franciſcus* I. & *Henricus* IV. Galliæ Reges, *Albertus* I. & *Iohannes Philippus à Schœnborn*, Electores Moguntini, *Erneſtus*, *Fridericus* III. *Auguſtus* & *Chriſtianus* II. Electores Saxoniæ, *Ioachimus* I. Elector Brandenburgicus, & *Ludovicus*, Elector Palatinus, aliique Principes, Comites & Domini, quos omnes atque ſingulos heic commemorare per tempus non licet, non ſolum otii aliquid, animi cauſa, tribuerunt, formasque ſibi argenteas & ſumtuoſa prela (qualia in plerisque locis adhuc oſtenduntur) fieri curarunt, ſed & artem ipſam ejusque cultores maximi fecerunt, iisdemque prærogativas varias contulerunt. Ad has pertinet, quod in Academiis artium ſcientiarumque cultoribus, Deo æque ac hominibus percharis, pares, ab oneribus quoque & publicis tributis immunes ſunt pronunciati. Non dicam, eosdem viros Principes in feli-

ci-

citatis parte poſuiſſe, ſi qui hujus artis gnari regiones ſuas incolere ſtatuerint. *Nicolaus* V. Pontifex Max. vehementer & ſolicite implorabat *Fridericum* III. Imperatorem, ut prelum aliquod typographicum, in Germania fabrefactum, in Italiam una cum quibusdam, artis hujus peritis, *Ulrico* ſcilicet *Habnio*, quem modo diximus, & *Ioanne Madgenbachio* ad ſe ablegaret. His vero, amiciſſime exceptis, idem præſtantiora palatii ſui conclavia habitanda conceſſit, &, poſtquam juvenes nonnullos eadem arte inſtruxerant, Prælatorum dignitatem contulit. *Ferdinandus*, Rex Neapolitanus, *Sixtum Ruſſingerum*, typographum, qui anno 1481. primus artem hanc illuc detulerat, in Nobilium ordinem referebat, nec actionem à quoquam, ſuo imperio ſubjecto, in eum vel, qui ejus erant, intendi patiebatur. Imo, quod magis valet, pompam ejus funebrem præſens ornabat. *Aldus Manutius*, vir doctiſſimus, qui Venetiis anno 1506. primus officinam typographicam inſtruxit, formasque Græcas invenit, in præcipua Nobilitatis Venetæ claſſe hoc nomine ponebatur. Porro *Fridericus* III. Imperator memoriæ glorioſiſſimæ, paſſus eſt, ut typographi inſignibus ſingularibus uterentur, non ſine egregio argumento, quantum huic arti tribueret. *Franciſcus*, Gallorum Rex, *Robertum Stephanum*, celebrem typographum, virum ſibi chariſſimum appellabat, nec repulſam unquam ferre

patiebatur. Cumque aulici quidam eum ludibrio aliquando habere auderent, eos caſtigaturus profeſſus eſt, ſe libentius illis omnibus perpetuo, quam typographo hoc ad breve tempus cariturum eſſe. Ex quo factum eſt, ut *Jacobus Auguſtus Thuanus*, præſtantiſſimus inter Gallos Hiſtoricus, totam Chriſtianorum gentem in ære *Roberti* hujus *Stephani* eſſe profiteretur. Ita enim libro XXIII. ad an. 1559. ſcribit: Huic Viro non ſolum Gallia &c. (vid. ſupra Part. II. p. 49.) *Fridericus Sapiens*, Elector Saxoniæ, officinam typographicam Wittebergenſem aliquoties inviſebat, typographumque pretioſo annulo, quem digito detraxerat, donabat, de clementia ſua gratioſiſſima certum eſſe jubens. *Auguſtus*, itidem Elector, manu ſua ad typographum Aulicum Dresdenſem ſcribebat, in inſcriptione epiſtolæ *typographum aulicum ſibi chariſſimum* appellans. Quis vero omnia, quæ ad dignitatem artis hujus mirabilis demonſtrandam faciunt, in medium adferre conaretur, inprimis cum illa ex dictis ſatis eluceat?

Quid autem porro dicam de commodis ejus, quæ, inſtar fluvii amplisſimi, in omnes ordines diffundit. Cui enim eruditio omnis & prudentia, orbis gubernatrix, magis quam huic arti ejusque peritis accepta ferri debet? Cœleſti huic arti ejusque uſui omnino debetur, quod ſonus verbi divini ſalutarisque in omnes regiones pervaſit, Theologia

gia adeo provecta eſt, librique aſcetici copioſiſſimi exſtant; quod præclariſſima Jurisprudentia ad ſummum perfectionis apicem deducta eſt; quod ars medendi inſtar arboris fertiliſſimæ altas radices egit, fructusque uberrimos quotidie fert; quod denique Philoſophia caput adeo in cœlum effert, ut reliquæ artes, earumque inventa rariora, imo & ipſa agricultura egregie amplificata conſpiciantur. Propterea *Martinus Lutherus*, inſigne Dei inſtrumentum, Summo Numini ſupplex complicatis manibus ſæpius gratias egit, quod mirabile opus repurgandæ doctrinæ cœleſtis eo tempore ſuſcipiendum curarit, quo ars typographica florebat, ſine qua fieri non poterat, ut tot regiones, tot hominum animi ad veritatem perducerentur. *Benedictus Carpzovius*, JCtus celeberrimus, nominis ſui famam typographis potiſſimum acceptam ferebat. Sine his enim omnem operam ſuam fruſtra futuram fuiſſe ajebat. Relatum legimus, Græcorum gentem, cum per continua bella in omnium artium jacturam & oblivionem incidiſſet, Romani vero Senatus beneficio magnam artificum copiam nacta eſſet, adeo lætum & calidum clamorem in cœlum extuliſſe, ut vel aves aëreæ obturbatæ & territæ in terram ceciderint. Vos ſane, qui à literis appellamini, vos omnes, qui vel minimam prudentiam in hoc orbe vendicare vobis poteſtis, cauſam habetis, præ gaudio

vocem in cœlum efferendi, propterea, quod hæc ars, quæ immortalitate vos donare, animos vero, ignorantia ſepultos, excitare poteſt, Germaniæ noſtræ potentisſimæ, cui regna cetera & provinciæ omnes ſceptrum porrigere debent, primæ innotuit. Quod ſi illa in Græcia nata primum fuiſſet, Græci utique inventorem ejus, imo fortaſſe & cultores in Deorum numerum retuliſſent, & inter aſtra collocaſſent. Conſtat enim, quod, poſtquam lumen naturæ Philoſophis animarum humanarum immortalitatem oſtendit, *Thales* vero & *Pherecydes* amomum (h. e. doctrinam de immortalitate) ex Aſſyria & Ægypto, vel potius ex Judaica Synagoga petitum in Græciam advexerunt, Græci in conferendis Divorum titulis adeo liberales ſe præſtiterint, ut peritos pugiles, inventorem falcium, auctorem certorum inſignium, imo fere quemvis artificem, qui Reipublicæ nec centeſimam commodorum, quæ vel unus typographus præſtat, partem attuliſſet, inter Deos numerarint.

Qui hæc omnia rite expenderit, benevolumque in hanc artem animum non prorſus exuerit, aut veritati penitus nuncium miſerit, non invitus fatebitur, eam adeo eſſe neceſſariam, ut uſu ejus carere non poſſimus. Aboleantur officinæ typographicæ; ſimul vero eruditio omnis abitum parare jubeatur; expellantur typographi, eadem vero opera

eru-

eruditi mittantur in exſilium. Dantur hodienum homines, quibus Numen O. M. idem, quod majoribus noſtris olim, ingenium, niſi majus, largitum eſt. Cur itaque fons ſapientiæ eorum exareſcet, nec potius inſtar amnis typographiæ ope ſe diffundet? Quam cito ridiculæ veterum Philoſophorum opiniones in ſcenam rediture eſſent, quarum futilitas typographiæ beneficio maximam partem detecta & profligata eſt, indies autem magis magisque exſtirpatur. Ne longior ſim, ratum hoc eſto: artem typographicam artem artium eſſe, imo utiliſſimam & maxime neceſſariam. Sol eſt, qui caliginoſam inſcitiæ noctem dispellit. Rhetor eſt, cujus vox per omnes regiones ad extremos mundi fines auditur. Os eſt, quo ad Deum loquimur. Via eſt, qua ad januam pietatis aliarumque virtutum itur. Cera, qua aures adverſus voluptatum voces Sirenicas muniuntur: felix ager, centuplicem ferens fructum: cuſtos legum divinarum, & conſervatrix jurium civilium: microſcopium, quod egregia quæque facinora maxime facit conſpicua: obſequioſiſſima Theologorum, JCtorum, Medicorum & Philoſophorum famula: excitatrix omnium ſub arbore pigritiæ ſtertentium: hoſpitium mentium ſolertium: domitrix vitioſorum in ſemita virtutis: officina ſapientiæ & felicitatis, Jobi denique tabella plumbea, in qua Summi Numinis ejusque

que cultorum fidelium ſermones deſcripti æternitati dedicantur. Illa viris doctis alas ſuppeditat, quibus evolantes in theatro mundi conſpiciendos ſe præbere poſſunt. Stultos non minus quam ſuperbos cognitos facit. Doctorum virorum famam conſervare, illorum vero, qui ſibi tales videntur, imperitiam detegere ſtudet. Veritatem omnibus ſine pudore aperit. Et quamvis, aliis inſerviens, ſe ipſam, inſtar candelæ, conſumat, h. e. etiamſi cultores ejus hodie per homines, lucri cupidos, deterantur magis, quam ditentur, deprimantur potius, quam evehantur; fax tamen artis hujus ingenioſiſſimæ nunquam poteſt exſtingui, quoniam ſororio quaſi quodam vinculo cum perpetuitate conjuncta eſt. Quis eſt, qui non fateatur, omnes alias artes interitui ita eſſe obnoxias, ut vel ſolidiſſima monumenta, arte facta, quæ ab hominibus, ſæculi amantibus, tum voluptatis ſuæ & commoditatis, tum honoris & memoriæ cauſa erecta ſunt, funditus pereant. Ubinam ſunt primi orbis ſtatuæ? Ubi eſt lapis, cui Tyrus ſacra fecit, quemque Xerxes Numinis loco habuit? Ubi ſunt altæ Ægypti pyramides? Ubi ſunt monumenta lapidea, triumphos Romanorum teſtantia? Ubi eſt vetus illa Roma cum ſtatuis, ex lapide, chalybe aut ære fictis? Ubi eſt magnum Capitolium, fons ille legum? Omnia in ſuis cineribus jacent ſepulta: omnia vetuſtas abol-

vit,

vit, tonitru deſtruxit, & in nihilum convertit. E contrario ſcripta veterum, rerumque modo dictarum deſcriptiones adhuc copioſe proſtant. Quamobrem nec *Chariſio*, JCto celebratiſſimo, nemo vitio vertet, quod libros pro laribus ſuis habuit, illosque detecto capite ſalutavit: nec *Ioanni Staudio*, *Maximiliani* Imperatoris Cancellario, quod libros amicos ſuos primos & conſtantiſſimos, imo ſolatium & condimentum vitæ ſuæ appellavit. Et laudem maximam magnus Imperator, *Marcus Aurelius Antoninus*, meretur, ſæpius profeſſus, ſe, ſi librorum uſus etiam in morte locum haberet, Deos eſſe precaturum, ut inter medios libros ſepulcrum ſuum inveniret. Huic jungendus eſt *Oſymanduas*, Ægypti Rex, qui Bibliothecæ ſuæ inſcribi curavit: *Heic medicina animæ meæ recondita eſt.* Nec minus *Titus* Imperator, qui ſuppellectilem ſuam librariam hoc elogio, literis aureis deſcripto, ornavit: *Heic habitant amor & deliciæ Reipublicæ.* Quo ipſo effecit, ut ipſe quoque deliciæ generis humani appellaretur. *Gvevarra*, Hiſpanus diſertiſſimus, oculo altero, quam uno aliquo libro, privari malebat. Tanti labor veſter, typographi artificioſiſſimi, æſtimatur! Gaudete itaque, quod multa millia hominum, vobis faventium, ſuperſunt, qui omnis auri jacturam libentius, quam artis veſtræ interitum ſint laturi. Gaudete, artifices optimi, quod libri veſtri, quos eruditis

tis ex prelis veſtris ſuppeditatis, tanti fiunt, & in tanto pretio habentur, ut lumina vitæ, ſigilla corporis, viæ virtutis, domitores vitiorum, coronæ prudentiæ, ornamenta ſapientiæ, decora eruditorum, fidi comites peregrinantium, boni domeſtici, adjumenta deambulationum, vaſa ſapientiæ, plateæ eloquentiæ, horti fertiles, fructus maturi, prata amœna floribus ſtrata, amici perpetuo memores jure ſuo appellentur. Equidem largior, quod, quemadmodum Theologia ſæpe in hæreſin, præclariſſima Jurium ſcientia in injuſtitiam degeneravit, ars medendi vetulis & homuncionibus patibulo dignis, Philoſophia denique ſtultis obnoxia fuit; ſicut porro femina formoſiſſima ſæpe ſatiandæ turpiſſimæ libidini, vinum ſtrenuum immodicæ luxuriæ, commerciorum ſcientia dolis & fraudibus ſervire cogitur; ita quoque nobiliſſima typographia ſæpe ad proferenda in lucem ſcripta futilia, & prodendos peſſimos abortus, quibus probæ indolis homines ad vitia incitari poſſint, adhibeatur. Nihilominus tamen, cum rectus uſus ab abuſu diſtinguendus, nec iſte per hunc penitus tollendus ſit, nobiliſſima ars typographica levibus lucroſorum quorundam & ineptorum ardelionum conatibus non deteri, ſed pretio ſuo æſtimari debet. Flore itaque, ars typographica omnium præſtantiſſima, cui ceteræ artes omnes ob perpetuitatem ſuam cede-

re

re debent! Imo, flore & creſce, theſaure theſaurorum, voluptas ſummorum & infimorum, lætorum pariter & triſtium ſolatium. Largire porro toti orbi fructus tuos ſaccharo dulciores. Quoniam enim origo tua cœleſtis, uſus vero terreſtris eſt, interitum tuum omnium aliarum rerum, quibus gloria ineſt, interitu poſteriorem eſſe oportet. Dixi.

DANIELIS GVIL. MOLLERI,
Com. Palat. Cæſ. Hiſtor. & Metaph. Prof. Publ.
Altdorf. & Univerſitatis Bibliothecarii,

Diſſertatio de TYPOGRAPHIA,

Altorfii 1692. 4.
cura *Frid. Rothſcholtzii* Norimb. 1727. 4. recuſa,
atque vitæ *Io. Luſtii* à *Guſtavo Ge. Zeltnero* germanice deſcriptæ addita.

Typographia eſt ars conceptus mentis, literis præcipue ſcriptis prolatos, ope atramenti & characterum impreſſoriorum chartæ inverſo ſcriptionis ordine imprimendi, ad celeritatem æque operarum ac multiplicationem operum conſequendam, ante duo jam ſecula in Germania utiliter inventa, propagata & conſervata.

II. Hanc artem jure meritiſſimo *Hieron. Cardanus* de artib. l. 17. appellavit artem nulli nec utilitate, nec dignitate, nec ſubtilitate ſecun-

cundam; eamque cum omnibus veterum inventis certare poſſe facillime, *Bodinus* method. hiſt. cap. 7. cenſuit, quin remedium eſſe unicum contra tineas & blattas, omnis eruditionis inimicos, jamdudum creditum eſt veriſſime.

III. Inventor artis hujus ingenioſiſſimæ ab iſtis Autoribus iſte, ab illis ille, ab aliis alius fuiſſe perhibetur; in eo tamen plerique hodie conſentire videntur, Artem hanc non tam *Saturnum*, uti *Cypriano* lib. de idolis inepte hanc ſententiam affinxit *Pet. Calaber*; non *Themiſtaneos*, novi orbis populum, uti *Genebrardus* Chronograph. lib. IV. non *Gathajenſes* Indos, ut *Zwinger* in Theatro, non *Sinenſes*, uti *Io. Pet. Maffejus* hiſt. Ind. lib. 6. putavere, quam Germanos in Germania habuiſſe inventores; unde *Phil. Beroaldus*, iisdem innuens, cecinit:

O Germania, muneris &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 173.)

IV. *Nicol.* quidem *Trigautius* circa principium hujus Seculi è Sina in Europam reverſus, diligenter, ceu de ſe ipſo perhibuit, Sinenſium annalibus excuſſis, in lib. de rebus Sin. lib. I. cap. 4. *Typographia*, inquit, *apud Sinas antiquior eſt aliquanto, quam apud Europæos; nam à V. retro ſeculis certum eſt, ab iis uſu receptam; neque deſunt, qui aſſerunt, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſe Deus abjeciſſet.* At vero licet forte ſatius ſit, hoc ipſum credere, quam cum moleſtia eo profi-

ſciſcendo experiri, tantum tamen abeſt, ut à Sinenſibus ad Germanos illam delatam eſſe probari queat, ut potius apud Germanos, divina quapiam ingeniorum ſimilitudine, eam inventam fuiſſe, ſtatuendum ſit.

V. Utrius autem Germaniæ civibus inventæ hujus artis gloria debeat adſcribi, in diverſum ſententiæ eruditorum hactenus abiverunt. Moguntiæ eam adjudicaturi nunc *Ioh. Gutenbergium*, Argentinenſem, nunc *Ioh. Fauſtium*, Moguntinum, nunc *Pet. Schefferum*, Gerensheimenſem, autores venditant. Argentinæ eam addicturi *Io. Mentelino*, Argent. primas circa An. 1440. deferunt, cujus famulus domo profugus, *Ioh. Gänſfleiſch*, Moguntinus, in patriam artis hujus arcana deportarit, atque ibidem magno cum applauſu divulgarit. Profecto *Io. Schmid* de invent. typograph. conc. I. pag. 5. diſerte ait: *Wenn man die alte gantz ohnpartheyiſche monumenta, annales und Schriften, ſo bey hieſiger Stadt (Straßburg) wolbeſtelter Cantzley befindlich &c. mit Fleiß durchſiehet &c. komt ſo viel heraus, daß zwar die edle Druckerkunſt gar frühe nacher Mayntz und andre Ort gebracht, daſelbſt excolirt und geübt, und auf allerley Weiſe vermehrt; aber doch in dieſer Stadt Strasburg und von einem Straßburgiſchen Bürger erſtmals durch göttliche Erleuchtung erfunden worden.* *Harlemo* eandem adſtructuri *Laurentium Iohannem*, cognomento Æditûum, Cuſtodemque, vulgo *Coſterum* ſive *Küſter* dictum, adducunt, faginos cortices in lite-

rarum typos primo conformare inſtituentem A. C. 1428. juxta *Pet. Scriverium*, hincque fortaſſe *Mariangelus Accurſius* atque Chronicon Colon, primos typographicæ artis in Germania ſuperiore autores multum ex *Donatis*, apud Hollandos rudi minerva excuſis, adjutos eſſe referunt.

VI. *Diſtinguendum* ergo fuerit *inter abſolutè ſive ſimpliciter, & inter reſpectivè ſive ſecundum quid primam artis typographicæ inventionem*; h. e. inter ejusdem primordia, originem, incunabula, initiamenta & rudimenta, atque inter incrementa, divulgationem, acceſſionem, propagationem & amplificationem; quoad iſta pluribus urbibus artis hujus diviniſſimæ exercitium tribui poſſe infitias haud erit eundum; quoad illa vero, num alteri, quam Argentinenſium urbi, accepta ferenda ſit, dubitare me facit præter Doct. *Schmidii* prolatum locum, & *Bœcleri* Orat. de Typographia anno 1640. Argent. habit. libellus quoque *Andr. Schragii* cum tit. *Bericht von Erfindung der Buchdruckerey an.* 1640. *zu Straßburg gedruckt.*

VII. Ultra annum à C. N. 1440. indagationem ejus velle extendere neſcio, an cujusquam hodie aſſenſione amplius comprobetur. Sane librum ante A. C. 1450. quo *Latina Biblia* juxta *Chron. Colon.* pag. 312. primum imprimi ſunt cœpta, usquam locorum extare, genuinis chalcographicis prælis excuſum, haud facile dixerim. Quod enim tracta-

ctatum *de Prædeſtinatione* Spiræ an. 1446. impreſſum, & in ampliſſima librisque 20. mill. conſtante illuſtr. Reip. Norib. Bibliotheca monſtrari ſolitum attinet, certe quo minus fides ei aliqua adhiberi queat, facit, quod Officiale *Durandi* à *Io. Fauſto* Moguntiæ excuſum, & tum Norimbergæ, tum Baſileæ extans, ſubſcriptionem fini adjectam habet talem: *Iſte liber non eſt manuſcriptus, ſed impreſſus per mirabile ſecretum recens inventum.* Si enim XIII. jam annis ante liber aliquis Spiræ fuiſſet impreſſus, *Fauſtus* non auſus fuiſſet mirabile ſuum ſecretum, tanquam recens aliquod inventum, deprædicare.

VIII. Ratio Typographiæ Europeæ à *Chriſtoph. Mylæo* in hiſtoria Univerſit. rer. lib. II. delineata eſt hac verborum ſerie: *Characteres plumbei pro literarum* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 796.)

IX Inſtrumenta in officina ad typographiam neceſſaria ſunt ſequentia: I. prælum. II. ergata. III. cochlea. IV. vectis. V. operculum. VI. melanteres. VII. ſepimentum. VIII. clavus. IX. forma. X. columna. XI. intercolumnium. XII. ſubula. XIII. loculamentum. XIV. nota ſive litera. XV. ſpatium. XVI. quadratum. XVII. norma linearis. XVIII. retinaculum. XIX. capſa. XX. ſcapha. XXI. papyrus. XXII. atramentum. XXIII. characteres typographici.

X. Horum varia ſolent eſſe genera; e. g. Miſſal antiqua. 2) Canon antiqua. 3) Roman antiqua. 4) Paragon antiqua. 5) Tertia antiqua. 6) Mittel antiqua. 7) Cicero antiqua. 8) Garmond antiqua. 9) Petit antiqua. 10) Nonparel antiqua. 11) Paragon curſiv. 12) Tertia curſiv. 13) Mittel curſiv. 14) Cicero curſiv. 15) Garmond curſiv. 16) Petit curſiv. 17) Nonparel curſiv. conf. *Hieron. Hornſchuchius* in Ορθοτυπογραφία, ſ. inſtructione typographica.

XI. Perſonæ adjuvantes ſunt potiſſimum *Compoſitor, Corrector, Impreſſor*; & quidem *Compoſitor* & *Impreſſor* non omnino debent eſſe rudes, ſed aliquali ſaltem Grammaticæ cognitione inſtructi; *Corrector* autem non levi, ſed ſolida omnigenaque eruditione fulgeat, neceſſe eſt. Sic *Frid. Sylburgium* apud *Wechelianos*, *Kilianum* apud *Plantinianos*, *Sigism. Gelenium* apud *Frobenios*, *Nicol. Gerbelium* apud *Schurerium* Argent. *Eraſmum Roterod.* apud *Theodoricum Martinum* Lovanienſ. Correctorum munere functos fuiſſe ſatis ſuperque conſtat.

XII. Denique notatu haud indigna eſſe arbitror, quæ *Juſtus Lipſius* in præf. ad Criticam ſubmonuit: *Typographia bona ſane ſtudiorum nutrix, ſed audax ſæpe, lucricupida, & quæ non minus vere corruptrix librorum audiet, quam propagatrix.*

FINIS.

Πεϱ-

Πρόδρομος Typographicus.

Typographia vox eſt græca à τυπόω, formo, ſculpo, quaſi literarum ſive formarum impreſſio, γραφὶς enim picturam & lineamentorum impreſſionem ſignificat, & γραφὴ ſcripturam &c. Definiri autem poteſt, quod ſit ars, qua literarum quarumvis typi ſive formæ ita connectuntur & aptantur, ut atramento perlitæ & torculari expreſſæ ſui imaginem papyro, aut alteri materiæ, imprimat, & voces non modo integras, ſed & narrationes & volumina legere volenti reddant. *Beyerlinck* in Theatro vitæ humanæ Tomo VII. pag. 235.

Typographia eſt ars, qua conceptus hominum litteris metallicis & atramento mira celeritate imprimuntur chartæ. *Alſtedius* in Encyclop. lib. XXX. ſect. 1. p. 1913. Vocatur alio nomine Chalcographia à χαλκὸς, quod æs ſignificat, primum enim æneis characteribus uſi putantur hujus artis inventores, quamvis alii dicant ligneis; nunc plerumque ſtanneas adhibent. Item dicitur *ars impreſſoria*, & qui eam exercent, Impreſſores & Typographi, quamvis ſtrictius nunc hoc nomine utantur, ad deſignandum tantummodo illos, qui mercede laborem ſuum ad hanc artem conferunt, cum illi, quorum gratia & ſumtu operantur, ſe bibliopolas à vendendis libris potius, quam excudendis appellant. *Beyerlinck* Tom. VII. pag. 235.

Typographia eſt ars, qua pluribus literarum characteribus ingenioſe fuſis, adque ſcribendi rationem apte compoſitis atramentoque madefactis prelo compreſſis libri numeroſo quaſi partu in quam plurima exemplaria in lucem producuntur. *Tympius* in Theſ. Phraſ. pag. 535.

Q. D. B. V.

DE

TYPOGRAPHIA

diſputabunt publice

PRAESES

M. ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDTERVS,

Wittenberga-Saxo,

& RESPONDENS

JAC. FRIDERICVS KVNAD, Dalehn. Miſn.

Die I. Septembris,

Anno O. R. M DC XCVII.

In Auditorio Minori.

WITTENBERGÆ,

Per *Chriſtianum Schrœdterum*, Acad. Typ.

PRÆLOQVIVM.

Quod unusquisque mortalium, inprimis vero Literatorum, *Typographia* multa debeat,

beat, tam certum omnino eſt, quam quod certiſſimum. *Reges enim*, inquit Dn. D. Michael Majerus in Vero Germaniæ Invento, *Principes, Comites, Barones, tam ignobiles, quam nobiles, tam ſeculares, quam Eccleſiaſtici, Theologi, Medici, Juriſconſulti, Philoſophi, Hiſtorici, Poëtæ, omnesque alii, ex una arte Typographica multum ſe in rerum cognitione adjutos fatebuntur.* Quare non mireris, B L. nos, Patronorum juſſu, Exercitium meditantes publicum, hanc, nec aliam aſſumſiſſe materiam. Siquidem cum alii multa, nos omnia arti huic incomparabili debemus: cum alii propter rerum cognitionem literarumque ſtudia, nos inſuper etiam propter vitam, Genitorem quippe venerantes *Typographum*, vitæque conſervationem totos ipſi obſtrictos agnoſcimus fatemurque. Et quanquam de *Typographia* hactenus multi, iique celeberrimi pariter ac doctiſſimi Viri memoriæ nonnihil proditum reliquerunt; in quorum numerum referas modo laudatum *Majerum*, itemque *Polyd. Virgilium*, *Henric. Salmuthium*, *Thom. Lanſium*, *Jo. Henr. Bœclerum*, *Dan Cramerum*, aliosque non paucos; interim non conſtat tamen, de illa publice hic fuiſſe diſputatum. Ad nos proinde cum non una de cauſa, ut diximus, pertinere videatur literarum hoc præſidium, conſtituimus, brevibus naturam eſſentiamque ejus, pro ingenii declarare modulo. Faxit DEVS, ut feliciter ſuccedat!

I.

Evolutioni nominis *Typographia* non eſt, ut multis immoremur, eandemque prolixe declaremus; ſiquidem quod ad *Etymologiam* attinet, neminem exiſtimamus fore, cui non conſtaret, *Typographiam* ſuos deducere natales à verbo Græco τυποyϱάφειν, i. e. typis ſcribere: atque hoc ipſum compoſitum rurſus eſſe, tum ex nomine τύπος, tum verbo γϱάφειν, ſcribere. Obſervandum tamen hoc loco venit, vocem τύπυ, cum plures habeat ſignificationes, hic nihil aliud notare, quam characteres certos ad imprimendum, librosque excudendum idoneos. Vocantur vero Typi ideo, quoniam, ut *Lexicon Græcum Baſileenſe* explicat, primis characteribus ſtylorum quam ſimillimi exeant, ex formis ſcilicet, in quibus, beneficio ſtylorum horum, fuerant impreſſæ literarum figuræ ac inciſæ. Adeoque innoteſcit facile, *Typographiam*, vi Etymi, ejusmodi eſſe artem, qua Typis æneis ſcribitur, ut hinc non immerito *novum* ſæpius *ſcribendi genus* appelletur.

II. Circa *Homonymiam* probe diſtinguas neceſſe eſt noſtram, quam hic tradimus, à *Sinenſium* Typographia. Licet enim *Hugo Grotius* adhuc dubitet de *Sinenſium* imprimendi ratione, an etiam Typographia ſalutari poſſit? negativamque tueri conetur contra *Io. de Laet* (in diſſ. II. de orig. gent. Amer.) quia non parum à noſtra diſcedat; cum tamen nec à

Gro-

Grotio, nec alibi aliud quoddam nobis ſuppeditetur vocabulum, quo illorum imprimendi modus exprimatur, retinendum omnino cum *Io. de Laet* hoc ipſum putamus; hac vero diſtinctione ſimul obſervata, quod h. l. ejusmodi intellectam velimus artem, ubi non integris tabulis atque figuris imprimatur, quemadmodum apud *Sinenſes* longo abhinc tempore in uſu fuiſſe traditur; ſed potius, ubi literæ ſeu apices ænei, ſinguli ſeorſim aſſumti, certoque ordine inter ſe compoſiti, applicantur chartis. Deinde & hoc annotari meretur diſcrimen, quod voc. *Typographia* accipiatur partim pro arte abſolute conſiderata, quatenus eſt habitus animo Typographi inhærens; partim vero pro toto aliquo integrali, ex variis partibus heterogeneis, e. g. *typis, atramento, prelo* &c. compoſito, quatenus in officinis Typographicis reſervatur. Nos poſteriorem h. l. amplectimur ſignificationem, quæ inſervire per omnia noſtro videtur ſcopo; quanquam & priorem excluſam penitus nolimus.

III. Alio nomine *Chalcographia* appellatur, à χαλκῦ, ære, quoniam typi ſ. characteres impreſſorii ex ære maxime conficiuntur. *Scaliger in Exercit.* uſus eſt vocabulo *Caſſiterographia*, vel, ſi Dialecto efferas Attica, *Cattiterographia*, à κασσιτέρυ, vel καττιτέρυ, ſtanno, plumbo. Latine dicitur ars impreſſoria, ars excuſoria. In vernacula noſtra audit *die Buchdrucker-*

 Kunſt,

Kunſt, *die Buchdruckerey*, it. *die Prenterey*; quod vocabulum aliquoties uſurpatum invenies in libello recens à membro Soc. Teut. edito, ſub Tit. *Zeitungs Luſt und Nutz*, ubi deducit à verbo germ. *prenten*, quod idem ipſi ſignificat, ac *drucken*. Quomodo aliis Nationibus vocetur, cum noſtra minime interſit, ſilentio hic præterimus.

IV. Alias multas deprehendimus appellationes, quibus *Typographia* paſſim honoratur. Ita à *Thom. Lanſio* ars memoriæ, mors oblivionis, ingeniorum aſylum ſalutatur. A *Boeclero* ſcholarum mater; à *Salmuthio* omnium artium conſervatrix; ab *Hachenbergio* ingeniorum vita ac literarum tutela appellatur. Sic etiam vocatur Regina artium, ars artium, Muſarum præſidium, palladium virtutum, & quæ cæteræ ſunt; quibus ſummam hujus artis tum dignitatem, tum utilitatem declarare ſatagunt Scriptores.

V. Sed de nomine Typographiæ ut prolixiores ſimus, inſtituti noſtri ratio non permittit, progredimur itaque ad rem ipſam, ſive *Pragmatologiam*, quæ *Exiſtentia* communiter atque *Eſſentia* abſolvitur. Equidem de *Exiſtentia* quicquam admonere ſupervacaneum prorſus arbitramur. Quemadmodum enim nullus dubitat mortalium, an Sol etiam exiſtat? quippe cujus radios atque ſplendorem ſuis quotidie uſurpat oculis: ita quis Solem alterum Eruditorum, ejusque Exiſtentiam vo-

vocaret in dubium; cum non eruditis ſolum literarumque cultoribus; ſed omnibus fere ac ſingulis hominibus totique terrarum orbi clariſſimam accendat lucem?

VI. Sed enim vero in quonam nobiliſſimi hujus artificii *Eſſentia* conſiſtat explicare, altioris eſt indaginis. Nos ut eo progredi felicius valeamus, *primum* omnes ejusdem partes, i.e. *cauſas* cum *externas*, tum *internas* perveſtigabimus, *deinde* ex partibus totum, *Deſcriptionem* ſcilicet ex cauſis fluentem, conſtituemus; & *ultimo* denique loco paucis *Typographiæ Adjunctorum* mentionem injiciemus.

VII. Ex *Cauſis* primo ſiſtimus *Efficientem*, à quo nimirum Typographia fuerit inventa. De *cauſa* quidem *prima*, res ita eſt in promtu, ut non egeat diſputatione. Nam cum bona omnia proficiſcantur ab eo, qui fons eſt & ſcaturigo bonorum, tum maxime de arte hac incomparabili minime addubitandum, quin Numen benigniſſimum cœlitus eam per ſpiritum ſuum aperuerit. *Unde enim*, inquit celeberr. Bœclerus, *in Orat. de Typogr. arceſſemus id literarum propagandarum arcanum, quam ab eo, qui primus Adamum, humani generis parentem, literas edocuit?* Hinc etiam, juxta B. *Lutherum*, *ſummum & poſtremum Dei donum* audit, & communis Germaniæ Præceptor, *Melanchthon*, artificium hoc *donum* vocat *divinitus generi humano communicatum.* Deum itaque primum Typographiæ eſſe autorem, extra omnem controverſiam eſt poſitum.

VIII.

VIII. Sed illud nunc in quæſtione potius verſatur, per quos Deus O. M. maximum hoc beneficium primum revelaverit? Namque de hoc ſi Scriptores conſulamus, magnum inter eosdem diſſenſum reperimus & diſcordiam. Non enim diverſis ſolum Germaniæ civitatibus inventio adſcribitur; ſed de inventoribus quoque ipſis adhuc ſub judice lis eſt. Sunt inſuper & alii, qui penitus hanc inventionis gloriam eripere *Germanis*, atque extraneis eam adſcribere nationibus, *Batavis* nimirum, *Gallis*, *Italis*, aliisque, non dubitarunt. Imo non deſunt, qui à remotiſſimis illis, poſtremamque *Aſiæ* partem incolentibus *Sinenſibus*, Typographiam ad *Germanos* perveniſſe tradunt. In tam proinde contrarias diſtrahuntur ſententias Scriptores, ut animum legentis dubium prorſus ac incertum relinquant.

IX. Sed quæras, unde tanta ſententiarum diverſitas? & quænam ratio hujus Scriptorum diſſenſus? Reſpondemus, rem, ſi primo intuitu ſpectes, ſua non carere difficultate; quis enim diſſenſum ſemper Scriptorum, unde exoriatur, explicare poteſt? quod ſi vero in ſingulorum fundamenta, quibus nitantur, paulo hic penitius inquiras, innoteſcet facile, cur à rei veritate tantopere diſcedant, & alii aliam, eamque falſam prorſus amplectantur ſententiam. *Cauſa* igitur *prima* nonnullorum eſt *ambitio*. Hæc enim ſicut in multis rebus humanis dominatur, geſtorumque ſæpe ve-

veritatem obſcurat: ita etiam hoc loco exteri cum intelligerent, quantum primis Typographiæ inventoribus totus deberet terrarum Orbis, ſuæ unusquisque nationi hanc vindicare laudem annitebatur. *Altera* deinde *cauſa* diſſenſus eſt *invidia*. Hac etenim qui ſtimulantur, cum aliena inventa pro ſuis ementiri nequeant, aliis quoque hanc, quam inde conſequuntur, gloriam detrahere non erubeſcunt; & hinc non immerito ab *Henric. Salmuth. in Notis ad Panciroll. Tit. XII.* comparantur *Gryphis Indicis*, *meretriculæque* illi, quæ nec ſibi, nec colliganti mulieri ſalvum volebat filium. 1. Reg. III. *Tertio* quoque ad ſententiarum varietatem multum contribuiſſe videtur *veritatis ipſius ignoratio*. Multos enim deceptos fuiſſe à rumore vulgaris famæ, facile cum celeb. *Bœclero* credimus, quorum error poſtmodum errorem traxit ulterius, qui cum progreſſu temporis radices in animis hominum egit, atque incrementa ſumſit. Alias denique, præter adductas, ſuppeditat cauſas modo laudatus Dn. *Bœclerus loc. cit. p.* 329. *rei* nimirum *difficultatem*; quod dubiæ arduæque fuerit inveſtigationis: *quodque aliis voluntas probandi, ut alieno loco; aliis tempus laborioſe conquirendi probationes defuerit: quosdam vero argumentorum inopia aut deſperatio ad alia praverti juſſerit, &c.*

X. Conſideratis itaque diſſenſus hujus cauſis, conſiderandæ quoque nunc forent ſingulæ

gulæ Scriptorum ſententiæ, quos videlicet unaquæque & quales habeat autores; quibus nitatur argumentis & rationibus, num firmis, an vero invalidis? quid circa illam ab aliis in contrarium proferatur, & quomodo à Scriptoribus majori fide dignis rejiciatur? & quæ ſunt alia, quibus probe examinatis vera eluceſcet facile ſententia. Verum cum id longe prolixioris ſit ambitus, quam ut paucis his pagellis exponi poſſit, peculiari quodam inſtituto, ſi vitam viresque indulſerit Deus, talia hæc declaranda dabimus. Hic vero breviſſimis tantummodo quædam de illis efferamus; ut demum conſtet, quis verus fuerit inventor, quove loco ac tempore hoc inventum fuerit excogitatum.

XI. Præter Germanos proinde reliquas Nationes omnes ab hac inventionis laude excludi poſſe ac debere, merito exiſtimamus. Quæ enim in contrarium à quibusdam proferuntur de *Sinenſibus*, *Italis*, *Gallis*, *Batavis*, ita certe comparata ſunt, ut in aſſenſum aliquem vix rapiant, qui probe accurateque omnia examinaverit. Namque ſi dicendum, quod res eſt, primum non amore veritatis commoti, ſed potius, quod §. XI. diximus, aut ambitione inflati, aut invidia ſtimulati, aut errore quodam decepti, ab hac noſtra ſententia diſcedunt; id quod una mente omnes affirmant, quos in refutandis his opinionibus occupatos cernimus. Deinde quoque à ne-

nemine hactenus ſententiarum iſtiusmodi Patrono demonſtratum fuit, quod omnino tamen demonſtrari debuiſſet, Germanos non eſſe Typographiæ inventores: tantum enim abeſt, ut invalidis ſuis infirmisque argumentis quicquam contra Germanos efficiant, ut potius ſuppeditent occaſionem, noſtram magis magisque corroborandi ſententiam, ſuas vero opiniones refutandi ac deſtruendi; atque hoc etiam ſolide factum à Scriptoribus noſtris ſatis jam tum conſtat, & innoteſcet ulterius ex ſubſequentibus.

XII. His namque generatim præmiſſis, paucula quædam de ſingulis ſpeciatim annotabimus. Et primo quidem de *Sinenſibus* negamus ſtatim, noſtram ab ipſis *Typographiam* ſuam traxiſſe originem. Licet enim largiamur facile, artem inventionemque, quam habent, ipſis eſſe propriam, ab eisque uſurpatam diu ante, quam noſtra fuerit inventa; exinde tamen evinci non poteſt, *Germanos* ſuam ipſis debere Typographiam; quod contra *Paulum Iovium*, *Ioh. Conſalvum Mendozam*, *Guid. Pancirollum*, aliosque, huic opinioni addictos multis rationibus probe obſervat *Henr. Salmuth. in Notis ad Panciroll.* Deinde vero noſtram maxime ab eorum diſcrepare quis ignorat? Ingens enim inter *Germanorum* & *Sinenſium* Typographiam datur diſcrimen, quod annotatum vide ap. *Mich. Maietum*, aliosque. Accedit, quod hujus ſenten-

tentiæ autores ſibimet ipſis paſſim contradicant, quorum loca pugnantia *Thom. Lanſius* collegit *in Orat. pro Germ.*

XIII. Eodem fundamento nituntur & illi, qui *Italis*, itemque *Gallis*, inventionem adſcribunt, ſiquidem & hæ Nationes Inventores Typographiæ ſalutari nequeunt. De *Gallis* enim res ita eſt in promtu, ut diſceptatione ulteriori non egeat; namque *Antonii Campani* falſa de Typographiæ inventione ſententia jam dudum eſt exploſa, vid. *Majerus in vero Germ. invento.* De Italis vero cognitum perſpectumque ſatis eſt ex *Thom. Garzoni* amphitheatro univerſali, *Mylai* conſilio Hiſtoriæ Univerſitatis ſcribendi, aliisque *Italorum* ſcriptis, quod ſibi vendicare inventionem hanc plane non deſiderent. Et quanquam *Pomponius Lætus* eosdem exinde evehendos cupide laboret, præclare tamen eum confutavit *Peutingerus in Antiquitatibus Germ.*

XIV. Sed quid nunc dicendum de *Batavis*? Numne illis etiam denegari poteſt inventio? Nonne *Hadrianus Iunius*, itemque *Bertius*, & alii, multis comprobare argumentis videntur, *Laur. Io. Coſterum*, *Harlemenſem*, primum Typographiæ fuiſſe inventorem? Et quis ignorat, hodie adhuc in foro *Harlemenſi* ad domus *Coſteriana* faſtigium hanc legi inſcriptionem?

Tot eevwige Memorie de Druckerye,
Konſte aller Konſten Bewaerſterſe,
Is hier eerſtmaal gevonden ontrent het Jaar
clↃ cccc xl.

Re-

Reſpondemus, ita quidem eſt, quod manibus quaſi pedibusque enixe omnia faciant, ut hominibus perſuadeant, ſe primos Typographiæ eſſe inventores; aſt enim vero quibus argumentis id ipſum comprobant? Qui *Hadriani Iunii*, itemque *Bertii*, aliorumque verba probe examinaverit, intelligit facile, ſine fundamento ſufficienti talia ab ipſis fuiſſe prolata, ut accurate demonſtratum dedit *Mich. Majerus*, quem Virum hoc loco inſtar omnium laudatum volumus: conferri cum eo poteſt *Jubilaum Typographorum Lipſienſium*, itemque *Henr. Salmuthius* l. c.

XV. Remotis itaque ea, qua fieri potuit, brevitate his ſententiis, remanet tandem illis hæc inventionis gloria, quibus unanimi omnium conſenſu ſemper fuit aſſignata, h. e. *Germanis ſolis.* Namque hoc ipſum non uno vel altero, ſed quamplurimis doctorum Virorum teſtimoniis, neque teſtimoniis ſolum, ſed variis quoque rationibus ac momentis confirmari poteſt, quæ apud citatos videri poſſunt autores. Et quanquam adhuc diſceptetur de primo inventore inventionisque loco, an ſcilicet *Io. Guttenbergius*, an vero alius extiterit? item, num *Argentinæ*, an vero *Moguntiæ* primum ſit inventa? totam tamen litem componi poſſe facile ex *Annalibus Argentoratenſium*, cum *inſigni Theologo*, *D. Ioh. Schmidio*, *Celeb. Bœclero*, *aliisque* non poſtremæ notæ Scriptoribus arbitramur; quorum ſumma

huc redit: quod primus Auctor fuerit *Ioh. Mentelinus*, civis *Argentoratenſis*. Hic enim A. MCCCCXL. artem hanc in Patria excogitaverat; cum vero perfidus ejuſdem famulus inventum hoc, quod à *Mentelino* tanquam myſterium occultum tenebatur, *Io. Guttenbergio*, Viro equeſtri loco oriundo, detexiſſet, contulerunt ſeſe *Moguntiam*, ubi Typographiam ſibi comparabat *Guttenbergius*, eamque palam exercere non dubitabat; quo factum nobis videtur, ut quamplurimi Scriptores *Guttenbergium*, auctorem primum, *Moguntiam* vero *inventionis locum* fuiſſe, affirment.

XVI. Sed pergimus ad *Cauſam Materialem*, quam triplicem habemus; aliam *ex qua*, ſive rem conſtituentem; aliam *in qua*, ſive ſubjectum; & aliam *circa quam*, ſive objectum. Ad *materiam Typographiæ ex qua* referenda veniunt inſtrumenta omnia ac ſingula Typographica, quæ, ceu partes totum integrale conſtituunt, commodeque diſtingui poſſunt *in magis neceſſaria*, quibus ſcilicet ſublatis, effectus fieri nequeat; & *minus neceſſaria*, ſine quibus tamen actio fieri & aliqualis etiam effectus produci queat. Ad *priora* ſpectat (1) *Typus literarum*, qui non unius eſt generis, ſed maximopere variat non ſolum pro diverſitate linguarum, ut alius ſit Germanicus, quem vocant *Fracturam*; alius Latinus, qui duplicis eſt generis, vel *Antiquus*, vel *Curſivus*; alius Græcus, Hebraicus, &c. ſed etiam pro diverſitate co-

ni, ſive pro diverſa ſtyli & prominentis notæ altitudine; ubi dantur *groſſe und kleine* Verſalia; deinde *Miſſal*, *Canon*, *Roman*, *Text*, *Paragon*, *Tertia*, *Mittel*, *Cicero*, *Corpus*, *Petit*, &c. quæ typorum appellationes technicæ omnium linguarum characteribus applicant Typographi, hinc in Germanicis habent: *Miſſal-Fractur*, *Canon-Fractur*, & ſic porro. In Latinis: Typum Antiquum, vel Curſivum, ut: *Canon*-Antiqua, *Canon*-Curſiv, *Roman*-Antiqua, *Roman*-Curſiv, &c. Sic quoque in Græcis, Hebraicis, & aliis linguis Orientalibus: *Tertia-Griechiſch*, *Mittel-Griechiſch*, & ſic ulterius. Cæterum ex quanam inprimis materia conſtet, & quomodo conficiatur? partim ſuperius in evolutione Nominis diximus, partim videri poteſt *Lex. Græcum Baſil.* aliique hujus rei Scriptores. (2) *Atramentum impreſſorium*, quod peculiari arte, ex fuligine oleoque lini conficitur, de quo vide, præter alios, *Petrum Mariam Caneparium* in tractatu de *Atramentis cujuscunque generis*; qui & antiquorum & recentiorum Typographorum atramentum fuſe deſcripſit. (3) *Prelum*, cui literarum typi, dicto atramento illiti, ſubjiciuntur, chartæque ſuperimpoſitæ apprimuntur. *Ad poſteriora* referenda ſunt reliqua omnia, quæ in officinis Typographicis reperiuntur, quibusque carere nequit omnibus partibus abſoluta ac perfecta Typographia, e. g. Loculamenta literarum, capſulis variis diſtincta, cum ful-

cris ſuis, *die Schrifft-Käſten und ihre Geſtelle*, margines ferrei, eorumque cochleæ, quibus ex literis compoſitæ formæ, ut vocantur, coarctantur, *die Form-Ramen mit ihren Schrauben*, gnomon, ſeu norma linearis, juxta quam literæ ſingulæ in verſus componuntur, *den Winckelhaken*, it. Tabulam compoſitoriam, *Form-Bret*, Columnas, *die Stege*, quæ vel intercolumnia, *Mittel-Stege*, vel columnæ transverſæ, *Creutz-Stege*, porro, pilæ tinctoriæ, *die Farbe-Ballen*. &c.

XVII. *Materia* Typographiæ *in qua*, ſ. ſubjectum, eſt officina ipſa; in qua omnia hæc §. præcedenti commemorata conſervantur. Quodſi vero artem abſtracte conſideratam ſpectes, ut eſt habitus animo inhærens, tunc ſubjectum eſſe ipſos Typographos nemo facile ignorat, quorum geminam hodie habemus Claſſem, alteram conſtituunt Typothetæ ſ. compoſitores, *die Setzer*, alteram impreſſores, *die Drucker*, utrorumque officium ex §. ſequenti conſtabit. *Materia* denique *circa quam*, *ſive objectum*, eſt omne id *primario*, quod luci exponendum publicæ, perque univerſum terrarum orbem divulgandum, quodque uno verbo Typographis *Exemplar* audit; *ſecundario* v. & *charta* objectum conſtituere poteſt, ſiquidem circa eandem inprimis verſantur impreſſores; ſicuti circa *Exemplar* præcipue typothetæ ſunt occupati, ut Typum juxta illud deſideratum exhibeant.

XVIII.

XVIII. Veniendum nunc ad *Cauſam Formalem*, & ad ipſam rei Typographicæ operationem & adminiſtrationem. Ubi fuſiſſime deſcribendum eſſet officium & typothetarum, & impreſſorum in applicandis Typographiæ inſtrumentis; dici etiam prolixe poſſet, qua ratione ſibimet invicem cuncta eleganter inſerviant; ſed, cum brevitati ſtudendum nobis ſit, unicum allegaſſe Dn. *Bœclerum* hic ſufficiat; qui perſpicue ac nervoſe omnia in pauca redegit; in *Oratione* ſæpe multumque laudata: *Arripiuntur*, inquit, *celerrima typothetæ manu, è capſulis, quibus diſcreta ſunt, literulæ: coaleſcunt in voces, dividuntur ſpatiis, terminantur verſibus; quorum ſinguli contigue ſibi invicem accreſcentes, ubi columnam, ut hodie loquuntur, ſive modum, quem facies pagina habitura eſt, explevere, colligantur; donec diviſo locis idoneis numero columnarum, formas, quas vocant, clauſtro quodam ferreo, tanquam munimento circumpoſito, arcte coactas, prælum charta ſuperimpoſita imprimit. Ita quæ in formis ſiniſtra, in chartis dextra apparent: quæ in formis atramento, peculiari arte confecto, non colorata magis, quam obſcurata erant, in niveo chartæ æquore, liquido ordinata ac diſtincta lucent & interlucent. &c.*

XIX. Denique *ad Finem Typographiæ* devolvimur; qui vel *ultimus*, & quidem tum *ſimpliciter talis*, gloria nimirum Dei, ad quam ſemper reſpiciendum. *Quodcunque enim*, inquit idem Dn. *Bœclerus, laborari, perfici, & adornari hujus ar-*

tis beneficio curavit Deus, illud autoris gloriæ ſervire debuit. Cui ſoli ſi ſtudeant homines, ſaluti ſuæ ſtudeant utique, quæ extra autoris gloriam nec quæri, nec inveniri poteſt. Tum *ſecundum quid talis*, hominum nimirum ſalus atque emolumentum. Vel *Intermedius*, qui pro intentione variat agentis. Ad hos autem *Fines* multum facere Typographiam omnes hujus artis Scriptores, imo ipſa rerum magiſtra Experientia ſatis ſuperque teſtatur.

XX. Sed de cauſis hactenus; nunc videamus, quænam ex illis fluat *Deſcriptio*. Prolixior prodiret talis: *Typographia eſt ſingulare quoddam artificium, Seculo XV. à Germanis divino munere excogitatum, conſtans quam plurimis typis, ſive characteribus aneis, quibus legitime à Typotheta, juxta Exemplar autographum, compoſitis, preloque ſubjectis; ope deinde pilarum atramento peculiari ab impreſſore illitis, & chartis ſuperimpoſitis, ſingulari quadam facilitate ac celeritate imprimitur ad Numinis divini gloriam, hominumque commodum ac ſalutem.* Paullo brevius ſic poſſet concipi: *Typographia eſt novum ſcribendi genus, ultimis temporibus inventum, ubi non calamo, ſed typis aneis, atramentoque peculiari arte confecto, beneficio preli, ſcribitur celerrime.* Quæ *Deſcriptiones* ex hactenus expoſitis ſine ulteriori explicatione facile intelliguntur.

XXI. His ita expoſitis, nil reſtat amplius, quam ut paucis *Adjuncta* etiam Typographiæ ſubjiciamus; inter quæ primum locum obtinet *maxima ejusdem dignitas atque præſtantia*, quæ vel

vel ex eo innoteſcit, quod Typographia longo intervallo cunctas poſt ſe manuarias relinquat artes; quippe per eam cæteras omnes aut conſervatas habemus aut propagatas. Et quis neſcit, propter dignitatem cum Sole ſæpius eandem comparari? *Inventum hoc,* inquit Majerus, *totum illuſtravit Orbem, ut Sol terrenus, nec ſolum terram ditavit, ſed animos quoque hominum inſtruxit diſciplinis & artibus, tabulamque mentis nudam notitiis & axiomatibus.* Alterum deinde Adjunctum eſt *ſumma utilitas*; quæ certe tanta, ut verbis exprimi à nemine ſatis poſſit: non enim ſolum corporis, ſed animæ quoque ſalutem per eam ſcimus promotam. Quis namque ignorat, quantum ad Verbi divini luminisque Evangelici propagationem conſervationemque contulerit? & cui ignotum eſſe poteſt, quantum ultimis hiſce ſeculis literæ floruerint, quantaque hac arte incrementa cœperint, imo quantum denique publicis in rebus atque privatis, forenſibus ac domeſticis adjumentum attulerit mortalibus? Adjungitur tandem ipſi quoque *celeritas atque facilitas.* Tantum enim unius diei ſpacio ab uno homine imprimitur, quantum vix integro anno à pluribus ſcribi poteſt; quam celeritatem *Cardanus* admirans ſcribit: *Non facile dijudicari poteſt, num in tanta facilitate ac celeritate pulchritudo? an vero in tanta pulchritudine celeritas & facilitas admirabilior ſit?*

XXII. Atque hæc de *Typographia* breviter dicta ſufficiant. Multa quidem adhuc per totam Diſſertationem deſiderari videbuntur, e. g. quomodo & qua occaſione Typographia ſit inventa? quemnam librum primo impreſſum habeat poſteritas? quantum hæc ars cum cultoribus ſuis ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, aliisque ſuperioris conditionis hominibus fuerit æſtimata? qua ratione per Europam totam propagata? Num ſemper & ubique typus fuerit æneus, an vero alibi, ut in *Batavia*, detur argenteus? quod vulgo imperiti credunt. &c. Sed hæc aliaque plura declarabimus inpoſterum, ſi Deo & Superioribus annuentibus paulo ſpecialius circa Typographiam verſaturi ſumus.

SOLI DEO GLORIA!

C. LVDOV. THIBOVST,

Eruditiſſimis Regiæ Scientiarum Academiæ Sociis, ut in ſuam Societatem *Artem Typorum* cooptent. *

Cum ſingularem bonarum artium amorem profiteamini, VIRI DOCTISSIMI,

* Prodiit hoc opuſculum Pariſ. 1699. 4. & recuſum eſt in *Io. Georgii Eccardi* Excerptis menſtruis, (*Monatlichen Auszug*) An. 1700. m. April. p. 142-153.

SIMI, ſcientiarumque omnium Patroni illuſtres exiſtatis, non aliud, quam veſtrum, me decet ambire patrocinium, quo in artem typorum debitus honor redundet. Specimen igitur illius tam eximiæ artis veſtris auſpiciis carmine edere conabor, ego ea à pueritia mea inſtitutus, ſingulasque ejus partes dilucide enumerabo, quomodo typi naſcantur, quænam ſit illorum conflandorum ratio, quomodo concinnitas illis concilietur, quis labor in impresſione ſit adhibendus. Illud autem aggredior eo libentius, quod, poſtquam Univerſitati Pariſienſi, diſciplinarum parenti ac magiſtræ, primitias ſtudiorum meorum in agone ſolemni quindecim abhinc annis conſecravi, ejus comiti ac ſociæ operam meam præſtare nunc debeam. Typorum ope ſcripta eruditorum virorum in lucem eduntur immortalitati conſecranda; ex ea arte oritur doctrinæ propagatio; hæc colit alitque cæteras artes ingenuas ac liberales. Sine ea ad ſupremum illum gloriæ apicem, qua circumfulgetis, VIRI ILLVSTRISSIMI, non fuiſſetis promoti, quippe qui abſque ea ingenii veſtri monumenta tam facile non potuiſſetis palam exhibere, exterasque nationes nomine ve-

ſtro implere; ita ut aſſeverare poſſim, illius artis ſplendore reliquas ſcientias florere. Absque typis langueret doctrina, ſqualerent muſæ, ſqalerent literæ, ne quidem potuiſſet hiſtoria Academiæ in ordinem digeri; tanta eſt inter Academiam & typorum artem cognatio. Si in mentem veſtram revocaveritis, quot ex ea præclaras dotes hauſeritis, quanta in illam beneficia contuleritis, quanta ab illa acceperitis, quantam denique illi venuſtatem veſtro labore veſtraque cura comparaveritis, dubium non eſt, quin veſtro cœtui Fuſorem-Typographum-Bibliopolam ſitis electuri; præſertim, EO DVCE NOBILISSIMO, qui præ ſtudio ſuo in typos prelaque novas laminas columellis æneis noſtra ex induſtria (quod antea viſum non erat) ſine funibus ſuſpenſas delineari voluit, ut ſimiles in regio Typographeo conſtruerentur. Interim patiamini, Viri spectatissimi, illud à me Vobis offerri obſervantiæ meæ ac venerationis monumentum, qui ſum

Vobis devotiſſimus

C. L. THIBOVST.

RE-

REGIÆ SCIENTIARVM ACADEMIÆ,
ut *Cœtui Academico*
Fuſor-Typographus-Bibliopola
eligatur,

CARMEN.

Quid dum magnifico *Lodovicus* munere donat
Ingenuas artes; dum Turba Academica Magni
Certatim æterno Regis famulatur honori,
Venturis illum properans oſtendere ſeclis;
Nunc etiam jacet ars non contemnenda typorum,
Nulla laude vigens? veniunt oblivia preli,
Eximia cujus compage typographus utens,
Grandia doctorum referat monumenta virorum?
Ergo Tibi has artes, hæc munia, Regie cœtus,
Noſtris tu faveas cœptis modo, carmine dicam.
Ecce a) *LIQVATOR* adeſt, en crebris ignibus ardet
Ejus materies; præbet b) *cochleare*, c) *catillum*,
Et d) *formas*, queis mixto ex ære fideliter omnes
Con-

a) Fondeur de caracteres.

b) Cuillier de fer, contenant ce qu'il faut de matiere pour chaque lettre, on ne fond, q'une lettre à la fois.

c) Baſſin de fonte, ou la matiere eſt fondue.

d) Mou-

Conflat litterulas; hic paret ſponte peritis,
Sive latina velint conſcribere, græcave dicta;
Sive ſuam excptent Hebræâ dicere mentem
Linguâ, ſeu cupiant germanica verba referre,
Cunctas ille ſua fabricabitur arte figuras.
Cernis qua fiat cum dexteritate character
Singulus e) *archetypo*, quod format ſplendida ſigna,
Cum mollis fuerit ſolers induſtria ſcalpri.
Illum opus eſt fuſi digito reſecare metalli,
Quod ſupereſt, f) ferulisque typos componere læves,
Ut queat exæquans illos g) *runcina* parare.
Sed ſolet eſſe gravis nimiis ardoribus æſtus.
TVRBA PERITA, vide, quænam ſint munera ſtantis

h] COM-

d) Moules de fer, au bout des quels on attache la matrice, ſur la quelle tombe la matiere jettée avec la cuillier par le trou d'en haut.

e) la matrice eſt un morceau de cuivre, dans lequel on a frapé la lettre gravée au bout d'un poinçon, & qui forme le caractere.

f) Compoſitoires, ou Inſtrumens de bois etroits, ayant une entaille, ſur laquelle on range les lettres, apres en avoir rompu le jet ou ſuperflu de la fonte, & les avoir frotées ſur une meule.

g) Rabot, qui pour rendre egales les lettres, qui ſont renverſées à longue ligne dans le juſtifieur, ou entre deux jumelles, qui les ſerrent, forme comme un petit canal à toute la ligne au pied de la lettre.

h) COMPOSITORIS, habet diviſas ordine i) *capſæ*
Quasque notas; ſcriptorum imitabitur ære tenorem.
Mirare hunc ſcite propriis ſua ſigna legentem
E k) *loculis*, quæ ut mox reddant exempla, reponit
Sub l) *ferulam*, ſpatiis disjungens ſingula verba.
Linea non debet reliquis oblongior eſſe,
Haud etenim poſſet conſtringi pagina fune.
Expecta donec fuerit compoſta tabella,
Ille miniſterium peragens, in marmore lævi
Imponit tabulam diſponens ordine cuncta,
Verborum ut ſeriem ſervet replicata papyrus,
Ligna locat; m) cuneis illam conabitur arcte
In

h) *Compoſiteur*, qui etant debout, prend les lettres dans les caſſetins ſuivant ſa copie.

i) Caſſe, eſpece de tiroir de bois, diviſé par quarreaux, qui contient les lettres.

k) Caſſetins en quarreaux, ou eſt chaque lettre.

l) Compoſitoire, inſtrument du fer, ayant un rebord, ſur lequel on arrange les mots; il rend les lignes d'une page toujours egales, afin qu'on puiſſe lier la page dans la gallée, qui eſt un quarré de bois creux, ayant une couliſſe; & on diminue ou on augmente la longueur de ce rebord, ſuivant celle qu'on veut donner à la ligne.

m) Coins, avec lesquels on ſerre la forme, qui ſuivant

In quadro denſare iteratis ictibus; ulla
Litera ne recidat, tentabit; deinde levabit.
Fit primum Specimen; corrector menda peritus
Expungit, calamo ſignans in margine chartæ,
Ut tenui retrahantur acu de corpore formæ.
Jam ſpectare juvat ſubſtratam marmore præli
Hanc Tabulam; apparent mira inſtrumenta prementis,
n) *Lamna,* quam noſtra ſuſpendimus arte *columnis.*
Reſpice roboream o) *compagem*, p) *tympana*, q) *clathros*,
Et

vant l'ordre du diſcours eſt impoſée ſur un marbre uni, garnie de ſes bois, & d'un chaſſis de fer. L'ouvrier ſonde ou ſouleve la forme, pour voir, ſi rien ne veut tomber, avant qu'il la leve; & quand les fautes ſont marquées dans la premiere epreuve, que l'on fait, il les retire avec un pointe, & met en place les lettres, qu'il faut.

n) *Platine* ou plaque quarrée, qui baiſſe ſur les tympanes & ſur la forme. Elle eſt attachée ordinairement avec des cordes, mais icy elle eſt ſuſpendue avec quatre colomnes d'airain.

o) les jumelles & tout le bois de la preſſe.

p) deux tympans ou cadées de bois, bouchés d'une peau de parchemin, & garnis de blanchets ou etoffe. Sur le grand tympan il y a deux pointes attachées, dont on ſe ſert, pour marger le papier, & qui

Et r) *funes*, s) *cochleam*que; t) *manubria*, cerne
u) *palangam*,
Donec x) *Chalcographus* y) *quadri* cum forſice chartam
Reſcindit, ne ſint quædam mordentia ſigna.
Hic capulo ſumit z) *folles* de vellere plenos
Pel-

qui ſont deux trous à la feuille, dans leſquels on remet le papier, lors qu'on le retire de l'autre coté, afinque les pages ſe repondent & ſoient de regiſtre.

q) friſquete ou chasſis de fer bouché d'une carte qu' on taille avec des ciſeaux, ſuivant les pages de la forme, de peur que rien ne morde & ne barbouille. Ce Chaſſis tient au grand Tympan, par deux brochettes & deux couplets.

r) cordes au Vaches attachées au coffre de bois, dans lequel eſt enchaſſé le marbre & au derriere de la preſſe.

s) la vis de l'arbre de fer.

t) Manivelle, qu'on tourne pour faire avancer le train ſous la platine, & le retirer de deſſous, au moyen d'un rouleau, dans lequel paſſe une corde, qui eſt attachée au coffre & de l'autre bout au chevalet au bois, qui ſupporte les Tympans.

u) Rouleau, dans lequel eſt paſſée la Manivelle, & ſur lequel tourne la corde & coule tout le Train.

x) Imprimeur. y) vid. lit. q.

z) Balles, eſpece d'entonnoirs de bois, qui ont une poignée, deſquels le vuide eſt garni de laine, couverte de cuirs clovez au bois. L'Ouvrier les remue l'une

Pellibus impacto, quos tingit utroſque colore,
Et movet hinc illinc, vi multa terque quaterq;
Immotam formam haud fluido inficit atramento.
Tenditur interea molli madefacta papyrus,
a) *Membrana* exiguis remanet confixa duabus
Cuſpidibus; confecta è pannis b) tympana volvens
Preli opifex, ducit ſub lamnam; c) vecte retracto
Bis premit; ecce refert charta hæc revoluta typorum
Effigiem, quorum ſervat ſignata figuram.
Plura brevis ſpatio ſic verba typographus horæ
Edit, quam multis poſſet dare ſcriba diebus.
Namque una videas opera ter mille gemellos
Excudi ſimiles îſdem conatibus artis.
Cum certum numerum foliorum forma notavit,
Tollitur hæc, adverſa ſequens ſubſternitur, atque
Sub prelo aptatur; reliquas ne pagina partis
Al-

l'une ſur l'autre pour diſtribuer l'encre, qu'il a pris avec,& dont il touche la forme par pluſieurs coups.

a) & b) vid. lit. p.

c) Barreau de fer courbé paſſé dans l'arbre, & que l'ouvrier tire deux fois, pour imprimer un coté de la feuille de papier, en faiſant baiſſer la Platine.

Alterius quædam ſuperet, converſa d) *foramen*
Charta ſubit geminum. Series redit ipſa laboris.
At ſi tantus amor quid proſit ſcire e) *labellum*,
In quo ſtrata jacent nigrantia ſigna liquore,
Jam quæ ferveſcens f) *lixivia* fertur aheno,
His infundetur; g) *ſcopis* cum terſa micabunt,
Laxantur cunei, fruſtratim verba prehendit,
Quæ dextra in proprios loculos diviſa remittat
Compoſitor; vacuas hic cum repleverit h) *arcas*,
Primum iterabit opus ſtans indefeſſus agendo.
Cernitur inde i) *lacus* fontana limpidus unda,
Chalcographus ſcapos omnes hac macerat udos,

d) vid. lit. p.
e) Baquet, ou on lave & nettoye la forme.
f) Leſſive, qu'on fait bouillir dans un chaudron, & dont on ſe ſert pour laver la forme.
g) On ſe ſert de Broſſes pour broſſer la lettre, afin que quand elle eſt nette, le Compoſiteur deſſerre la Forme, pour remettre ou diſtribuer les lettres dans les Caſſetins.
h) quand la caſſe eſt remplie de lettres, le Compoſiteur recommence à compoſer, ſuivant ſa copie.
i) Baquet, plein d'eau, dans laquelle on trempe les mains de papier pluſieurs feuilles à la fois, qu'on couvre pour les mettre en tas.

Expandens donec fiat numeroſus acervus.
Illic conſpicias ſuſpenſa k) *ſacomata* fune,
Quæ demiſſa premant nimio præ pondere chartas
Aſſere contectas; gravitant, dum tota madeſcat
Congeries; non ſignatur bene ſicca papyrus.
Hic labor eſt noſter, ſunt hæc miracla typorum,
Queîs nihil utilius videt aut pretioſius orbis,
Vixque aliquid melius poſſunt dare ſecla futura.
O Tu, quæ ſervas, ACADEMIA, dona *Minervæ*;
Quæ pretiis animos invitas, digna laborum
Præmia concedens; *quas prima Moguntia fertur*
Inveniſſe artes, partum tueantur honorem,
Te duce, jam facile eſt; ne dedigneris alumnas;
Perge triumphali meritorum tempora lauro
Cingere; perge tuis virtutem extendere factis,
O *Cœtus facunde*; tuæ pars maxima laudis,
In gremio refovere artes artisque peritos.
Plura quidem Tu illis, illæ Tibi plurima debent.

Ar-

k) Poids ſuſpendus avec une corde, qu'on deſcend ſur le papier trempé & couvert d'un ais, afin que l'eau s'imbibant par tout, le papier devienne egalement mollet.

Artibus hoc debes, claro quod nomine jam nunc
Docta per ora virûm volitas, quod plenus abundas
Palladis innumeris opibus. Tu perficis artes,
Tu renovando polis obſcura nocte ſepulta,
Atque ſuis numeris facis ut cumulata colantur.
Egregiam librorum artem mercede perenni
Si donare velis, *o doctorum inclute cœtus*,
Unum à Te ſumi è multis par eſſe videtur,
Qui ſit *Chalcographus - Conflator - Bibliopola*,
(Nam perit ars, hujus partem ſi demſeris unam,)
Ut nova cum quisquam diuturno inventa labore
Confirmare volet, preli non munia deſint,
Utque typis detur dudum quæſita venuſtas.
Non etenim Tibi ſunt tantum mittenda per orbem
Biblia, non tantum externa regione petenda.
O quam felicem, ſi me digneris amore
Tam grato! ſola hæc voti mihi ſumma manebit

C. *Ludovico Thibouſt*,
Univerſitatis Pariſienſis Fuſori-Typographo-Bibliopolæ.

DISSERTATIO
de
Inventione præſtantiſſimæ artis Typographicæ in Germania,
Anno ejus Iobelæo quinto imminente,
breviter & ſolide conſcripta
à
WILHELMO ERNESTO TENTZELIO,
Principum Saxoniæ Hiſtoriographo.
Gothæ, Typis *Jacobi Mavii*, anno 1700.12.
è lingua vernacula illam latine reddidit LVDOV. KLEFEKERVS, Hamburgenſis, Gymnaſii patrii civis præſtantiſſimus.

A. & Ω.

*3 In Germania noſtra æque ac finitimis regionibus nunc ab omnibus fere cujusque conditionis hominibus hæc agitatur quæſtio, utrum huic ſeculo decimo ſeptimo exeunti annus, quem agimus, nonageſimus nonus, an vero imminens centeſimus finem imponat. Quisque pro captu ſuo hac de re judicium fert, plures tamen reperiuntur, qui annum nonageſimum nonum, quam qui centeſimum, ſeculi hujus extremum conſtituant. Hi vero centum annos integros ſeculum complentes minus recte numerare, & annum jobelæum cum primo imminentis ſeculi anno confundere videntur. Seculum

enim

enim *non centum annis inchoatis, ſed completis* abſolvi, inter omnes conſtat. Quamvis igitur illis, qui initium numerandi non à 1. ſed à o faciendum eſſe & vehementer urgent, & aliis perſuadere cupiunt, id concedere velimus, largiri tamen nobis eos viciſſim oportebit, ad ſeculum complendum centum integros annos requiri. Quemadmodum enim primus ſeculi annus non prius eſt confectus & abſolutus, quam trecentis & ſexaginta quinque diebus, cum tot horis minutisque, quot mathematici numerant, prætерlapſis; & quemadmodum decem anni non prius ſunt completi, quam circumactis novem annis & excipientibus illos trecentis & ſexaginta quinque diebus cum horis aliquot atque minutis; ita ſeculum non prius pro ſeculo integro haberi poteſt, quam annis nonaginta novem atque trecentis & ſexaginta quinque diebus & aliquot horis minutisque finitis. Itaque, uti is falſo triginta annos natus traditur, qui tantum viginti novem annos ſeu vicies novies trecentos & ſexaginta quinque dies cum horis aliquot ac minutis vixit, quia plenus adhuc annus reliquis eſt addendus; ita longe à veritate aberrant omnes, qui ſeculi extremum annum nonageſimum nonum putant, cum iſtorum annorum ſpatium tantum nonagies novies trecentos & ſexaginta quinq; dies cum aliquot horis ac minutis conficiat, atque adeo proxime ſequentem annum his

adhuc addi debere, facile patet. Id quod erat demonſtrandum.

Alii opponunt, æram vulgarem à *Dionyſio Exiguo* inventam hodieque communi uſu receptam integro anno à vero nati Chriſti tempore aberrare. Affirmant enim Chriſtum natum eſſe anno *Auguſtei* imperii quadrageſimo ſecundo, Romæ conditæ ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Periodique Julianæ anno 4712. *Dionyſium* vero annum ab U. C. 753. numero primo notaſſe ſemperque annos completos computaſſe, ita quidem ut primo anno jam finito ipſe demum primum, elapſo ſecundo alterum, atque ſic ſequentes omnes numeraverit; nos ergo ſimiliter annos completos computare debere, nec annum præſentem
p.6 pro anno 1699 habendum eſſe, ſed illo in principio anni hujus jam completo annum nunc agi ſeptingenteſimum, huncque ipſum tamdiu 1699 vocari, donec ſeptingenteſimus abſolutus ſit, tum demum hunc numerum uſurpari, atque adeo annum 1701, & ſimul novum ſeculum jam initium capere, ſimulac numero ſeptingenteſimo uti incepeꝛimus, & proinde præſens ſeculum una cum hoc, quem agimus, anno deſinere. *Julius Conradus Rudemannus* in Cogitationibus ſuis de fine præſentis & initio futuri ſeculi cap. I. hunc computandi modum inſtituit, ſed ſumere multa pro conceſſis videtur, in quibus ac-

accuratiores chronologi noſtri plurimum ab eo diſtant. Enimvero, ut res exemplis conſtet, *Noriſius* & *Pagius* annum nati Chriſti conſtituunt ſeptingenteſimum quadrageſimum nonum ab U.C, quibus, quoniam auctoritate numorum veterum nituntur, & S. Evangeliſtas cum *Ioſepho*, Iudaico hiſtoriographo, quod fieri unquam poſſe multi dubitarunt, ſatis commode conciliant, quid ulla veritatis ſpecie opponi poſſit, equidem non video. Quibus horum ſcripta non ſunt ad manus, illi diarium literarium germanice ſub titulo *Monatbliche Unterredungen* editum anni 1691. p. 120. 191. & 1028. evolvant. Iidem auctores annum ab U. C. 754 pariter pro primo æræ Dionyſianæ anno ponunt; quorum ſententiæ *Ioh. Harduinus* in Chronologia Vet. Teſtamenti ſubſcribit. Sequitur itaque, verum diem natalem Chriſti ab illo, quem *Dionyſius* in æra vulgata poſuit, non uno ſed quatuor annis differre. Præterea non ſolum omnes illi, ſed & alii complures ſcriptores luculenter docent, *Dionyſium*, annum cum numeraverit primum, non completum, ſed inchoatum à nato Chriſto intellexiſſe. *Pagius* enim in Diſſertatione hypatica pag. 195. ad annum U. C. 753, *Coſſo Cornelio Lentulo* & L. *Calpurnio Piſone*, Conſulibus, ſcribit: *Natale Chriſti Dionyſianum ſeu vulgare ſub his Conſulibus conſignatur, ideoque anno ſequenti Calendis Ianuariis æra communis ſ. Chriſtiana, qua in poſterum utemur,*

mur, incipit. Quibus ſtatim addit: *Æra Chri-*
p. 8 *ſtiana initium Anno Chriſti primo.* Eundem argumentandi modum ſequutus eſt *Harduinus*: *Ex illa etiam obſervatione conſectarium eſt, anno iſti natalem Domini recte adſcribi. Ex eo autem Calendis Ianuariis proximis æra Chriſtiana ducit initium ab eo anno, qui eſt urbis Romæ DCCLIV.* Ex his facile apparet, *Dionyſium* octiduum illud à nato Chriſto ad initium anni Romani, i. e. à die 25 Decembris ad primum diem Januarii non pro anno completo & integro habuiſſe, ſed id primo nati Chriſti anno addidiſſe. Confirmatur hoc uſu vetuſtiſſimo Romanæ eccleſiæ, quæ ſine dubio *Dionyſii*, qui Romæ vixit, ſententiam optime & perſpexit & obſervavit. *Paulus Petavius* in Diſſertatione de Epocha annorum incarnationis Chriſti ſic in hanc rem ſcribit: *Romani Epocham nativitatem Chriſti habuerunt, incipiebatque annus à veſperis vigiliæ ipſius nativitatis. Inde vetera Calendaria eccleſiæ Romanæ natalem Domini primum diem habent, cujusmodi*
p. 9 *optima notæ manuſcriptum habemus. Idque ſpeciatim indicavit auctor libri, cui nomen eſt memoriale hiſtoriarum: (quem Canonicus quidam Sancti Victoris Pariſienſis & doctus & diligens circa annum* 1322. *conſcripſit; ſive is* Johannes, *cognomento* Pariſienſis *fuerit, ſive alius*) Annos, *inquit*, annotabimus ab ipſo die dominicæ nativitatis, ſecundum uſum Romanum anni principium inchoantes. *Hocque ipſum &* Joh. Lucidus *à Concilio Conſtantienſi manifeſte comprobat.* Immo

ve-

vetuſtiores teſtes affert *Ioh. Fronto* in Obſervationibus ad Vetus Calendarium Romanum, quod ille quidem intra tempora *Gregorii ſecundi & Gregorii tertii* ab anno 714. ad annum 731. conſcriptum eſſe putat, & pag. 2. hæc obſervat: *Annum ecleſiæ incipit à Vigilia nativitatis* Hieronymi Comes ſ. Lectionarius, *editionis Pameliana, item ſacramentale* Gregorii Magni, Hugonis Menardi, *&* Ado *in martyrologio ſuo. Certum & id agnoſcit* Rosweydus *in Notis ad Martyrologium* Adonis, *eccleſiæ epocham eſſe nativitatem Domini. Unde melius omnibus & juxta antiquam conſuetudinem habet hoc noſtrum Kalendarium.* An- [p. 10] tiquiſſima igitur Romanæ Ecleſiæ conſuetudo hæc ſemper fuit, ut annum à natali die Chriſti inciperet, adeoque octiduo prius, quam annus civilis die primo Januarii Romæ inchoaretur, ita tamen, ut octiduum illud non anno exeunti, quod hodie fieri ſolet, (qui mos Danicum noſtrum ſcriptorem in errorem induxit) ſed inſequenti adderetur. Et licet *Petavius* addat: *At quamvis à multis ſeculis is uſus fuerit Romana eccleſia, tamen in publicis Actis & reſcriptis Pontificiis fieri ſuppntatio notabatur ab Incarnatione Domini*; illud tamen ſcriptorem Hafnienſem nil juvat. Nam ſecundum hunc quoque computandi modum à die 25. Martii, quo Chriſtus conceptus dicitur, ad Januarium iſti novem menſes non perfectum annum reddebant, ſed ad ſequentem annum referebantur. Quod *Harduinus* probe obſerva-

vit, dum Chriſtum anno ab U. C. 753. con-
ceptum ſtatuit, & inde epocham novam aſtro-
p.11 nomicam oriri docet. Quemadmodum igi-
tur multi antiquæ eccleſiæ temporibus credi-
derunt, die 25 Martii, aut, ſecundum Ka-
lendarium Romanum, octavo Kalendarum
Aprilis non ſolum mundum à Deo conditum,
ſed Chriſtum etiam in utero matris conce-
ptum ac cruci ſuffixum eſſe, ita mirum non
eſt, eos hoc die novum annum eccleſiaſti-
cum celebraſſe, quamvis computatio anni
civilis Romani, à primo die Januarii cœpta, ni-
hil in eo perdiderit, ſed accurata manſerit.
Par erat ratio computandorum annorum Ur-
bis Romæ conditæ. Hæc licet XI. Kal. Ma-
ji, vel die 21 Aprilis exſtructa eſſet, anni ta-
men ab illa condita non, ut civiles, à primo
die Januarii incipiebant, nec ineuntes pro
completis habebantur, quod falſo ſtatuit
auctor noſter, ſed annus v. g. 753. ab U. C.
die 21 Aprilis inchoatus eodem anni ſequen-
tis die abſolvebatur, quamvis hic ſecundum
computum civilem jam die primo Januarii
p.12 originem habuiſſet. Perinde habebatur
computatio eccleſiaſtica, ſive illa à conce-
ptione, ſive à nativitate Chriſti inciperetur.
Quanquam enim illa à die 25 Martii, hæc
autem à die 25 Decembris numerabatur, an-
nus tamen non prius completus erat, quam
idem iſte dies in Kalendario Romano rediiſ-
ſet, tametſi ſequens annus interea in hoc Ka-
len-

lendario primo Januarii die eſſet inceptus. Hæc qui probe obſervant, Danico illi ſcriptori nunquam ſuffragabuntur, ſed falſas potius computationes ejus ac potiſſimum ſimilitudines & ratiocinationes capite ſecundo ab illo prolatas & male applicatas rejicere facile poterunt. Hanc enim controverſiam diutius agitare, inſtituti noſtri ratio non permittit.

Ad propoſitum noſtrum accedamus potius, probaturi, annum 1700, qui proxime inſtat, licet non pro primo ſeculi decimi octavi, ſed pro decimi ſeptimi ultimo habendus ſit, nihilominus jobelæum eſſe. Multi forſan cogitabunt, non opus eſſe ad id probandum multis argumentis, quia Papa Romanus annum jobelæum jampridem indixerit, quod ex novellis publicis, ut vulgo vocantur, abunde inter omnes conſtat. At reperiuntur, qui in veteri æque ac novo Teſtamento non annum quinquageſimum, ſed quadrageſimum nonum jobelæum fuiſſe volunt. Hos autem, me quidem judice, nemo rectius & ſolidius confutavit, quam *Auguſtus Varenius*, S. Theol. Doctor & Theologus quondam Roſtochienſis, in diſputatione de anno Sabbathico & Jubilæo Iſraelis, an. 1651 habita, ubi n. 20 hanc theſin profert: *Igitur numeranda erant ſeptem ſabbatha annorum, vel ut Chaldæus, ſeptem Schmita, id eſt, ſepties ſeptem ſ. 49. anni, & poſt illos conſecrandus annus quinquageſimus, & ſolenni buccina intimandus in Iſrael ex lege*

ge de Jubilæo Levit XXV. Quam num 21. breviter ac ſolide probat: *Urgemus textum expreſſum v.* 8. 9. 10. *Quem* Lutherus *optime: Ihr ſolt das funffzigſte Jahr heiligen.* Item: *das funffzigſte Jahr iſt euer Erlaß Jahr. Urgemus intimationem jubilæi, quæ*
p. 14 *fiebat die* 10. *anni quinquageſimi. Urgemus, fruſtra præcepta de non ſeminando nec metendo, item caſus de ſponte natis repeti v:* 11. 12. *ſi neceſſario omnis jubilæus eſſet ſabbathicus ſ.* 49. *annus. Urgemus Analogiam Pentecoſtes cum Jubilæo, item poſitum vocum in lege de ſabbathico feſto pentecoſtali, vid. Deut.* XVI. 9. *Levit.* XXIII. 15. XXV. 3. 4. *& concludimus pro anno quinquageſimo excluſive.* Argumenta hæc paulo curatius explicabo. Primum quidem *Hottingerus* in Diſſertatione de Jubilæo, quæ in Analectis ejus exſtat, pag. 159 maxime urget, idque deſumptum eſt ex Levit. XXV. 8. ſqq. ubi *Lutherus* optime: *Annum* 50. (non 49) *celebratote.* Itemque: *Annus quinquageſimus is eſt, in quo libertatem omnibus regionis incolis edicitote.* Alterum deſumptum eſt ex promulgatione ac publicatione anni jubilæi, facta die 10.
p. 15 menſis ſeptimi anni 50, non vero 49, quod ex ejusd. Capitis v. 9. ſq. apparet. Tertium ex legibus, v. 10. & 11. repetitis, de non ſeminando nec metendo, & de non demetendis, quæ ſponte creſcunt, quibus præceptis nihil opus eſſet, ſi annus jubilæus idem fuiſſet, qui annus quadrageſimus nonus ſabbathicus. Quartum à convenientia feſti Pentecoſtes & anni jobelæi petitur. Feſtum enim Penteco-

ſtes

ſtes vi mandati divini Levit XXIII. 15. ſq. dilucide expreſſi non die quadrageſimo nono, ſed die poſt oblatos primos frugum manipulos quinquageſimo celebrabatur, & ſicut verba mandati de anno jobelæo eadem ratione proferuntur, ita ex illis evidentiſſime liquet, annum quoque jobelæum non anno 49. ſed 50. poſt finitum proxime præcedentem celebratum fuiſſe. Præterea, cum nos quoque hodie Peetecoſtes feſtum non die quadrageſimo nono, ſed quinquageſimo poſt ſabbathum paſchale celebremus, quis quæ- §.16
ſo, hæc ſi perpenderit omnia, dubitabit, annum jobelæum non eſſe quadrageſimum nonum, ſed quinquageſimum?

Quoniam igitur liquet, annum, qui imminet, milleſimum & ſeptingenteſimum non modo jobelæum, ſed etiam in finem vergentis ſeculi decimi ſeptimi ultimum eſſe; noſtrum erit oſtendere, cur eundem pro quinto jobelæo nobiliſſimæ artis typographicæ habeamus. Sententia noſtra partem *Trithemii* teſtimonio, partem inſcriptionibus, quæ ad calcem nonnullorum librorum antiquiſſimorum leguntur, & deniq; verbis Chronici Colonienſis, ante ducentos annos lingua vernacula Saxoniæ inferioris promulgati, innititur. Ac *Trithemio* quidem, quoniam illa, quæ refert, ex ipſius *Petri Schefferi*, qui fuit *Ioh. Fuſti* vel *Fauſti* gener, ore accepit, ſatis tuto fidem haberi poſſe arbitror. Verba ejus parte 2. Annalium

lium Hirſaugienſium ad annum 1450. hæc
p.17 ſunt: *His temporibus in civitate Moguntina Germaniæ prope Rhenum, & non in Italia, ut quidem falſo ſcripſerunt, inventa & excogitata eſt ars illa mirabilis & prius inaudita imprimendi & characterizandi libros per* Joannem Guttenberger, *civem Moguntinum, qui cum omnem pene ſubſtantiam ſuam pro inventione hujus artis expoſuiſſet, & nimia difficultate laborans, jam in iſto, jam in alio deficeret, jamque prope eſſet, ut deſperatus negotium intermitteret, conſilio tandem & impenſis* Joannis Fuſt, *æque civis Moguntini, rem perfecit incœptam. In primis igitur characteribus litterarum in tabulis ligneis per ordinem ſcriptis, formisque compoſitis Vocabularium,*
p.18 Catholicon *nuncupatum, impreſſerunt, ſed cum iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eo quod characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut diximus. Poſt hæc inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, inveneruntque modum fundendi formas omnium latini alphabeti literarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum æneos ſive ſtanneos characteres fundebant, ad omnem preſſuram ſufficientes, quos prius manibus ſculpebant. Et revera ſicuti ante* 30 *ferme annos ex ore* Petri Opilionis *de Gernsheim, civis Moguntini, qui gener erat primi artis inventoris, audivi, magnam à primo inventionis ſua tempore hæc ars impreſſoria habuit difficultatem. Impreſſuri namque Biblia, priusquam tertium compleſſent in opere quaternionem, plusquam* 4000 *florenorum expoſuerunt.* Petrus *autem memoratus* Opilio, *tunc famulus, poſtea gener, ſicut diximus, in-*
p.19

ven-

ventoris primi, Joannis Fuſt, *homo ingenioſus & prudens, faciliorem modum fundendi characteres excogitavit, & artem, ut nunc eſt, complevit. Et hi tres imprimendi modum aliquandiu tenuerunt occultum, quousque per famulos, ſine quorum miniſterio artem ipſam exercere non poterant, divulgatus fuit, in Argentinenſes primo, & paulatim in omnes nationes.* His addit tria Diſticha in artis & inventorum honorem, quorum Hexametri à Pentametris avulſi, & deinde Pentametri ſeorſum, apud *Bergomenſem* autem conjunctim ordine ſuo leguntur. *O felix noſtris* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 309.) Pergit *Trithemius: Et hæc de impreſſoria mira ſubtilitate dicta ſufficiant, cujus inventores primi cives Moguntini fuerunt. Habitabant autem primi tres artis impreſſoriæ inventores* Joannes, p. 20
videlicet Guttenberger, Joannes Fuſt & Petrus Opilio, *gener ejus, Moguntiæ in domo zum Jungen dicta, quæ deinceps usque in præſens impreſſoria nuncupatur.* Quibus optime conveniunt verba, quæ in præfatione *Livii* anno 1505 Moguntiæ germanice excuſi ad Imperatorem Maximilianum habentur, & latine reddita ita ſonant: *In nobiliſſima urbe Moguntia - - - in qua etiam primum admiranda ars typographica à* Johanne Guttenbergio, *homine ingenioſiſſimo, anno Chriſti* 1450 *inventa, & poſtea ſtudio, ſumptu & labore* Johannis Fauſti & Petri Schefferi *ibidem correcta ac ad poſteros propagata eſt; atque adeo urbi huic non Germania ſolum, ſed omnis etiam terrarum orbis æ-* p. 21
ternas laudes optimeque promeritas debet, cujus cives ſq.

atque

atque incolæ hoc beneficio jure ſuo perfruantur. Clarius adhuc *Petrus Schefferus* in Epilogo, quem excuſo à ſe Compendio *Trithemii* de origine Regum & gentis Francorum ſubjunxit, illa exponit: *Impreſſum & completum eſt præſens &c.*
p.23 (vid. ſupra Part. I. pag. 273.) Addenda ſunt his verba Chronici Colonienſis, quod, anno 1499. lingua vernacula Saxoniæ inferioris editum, mihi quidem videre nondum contigit, ſed cujus latina tantum verba apud *Boxhornium* in hiſtoria univerſali p. 950. ſq. cum germanicis quibusdam fragmentis ex ſcriptoribus de artis typographicæ inventione agentibus reperi. Sententiam autem hujus ſcriptoris, quam contuli cum iis, quæ in Compendio exhibet *Sigismundus à Bircken*, in Speculo honoris Auſtriaci fol. 525. hanc eſſe puto: *Ars hæc typographica nobiliſſima primum in Germania Moguntiæ ad Rhenum inventa eſt. Ac Germanis inſigni utique honori eſt, fuiſſe inter eos, qui ingenio*
p.24 *adeo excellerent. Contigit hoc anno Chriſti* 1440, *à quo tempore usque ad annum Chriſti* 1450 *opera impenſa eſt iis, quæ ad eam artem ſpectabant. Anno Chriſti* 1450, *qui jobelæus fuit, libros typis exprimere cœperunt, quorum primus Biblia fuerunt latina, iisdem typis majusculis expreſſa, quibus nunc Miſſalia imprimuntur. Quamvis vero ars iſta Moguntiæ eo modo, quo nunc uſurpatur, inventa ſit, Batavorum tamen* Donati, *jam antea expreſſi, prima fuerunt hujus artis quaſi ſchemata & ſimulacra, ex quibus principium ejus*
p.25 *eſt depromtum. Exſtitit ſcriptor, cui nomen* Omnibo-

bonus, *qui in præfatione ad* Quinctilianum *aliisque in libris ſcribit, Gallum quendam, nomine* Johannem (*leg.* Nic.) Jenſſonium, *omnium primo hoc artificium inſigne inveniſſe. Is vero manifeſti convincitur erroris ab iis, qui hodie adhuc teſtari poſſunt, Venetiis jam ante libros typis expreſſos fuiſſe, quam* Johannes (*leg.* Nic.) Jenſſonius *eo venerit, typographiamque ſuam inſtruxerit. Primus potius typographiæ inventor fuit civis Moguntinus, patria Argentinenſis, vir nobilis* Johannes Gudenbergius. *Moguntia primum ars iſta Coloniam, tum Argentinam, ac demum Venetias translata eſt. Initium ac pro-* p. 26 *greſſum ſæpius memoratæ artis mihi retulit* Ulricus Zellius, *Hanovienſis, qui etiam nunc hoc anno* 1499. *typographicam artem Coloniæ exercet, eandemque primus eo detulit.*

Quodſi hæc teſtimonia cum aliis, quæ *Mallinkrotius* in tractatu de ortu & progreſſu artis typographicæ collegit, paulo curatius perpendantur, quid obſtat, quo minus cum illo ſtatuamus, artem typographicam anno 1440. primum inventam, ſequenti vero decennio perpolitam magis ac emendatam eſſe, anno denique 1450. libros typis, ex ære fuſis, expreſſos primum prodiiſſe.

Quando igitur dedicatio *Livio* germanice reddito præmiſſa, itemque *Io. Schefferus* typographiam anno 1450 primum inventam eſſe tradunt, de arte jam exculta & promulgata, non vero de primis iisdemque occultis ejus rudimentis loqui videntur. Colonienſis

Chronici ſcriptor probe hoc diſcrimen obſervat, & *Trithemius* hac late patente locutio-
p.27 ne utitur: *His temporibus.* Notum quidem eſt, typographos anno 1640 Lipſiæ, Argentorati, alibique ſolemne jobelæum feſtum celebraſſe, ad prima ſcilicet artis incunabula reſpicientes. Quum vero, quantum ſcire poſſum, an 1690 nemo de recolenda ejus memoria cogitaverit, licet Deo ita ordinante jobelæus annus quinquageſimo quoque redeat anno; æquum bonumque certe erit, ſi anno, qui inſtat, 1700 eodemque jobelæo, jobelæum quoque hujus nobiliſſimæ artis feſtum rite celebretur, quæ pulcherrimæ auroræ inſtar ſplendidiſſimum ſolem repurgatæ Lutheri miniſterio eccleſiæ proxime anteceſſit, eidemque viam paravit.

Nec ſine omine optimo factum videtur, ut ex teſtimonio Scriptoris Annalium Colonienſium primus æneis typis exprimeretur Sacrorum Bibliorum Codex latinus: qui quaſi indicio fuit, hac nova arte divina oracula per omnem terrarum orbem promulgatum iri, uti reapſe contigit, & ab aliis Scriptoribus luculenter eſt oſtenſum.

p.28 ſq. Annalium quoque Colonienſium Scriptoris relationem magis confirmat *Trithemii* teſtimonium, hauſtum ex ore *Petri Schefferi*, qui inter primos typographos locum obtinuit, quanto ſcilicet labore ac ſumptu opus fuerit ad hæc Biblia primum excudenda. Non

minus

minus huc ſpectat *Johannis Walchii* relatio in Decade fabularum p. 181 ſq. *Johannem Fauſtum nonnulla exempla Bibliorum à ſe impreſſorum Lutetiam deportaſſe, quæſtum illic ut faceret* &c. usque ad verba: *Argentinam tranſire habuerit neceſſe.* (vid. ſupra Part. I. pag. 179- 182.) Hæc quidem omnia magnam veri ſpeciem præ ſe ferunt, ſi poſtremum illud excipias, *Fauſtum* nempe, à Gallis vexatum, Moguntia Argentinam diſceſſiſſe. Hæc enim urbs propior eſt Galliæ, quam Moguntia. Nec eſt cur dubitemus, *Fauſtum* ad finem usque vitæ perſtitiſſe Moguntiæ, cum ejus æque ac *Schefferi* nomen in calce librorum ab ipſis excuſorum usque ad annum circiter 1468 reperiamus, quæ ſingula hic excutere mihi non vacat. Multo minus in me ſuſcipio, in- p. 30 ventorem hujus artis primum ac inventionis locum accurate & dilucide indicare; liceat modo mihi ſententiam meam exponere, ac benevolo Lectori ulterioris disquiſitionis occaſionem præbere.

Obſervamus itaque præter cetera, Batavos hodiernos fere omnes *Laurentio Kuſtero*, Harlemenſi, Argentinenſes *Johanni Mentelino* ſuo, & Moguntinos *Fauſto* inventionis hujus gloriam omnino tribuere. Qui nullo partium ſtudio abrepti judicium hac de re ferre voluerint, illi vetuſtiſſimos ſcriptores, qui à medio ſeculo XV. usque ad ejus exitum vixerunt, conſulere debent. Batavi quidem

non prorſus ab inventionis hujus gloria excludendi ſunt, quia ſimile vero videtur, *Laurentium* ipſorum civem partim *Donatum*, partim alios libros, tabulis ligneis inciſos, paginis formisque integris expreſſiſſe, quanquam nonſolum *Mallinkrotius* capite V. ſqq. illis dubia bene multa movit, imò contradictiones varias exprobravit, ſed etiam omnes, qui paulo curatius rem perpenderint, facile cognoſcent, ipſos Batavos inter ſe non conſen-
p. 31 tire, num *Laurentius* iſte & qua occaſione data hanc artem excogitaverit. Belga enim quidam, *Henricus Schorus*, præpoſitus Surburgenſis, *Walchio* (p. 180) retulit, aliquando nonnullos Harlemenſes patricios, cum una in prandio eſſent, figuram aliquam ære pulcherrime expreſſam conſideraſſe, & ex iſto artificio collegiſſe, nihil impedire, quo minus literæ quoque, voces ac paginæ integræ eodem plane modo in ære inciderentur aut ſculperentur, & deinde multa exempla exprimerentur; hæc famulum quendam illorum audiviſſe, & hac de re diutius meditatum manus operi admoviſſe. Addit *Walchius*, explorare poſt tantum temporis ſpatium nobis non licere, utrum hic *Laurentius* ipſe fuerit, an alius quispiam, qui poſtea eum inſtruxerit; utrum porro ſtatim, an poſt aliquot demum annorum decurſum, arti huic inveniendæ ſtuduerit, aut quæ alia huc pertineant. Quodſi hanc relationem cum *Hadria-*

ni

ni Junii verbis contulerimus, illam his mi-
nus convenire ſtatim apparebit. Negari in-
terim nequit, Moguntinis, ex teſtimonio
Accurſii & Colonienſium Annalium Scripto-
ris, Batavorum *Donatos* integris tabulis ligneis *p. 32*
inciſis expreſſos occaſionem rei ulterius in-
dagandæ obtuliſſe. Inter reliqua, quæ ſu-
pra attulimus, teſtimonia, primum fuit *Trithe-*
mii, ex Annalibus Hirſaugienſibus deſum-
ptum, quod primum quoque locum jure ob-
tinere videtur, cum eandem fidem merea-
tur, ac ſi *Petrus Schefferus, Fauſti* gener, è cu-
jus ore illud acceptum *Trithemius* dedit, ipſe
hoc dixiſſet. Hic itaque *Joh. Gutenbergio* in-
ventionis gloriam tribuit, qui, poſtquam in
artem iſtam omnes opes ſuas impenderat,
tandem *Fauſto* conſilium & ſumtus ſuppedi-
tante artificium hoc egregie perfecerit. *Tri-*
themii verba ſunt: *In primis igitur characteribus*
literarum in tabulis ligneis per ordinem ſcriptis, for-
misque compoſitis, (ita comparati erant Batavo-
rum *Donati*, quos annalium Colonienſium
ſcriptor illis formæ ſeu ſimulacri inſtar fuiſ-
ſe contendit) *vocabularium, catholicon nuncupa-*
tum, impreſſerunt, ſed cum iisdem formis nihil aliud
potuerint imprimere, eo quod characteres non fuerunt
amobiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut diximus: poſt
hac inventis ſucceſſerunt ſubtiliora &c. Itaque *p. 33*
cum ipſe *Petrus Schefferus Gutenbergio* primas in
hac arte invenienda partes concedat, atque
eum una cum *Fauſto* operam in expolienda

hac arte collocaſſe, modumque literas ex
ære ac ſtanno fundendi inveniſſe tradat, *Bul-*
lartus in Academia ſcientiarum & artium, gal-
lice edita, non inepte judicat, filium ejus,
Johannem Schefferum, ex ambitione nimia no-
men *Gutenbergii* ſilentio præterire, & *Fauſtum*,
avum ſuum, ſolum, velut *primarium auctorem*,
laudare, *qui tandem imprimendi artem proprio in-*
genio excogitare, ſpecularique cœperit. At enim ve-
ro res mihi cum typographiæ inventione per-
inde ſe habere videtur, ac cum detecto no-
vo orbe, quem *Chriſtophorus Columbus* certiſſime
primus invenit, quamvis nomen ille ab *Ame-*
rico Veſputio acceperit; vel ſaltem, cum ſe-
cundum *Petri Schefferi* teſtimonium *Gutenberge-*
rus ac *Fauſtus* conjunctis viribus & ſumtibus
matrices typorum invenerint, literasque æ-
p. 34 neas ſeu ſtanneas fuderint, utrique æqualis
& par gloria inventionis hujus conſtabit, &
Fauſtus non minus quam *Guttenbergerus* pro pri-
mo inventore typographiæ & typorum ex ære
ſingulatim fuſorum erit habendus, uti *Trithe-*
mius l. c. illum expreſſis verbis *primum artis in-*
ventorem adpellat, ita tamen, ut honeſtus ille
Vir *Guttenbergerus* non prorſus omittatur.
Huic enim Moguntiæ etiam ante *Johannem*
Schefferum in iſta urbe florentem hic honos
ſemper tributus fuit, quod non modo ex ſu-
pra allata dedicatione *Liviani* operis, ſed etiam
ex monumento Moguntino, quod in Colle-
gio Juridico ſub ſtillicidio interiore reperi-
tur,

tur, quodque *Mallincrotius* cap. VIII. ex *Serrarii* l. 1. c. 37. rer. Mogunt. p. 159. deſumſit, à Profeſſore quodam ejusdem Academiæ conſcriptum judicans, abunde patet. Hoc ita habet: Johanni Guttenbergenſi, *Moguntino, qui primus omnium literas ære imprimendas invenit, hac arte de toto orbe bene merenti* Juo Witigiſis *hoc ſaxum pro monumento poſuit anno* 1508. Id confirmatur *Johannis Arnoldi Bergellani* teſtimonio, quem Correctorem in officina quadam typographica fuiſſe, & accurata ſine dubio inſtructum notitia Carmen Elegiacum de Encomio Chalcographiæ reliquiſſe, *Mallincrotius* pag. 96 narrat, ex quo ipſe in fine cap. 2. ſedecim diſticha transſcripſit, nos autem ea tantum, quæ ad rem noſtram pertinent, in medium afferimus: p. 35

Clarus *Johannes* en *Gutenbergius* hic eſt,
Qui referat latices, quos pede fodit equus.
Quam veteres nobis argenti voce notarunt,
A puero fertur ſuſtinuiſſe virum.
Illa ſed huic civis largita eſt munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit.
Primitias illic cœpit formare laboris,
Aſt hic maturum protulit artis opus. &c.
Imparibus numeris cæleſtia numina gaudent,
Hoc opus exegit ſic quoque ſancta Trias.

Illo primus erat tunc *Gutenbergus* in albo,
Alter erat *Fauſtus*, tertius *Opilio*.

Heic nobis omnium confuſionum hujus rei
p.36 vera origo aperitur. Quoniam enim in excolenda & perficienda arte typographica tres viri conjunctis viribus ſimul occupati fuerunt, *Gutenbergius* ſcilicet, *Fauſtus* & *Schefferus*, (id quod *Trithemius* etiam ex ipſius *Schefferi* ore acceptum retulit) inde factum eſt, ut, qui de his accuratius inſtructi non erant, modo hunc, modo illum, modo alium quendam pro primo inventore & auctore haberent. Ita *Walchius* p. 183. non diffitetur, ſe ipſum quondam iis, qui *Schefferum* pro primo inventore habuerint, conſenſiſſe, cum *Fauſtus* tamen in fine primorum librorum prelo ſuo impreſſorum iſtum puerum ſuum ac miniſtrum adpellaverit. Hinc contigit etiam, ut res ad typographiam neceſſariæ, e. g. atramentum typographicum, modo huic, modo illi tribuerentur inventori.

Neque vel hoc negligendum mihi videtur, eos, qui ex prima, quæ Moguntiæ floruit, typographia artem hanc ad alias regiones detulerunt, quod factum eſſe anno 1462. *Petrus Schefferus* in ſæpius allegato Epilogo tradit, *Gu-*
p.37 *tenbergerum* ſemper primum inventorem habuiſſe ac laudaſſe. Novimus hoc non ſolum ex Colonienſium Annalium ſcriptore, qui ad primum Colonienſem typographum, *Ulricum Zelle*, provocat, & ex præſtantiſſimo illo libro-

brorum in officinis excuſorum Correctore, *Joh. Arnoldo Bergellano*, ſed etiam id docent ſcriptores Itali, qui ſeculo XV. vixerunt, & *Gutenbergeri* nomen ſine dubio aut ex primorum typographorum, ex Germania in Italiam profectorum ore, aut per alios didicerunt, è quibus excitare poſſum *Baptiſtam Fulgoſum*, *Polydorum Vergilium*, & *Marcum Antonium Sabellicum*, quorum verba apud *Mallincrotium* leguntur. *Sixtus Ruſſingerus*, patria Argentinenſis, anno 1471 omnium primus hanc artem Neapolin pertulit, atque hic, ni fallor, *Gutenbergerum* primum artis inventorem habuit, quod & *Wimphelingius* vivo adhuc *Ruſſingero* fecit, de quibus deinceps plura dicemus. Quemadmodum igitur præſtantiſſimus *Boeclerus* in præfatione Commentarii de rebus Seculi à C. N. IX. & X. hanc primam ac præcipuam omnis hiſtoriæ legem judicat, *hiſtoriam quamcunque*, p. 38 *ex monumentis coævis arceſſere, illa omni ſtudio indagare, & reliquorum juniorum regulam facere*; ita nos *Petri Schefferi* aliorumque primorum typographorum de *Gutenbergero* primo inventore teſtimonia, nec non ſcriptorum tam germanorum quam exterorum, qui primis quinquaginta annis poſt inventam typographiam vixerunt, relationes, quæ illis innituntur, in medium attulimus. Noſtrum erit, ut iſta teſtimonia pro norma habeamus, ad quam omnia & ſingula, quæ ſcriptores ſeculi XVI. & XVII. hac de re tradiderunt, expendantur.

& dijudicentur. Seculo enim XVI. de boni illius viri *Gutenbergeri* fama ac meritis multum jam detrahere incipiebant, nunc eum una cum *Johanne Scheffero* ſilentio prætereuntes,
p. 39 nunc tantum pro puero ac famulo *Fauſti* habentes, aut huic certe in artis inventione longe poſtponentes. Quemadmodum vero jam ſupra *Petrum Schefferum* ad patrem ſuum ablegavimus, à quo rectius ſapere diſceret, ita illorum etiam, qui ab altera parte ſtant, ſententiam diligenter examinare debemus. Hi quidem, quod ego ſciam, antiquiorem auctorem ſuæ opinionis non habent, quam *Aventinum*, qui lib. 7. Annalium Boicorum inventionem artis typographicæ ad annum 1450 refert, & inter alia ſcribit: *Hoc cœleſtiſſimum munus à* Fauſto *&* Petro Scheffero *de Gerensheim, genero ſuo, cui unicam filiam* Chriſtianam *deſponderat, inter ſecreta, adactis omnibus ſociis ad fidem jurisjurandi religione, habitum. Decimo poſt anno* Fauſti *miniſter*, Joh. Guttenbergius, *Argentoratenſis, in Germania vulgavit.* Hanc vero relationem, quippe quæ allatis modo antiquioribus, inprimis ipſius *Petri Schefferi*, Gernsheimenſis, teſtimoniis prorſus eſt contraria, non poſſum non inter ceteros *Aventini* errores referre, quos *Lambecius* detegere
p. 40 conſtituit, lib. II. Commentar. de Bibliotheca Vindobonenſi p. 7. ſcribens: Aventini *annalium Boicorum farrago variis fabulis & erroribus ſcatet.* Quorſum etiam ſpectat *Baeclери* illud

in

in præfatione ſupra allegata, *non clarius appariturum eſſe, quid perperam traditum ſit in iſtis annalibus, quam ſi quis ex vetuſtiſſimis monumentis particulam quandam hiſtoria deſcriberet, deſcriptamque cum illis Annalibus conferret.*

Subtilius autem bono noſtro *Gutenbergio* palmam inventionis dubiam facere voluit *Salmuthus*, in Notis ad *Pancirollum*, ante centum annos primum editis, quibus ſingularem appendicem adjunxit inſcriptam: *Veriſſima hiſtoria de typographia, ſ. artis impreſſoria inventione*, qua id effecit, ut vel ipſe *Mallincrotius* (quod patet ex Cap. XII. p. 76. 78.) ei non ſolum ingentem laudem tribueret, ſed *Gutenbergio* etiam inventionis palmam denegaret. Verum enim vero *Salmuthi* argumenta ſi accuratius perpendantur, & cum *Petri Schefferi* relatione, quæ exſtat apud *Trithemium*, conferantur, leviſſima mihi videntur. Ut tantum de ipſo rei cardine aliquid dicam, *Salmuthus* quidem contendit, *Petrum Schefferum* matrices characterum, ex ære fundendorum, inveniſſe, & typos iſtos *Fauſto* oſtendiſſe, qui idcirco tanto gaudio affectus fuerit, ut filiam ſuam unicam illi extemplo deſponderit, quum vero hic imprimendi modus non omni difficultate caruerit, quod mollior eſſet materia, quam ut preli impreſſioni reſiſtere poſſet, non ita multo poſt duriorem quandam ac magis idoneam metallicam mixturam conflatam fuiſſe. *Trithemius* autem p. 41

tem ex *Schefferi* ipſius teſtimonio refert, tam *Gutenbergero* quam *Fauſto* inventionem matricum ac typorum, qui preli vim ſuſtinere potuerint, adſcribendam eſſe, addens, *Schefferum* modum typos fundendi faciliorem inveniſſe. Ut clarius appareat, in quo potiſſimum differant hi duumviri, ipſa *Salmuthi* æque ac *Trithemii* verba recenſebo. Prioris verba ſunt hæc: Petrus Schæffer *ſingulari Dei inſtinctu rationem invenit, qua characteres matrici, ut vocant, inciderentur, & ex ea funderentur. Alphabetho hoc modo inciſo characteres inde fuſos*
p.42 Fauſto, *hero ſuo, oſtendit, quibus ille usque adeo exhilaratus eſt, ut ei protinus filiam unicam* Chriſtinam *deſponderet, ac paulo poſt in uxorem daret. Quamvis autem etiam in hoc genere characterum aliqua difficultas ſuborta eſſet, propterea quod materia mollior eſſet, quam ut preſſuræ reſiſtere poſſet: tamen mox ejusmodi mixtura inventa fuit, qua vim preli aliquandiu ſuſtinere potuit.* Trithemius contra ſcribit: *Poſt hac inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, inveneruntque* (Guttenbergerus & Fauſtus) *modum fundendi formas omnium latini Alphabethi literarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum æneos ſeu ſtanneos characteres fundebant ad omnem preſſuram ſufficientes, quos prius manibus ſculpebant &c.* Petrus *autem memoratus* Opilio, *homo ingenioſus & prudens, faciliorem modum fundendi characteres excogitavit, & artem, ut nunc eſt, complevit.* Uter igitur horum majorem fidem meretur? *Trithemius*ne, qui ipſius

Schef-

Scheſſeri teſtimonio nititur, an *Salmuthus*, homo, qui vix centum abhinc annis vixit, & ad documenta quidem vetuſtiora provocat, ſed unum modo inſtrumentum judiciale de litibus *Fauſtum* inter & *Gutenbergium* ortis allegat, p.43
quod tamen noſtræ ſententiæ, ut mox adparebit, minime adverſatur. Hoc ſaltem obſervandum erit, *Salmuthum*, ſecus quam voluit & debuit, omnia elogia, quæ *Fauſto* & nepos ipſius & alii tribuerunt, ſubito obſcuraſſe. Quorſum enim ſpectat tanta jactatio, *Fauſtum* typos æneos ſ. ſtanneos inveniſſe, ſiquidem non ipſe, ſed ejus gener, *Petrus Schefferus*, primus & præcipuus inventor habendus fuerit? Cur huic ſoli non adſcribitur, quod ejus proprium eſt? Præterea *Salmuthus* de *Fauſto* ac *Scheffero* tantum tradit, illos artem imprimendi libros celaviſſe, quamvis *Trithemius* & ipſe *Petrus Schefferus* id de triumviris iſtis, *Gutenbergium* neutiquam excipientes, ſed primo loco nominantes, referant. Operæ pretium fuerit audire ipſum *Salmuthum*, ejusque verba, quæ huc pertinent, exhibere: *Eodem tempore Moguntiæ commorabatur* &c. usque ad verba: *quo aliquot ex operis ſe-* p.44
cum attraxit. (vid. ſupra Part. I. pag. 702-704. ſq.
& pag. 705.) Hæc quidem omnia quandam p.46
veri ſpeciem præ ſe ferunt, veruntamen, ſi cum *Petri Schefferi* relatione apud *Trithemium*, ut alios ſcriptores nunc taceam, conferantur, valde obſcurantur, & majorem partem fi-

ficta eſſe intelliguntur. *Gutenbergius* enim non in vicinia *Fauſti*, ſed in una eademque domo cum *Fauſto* ac *Scheffero* habitavit, neque
p.47 *Fauſtus Gutenbergio*, ſed hic illi potius artificii præſtantiam commendavit, adeo, ut conjunctis viribus & lucro damnoque communi, rem hanc adgreſſi fuerint. Tantum vero abeſt, ut *Salmutho* fidem habere poſſimus dicenti, *Gutenbergium Fauſto* pecuniæ ſummam quandam dediſſe fœnori, ut *Schefferus* potius illi aperte contradicat, ac *Fauſtum* affirmet *Gutenbergio*, qui jam omnes ſuas opes in hanc artem effuderat, re & conſilio adfuiſſe, ne ille ſcopo ſuo omnino excideret. Sumptus autem quotidie creviſſe facile conjicere licet, & ſupra jam à *Petro Scheffero* edocti ſumus, quater mille florenos & ſupra (intelligendi ſunt floreni aurei, tunc uſitati) latinis bibliis imprimendis ne ad quatuor quidem quaterniones excudendas ſuffeciſſe. *Salmuthus* vero multum fallitur, affirmans, eos ad unum tantum librum in membranis excudendum ſocietatem feciſſe, quum optimi libri
p.48 illis temporibus crebrius in membranis, quam in charta, imprimerentur, quod exempla, quæ in celebrioribus bibliothecis aſſervantur, raro quamvis occurrentia, abunde teſtantur. Sic in membranis impreſſi ſunt anno 1467 à *Fauſto* ac *Scheffero* Pſalmi *Davidis*, qui in Bibliotheca Imperatoria Vindobonenſi & Freybergenſi Scholaſtica exſtant, a *Lam-*

becio

becio lib. II. Commentar. p. 989. & *Joh. Mulleri* in Chronico Freybergenſi P. I. p. 129. ſq. deſcripti. Iidem Typographi ediderunt membranis impreſſum *Guil. Durandi* rationale divinorum officiorum, quem librum *Salmuthus* é bibliotheca Electoris Palatini iſtis temporibus celebri memoravit, ſed pro ſacris bibliis falſo habuit, à *Mallincrotio* hac de cauſa notatus; quem *Durandi* librum ipſe quoque in bibliotheca Ducali Guelpherbytenſi & bibliotheca Academica Jenenſi, una cum clauſula illa, quam *Salmuthus* affert, in nitidiſſimis membranis impreſſum me videre memini. Porro in bibliotheca publica Francofurtana, p. 49 vidi S. Biblia latina anno 1462, & Moguntiæ inſtitutiones Juris anno 1468, utrumque librum in officina typographica Moguntina prima in membranis egregiis impreſſum. Taceo nunc alios, v. c. Freybergæ aſſervari librum ſextum Decretalium, An. 1465 excuſum, ex quo colligere licet, *Fauſtum* & *Scheffterum* hos circiter annos univerſum Jus Canonicum in membranis expreſſiſſe, uti poſtea anno 1477 & ſequentibus *Nicolaus Jenſſonius* Venetiis quatuor Voluminibus in forma maximi ordinis illud exhibuit, quæ Volumina in illuſtri bibliotheca Ducis Gothani aſſervantur, egregiis picturis exornata. Ex his ſatis apparet, ſub initium inventæ typographiæ libros præ reliquis nobiles ac ſelectos plerumque in optimis membranis impreſſos eſſe,

eſſe, non vero in charta admodum rudi tunc temporis ac minus polita, vehementerque adeo errare *Salmuthum*, quando *Gutenbergii* cum *Fauſto* initam ſocietatem ad unicum ejusmodi opus conſtringit. Quod vero ad diſcordiam inter illos exortam ſpectat, male etiam *Salmuthus* ex illa colligit, *Gutenbergerum* non
p. 50 pro primo artis hujus inventore habendum eſſe. Jam ſupra audivimus verba *Joh. Arnoldi Bergellani*, *Gutenbergium* fuiſſe primum inventorem affirmantis, cujus tamen ipſius diſticha aliquot, in quibus hujus diſſidii meminit, adfert *Mallincrotius*: *Fœdera ſed lucri* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 28. v. 249-262.) Neque ullum unquam legi de typographica arte agentem ſcriptorem, qui tam prolixe ac-
p. 51 curateque hac de re diſſeruerit, quam *Arnoldus* hicce; cujus de patria ac ætate, itemque, ubi ejus Encomium Chalcographicum reperiatur, certior reddi apprime cuperem, cum de utroque nihil adhuc certi mihi conſtet. Tantum ſcio, in bibliothecis ſuperioris ſeculi, *Conradi Gesneri* anno 1545, & *Lycoſthenis Friſii* que ejus jam fieri mentionem; neque dubito, *Walchium* quoque in Decade p. 182. illum intelligere, quando hæc refert: *Scripſit ante annos octoginta circiter* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 182. not.) Omnia enim, quæ hic proferuntur, non incommode adplicari poſſunt ad *Arnoldum*, qualem *Mallincrotius* depingit, & qualem fuiſſe ipſius diſticha produnt.

Quem-

Quemadmodum vero *Walchius* Decadem ſuam menſe Majo anno 1608 divulgavit, ita octoginta illis annis, quibus *Arnoldus* ſcriptore hoc vetuſtior eſt, ſi addamus quindecim p. 52
alios, quos corrigendis in officina quadam typographica libris inſumſit, ad ſuperioris ſeculi initium facile aſcendimus, ut ſeculo jam decimo quinto natum fuiſſe hominem, nec ultra viginti aut triginta annos ab inventa typographia removendum eſſe merito colligamus. Quicquid hujus erit, id certe liquet, illum diſcordiam *Fauſtum* inter ac *Gutenbergerum* ortam longe aliter deſcripſiſſe, &, ſi ejus ætatem ſpectes, rectius deſcribere potuiſſe, quam *Salmuthum*. Narrat enim, diſcordiam inde ortam eſſe, quod uterque illorum lucrum omne ſibi arripere, & propriam officinam inſtituere voluerit. Neque vero *Gutenbergium*, ſed *Fauſtum*, (qui ut ſupra audivimus, Biblia primo omnium excuſa Lutetiam ſecum deportavit, ac magnum ex iis lucrum fecit,) rem maxime urſiſſe, inde liquet, quod *Gutenbergius* de injuriis *Fauſti* multum eſt queſtus. Quotidianis autem querelis nihil proficientibus, alter tandem alterum in jus p. 53
vocavit, & mihi quidem fit veriſimile, inſtrumentum judiciale à *Salmutho* allegatum omnino fidem habere, atque *Fauſtum*, utpote qui Moguntinis parentibus natus erat, *Gutenbergio* peregrino, civi quamvis Moguntino, eſſe prælatum. Quodſi Documenta

 pu-

publica curiæ Moguntinæ in bellis hujus ſeculi non perierunt, operæ ſane pretium eſſet, ſi quis illa perquireret & divulgaret, ut tandem lis iſta de artis typographicæ inventione in republica literaria componeretur. Equidem non dubito, formulam pactionis *Gutenbergium* inter & *Fauſtum* confectæ aliaque, quæ huc pertinent, ſcripta ibi aſſervari. Tunc ſimul apparebit & extabit, num *Mallincrotius* ad relationes *Arnoldi Salmuthi*que aliquantum conciliandas recte conjecerit, *Gutenbergium* à ſententia contra ſe lata provocaſſe, & in ſequenti, quam vocant, inſtantia cauſam ob deſertionem, aut ſimile quid, finem non inveniſſe. Quicquid hujus rei fuerit, ex libris
p. 54 anni 1457. & ſequentium ſupra memoratis apparet, *Fauſtum*, voti ſui compotem factum, officinam propriam typographicam inſtituiſſe, atque libros excuſos ſuo generique nomine ſolum notaſſe, bonumque *Gutenbergium* omnino excluſiſſe, qua in re etiam poſtea *Joh. Schefferus*, *Fauſti* nepos, & *Petri Schefferi* filius, in Clauſulis, additis *Trithemii* compendio aliisque libris, eos eſt ſecutus. Neque minus hujus novæ ac propriæ officinæ fundatio in cauſa fuiſſe videtur, cur *Fauſtus* ejusque gener in fine librorum iſtiusmodi jactantiſſimis elogiis, quibus antea, *Gutenbergio* adhuc ſocio, abſtinebant, ſint uſi.

Ubi tandem ſtabilem ſedem habuerit *Gutenbergius*, mihi quidem non liquet. Quamvis

vis enim *Salmuthus* illum Argentoratum una
cum operis quibusdam diſceſſiſſe contendat,
mihi tamen illud perſuadere non poſſum,
cum *Wimphelingius* doceat, hanc quidem ar-
tem *Gutenbergium* Argentorati inveniſſe, Mo-
guntiæque excoluiſſe, non vero illum, ſed
Mentelium Argentorati primum eam exercuiſ- p.55
ſe. Ita enim habet in Epitome rerum Ger-
manicarum cap. 65. *Anno Chriſti* 1440 Fride-
rico *tertio* &c. usque ad verba: *Argentinæ im-
primendo factus eſt brevi opulentiſſimus.* (vid. ſupra
Part. I. pag. 586 ſq.) Huc pertinet *Petri Schef-
feri* teſtimonium apud *Trithemium*, artem
hanc per famulos ac ſervos (non per *Guten-
bergium*, nec *Fauſtum*, nec *Schefferum* ipſum) pri-
mum ad Argentinenſes, & paulatim ad omnes
nationes delatam fuiſſe, licet & Chronicon
Colonienſe & *Sebaſtianus Munſterus* artem iſtam
Coloniam primum & tum demum Argenti-
nam veniſſe velint. Quum enim anno 1462 p.56
d. 27 Octobris ingens clades ac magnum pla-
ne damnum *Adolphi*, Archiepiſcopi Naſſovi-
enſis, nocturno impetu Moguntiaco infer-
retur, facile creditu eſt, artem quoque no-
ſtram nuper inventam non minus gravem ja-
cturam feciſſe, ejusque cultores huc illucve
curſantes artem, quam didicerant, Argenti-
nam, Coloniam, Romam, Reutlingam, No-
ribergam aliasque nobiles civitates ſecum tu-
liſſe, ibique exercuiſſe. At vero Argenti-
nenſibus hodie viventibus non ſatis eſt hoc,

Mentelium in ipſorum urbe primam offici-
nam typographicam aperuiſſe, quod docet
popularis illorum *Wimphelingius*, ſed primæ
quoque inventionis honorem illi tribuunt, &
in optimum civem ſuum *Gutenbergium* nimis
injurioſi ſunt, facinoris inhoneſti illum in-
ſimulantes. Proferunt autem in medium
duo Chronica inedita, quæ in urbis hujus
Tabulario aſſervantur. Prius quidem al-
legant ſine auctoris nomine, & hæc verba
p. 57 ex illo exhibent: *Anno* 1440 *als zum dritten*
mahl &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 28 ſq.) Al-
p. 58 terum Chronicon conſcripſit Ædilis Argen-
tinenſis, *Dan. Specklinus*, qui hæc affert: *Anno*
1440. *damahlen ward die herliche Kunſt, die Buch-*
druckerey, zu Strasburg erfunden, durch Johann
p. 59 Mentele, *am Fronhof zum Thier-garten, ſein*
Schwager, Peter Scheffer, *und* Martin Flach *ver-*
legten ſolches, aber ſein Diener, Johann Genſs-
fleiſch, *als er ihme die Kunſt hatte gnugſam abgeſtoh-*
len, flohe er in ſeine Heimath gen Mayntz, da hat er
ſolches durch den Guttenberger, *welcher reich*
war, alles beſſer in Ordnung bracht, über deſſen Un-
treu bekümmert ſich der Mentele *ſo hart, daß er*
ſtarbe vor Lyd; ward zu Ehren der Kunſt ins Mün-
ſter begraben, und eine Druckerpreß auf ſeinen
Grabſtein gehauen; hernach ſtrieffe Got ſeinen Die-
ner den Genſsfleiſch *auch, daß er bis an ſein End*
iſt blind worden; ich habe die erſte Preß auch die
Buchſtaben geſehen, waren von Holtz geſchnitten,
auch gantze Wörter und Syllaben, hatten Löchle,
und

und faſt man ſie an ein Schnur nach einander mit einer Nadel, zoge ſie dar nach den Zeilen in die Län- p. 60 *ge; es iſt ſchad, daß man ſolches Werck, welches das allererſte in der Welt geweſen iſt, hat laſſen verlohren werden.* Habes hic verba annalium & ſcriptorum, quæ, teſte præſtantiſſimo quodam Argentoratenſis Eccleſiæ doctore, *diu ante hanc controverſiam motam à viris optimis collecta fuerunt, ut proinde nemo ex ſcriptoribus privatis illa vel temere rejicere, vel errorum ac mendaciorum inſimulare poſſit, niſi contrarium, non vanis narratiunculis & levibus conjecturis, ſed ſolidis atque certis argumentis probare queat.*

Equidem B. L. non vanis conjecturis, ſed iſtiusmodi ſolidis argumentis, quæ unquam p. 61 ab hiſtorico ſcriptore exſpectari poſſunt, jam convictum te eſſe credo, *Gutenbergium* primum artis typographicæ inventorem eſſe; nihilque ſupereſt, quam ut ſcrupulus modo allatus, qui multos viros ſummos pupugit, ex animo evellatur. Ad publicam auctoritatem ſcripti alicujus probandam, ut illud reliquis omnibus præferatur, non ſufficit, id in loco publico & in urbis communi tabulario ſervari, ſed præterea requiritur, ut publica auctoritate ex monumentis publicis, illoque inprimis, quo res ipſa peracta eſt, tempore conſcriptum ſit. Duo autem memorata chronica qui ad hunc lapidem lydium examinabit, neutri multum auctoritatis tribuere potuerit. Anonymus quidam & in-

cognitus auctor prius chronicon conſcripſit, qui conſules quidem & prætores urbanos ordine fortaſſis accurato diſpoſuit, ea vero, quæ ſub illorum regimine acciderunt, ex variorum collectaneis ac vulgi ſermonibus, ut facere ſolent, qui ad hoc ſcribendi genus ſe conferunt privati, compoſuit ac conſarci-
p.62 navit. Hoc vero inprimis attendi debet, ex multis germanicis ſcribendi loquendique formulis, quæ in eo occurrunt, manifeſte apparere, illud demum centum annis abhinc conſcriptum eſſe, atque adeo idoneum de inventa ante centum & quiuquaginta annos typographia teſtimonium ferre non poſſe. Modum germanice loquendi ac ſcribendi tunc Argentorati uſitatum docent diplomata multa *Æneæ Sylvii*, vitæ *Friderici Tertii* à *Bœclero* adjuncta, nec non Appendix Chronico *Königshofii*, cura *Schilteri* nuperrime edito, adjecta, ubi paginæ 368 ſq. 910 ſq. & 1105 ſq. multaque alia loca cum Argentinenſi Chronico collata, quam longe hujus formulæ loquendi ab illis differant, ſatis ſuperque declarabunt. Silentio etiam præteritur illud, quo tempore *Daniel Specklinus*, Ædilis Argentinenſis, vixerit; & licet in hujus Chronico vetuſtiora quædam occurrant vocabula, non tamen priori Chronico poteſt eſſe multo antiquius, dum de primo prelo literisque primis, velut artificio à ſemet ipſo oculis uſurpato, ac
p.63 poſtea amiſſo loquitur, ex quo *Schragius* in

Nar-

Narratione de inventa typographia apud Argentinenſes anno 1640 edita colligit, illud prelum adhuc *patrum memoria* exſtitiſſe. Id omnium maxime mihi obſtat, quo minus Chronicis hiſce duobus fidem habeam, quod varias non modo confuſiones admittunt, ſed cum illis etiam ſcriptoribus, qui ſub initium ſuperioris ſeculi ſcribentes *Mentelini* mentionem fecerunt, non conſentiunt. Horum primus eſt *Wimphelingius*, cujus verba ex Epitome rerum germanicarum jam antea allegavimus. Nemo vero dubitabit, *Wimphelingio* ad Tabularium commune Argentinenſis civitatis aditum utique patuiſſe, utpote qui multos annos in iſta urbe vixerit. Cum vero ille Argentinenſibus omnia, quæ in artis typographicæ exercitio præſtiterunt, accepta ferat, ad *Mentelinum* quoque primæ inventionis gloriam ſine dubio retuliſſet, ſi in monumentis publicis ejusmodi quid reperiſſet. Altum vero hac de re in ejus libro ſilentium eſt. Suo vero *Gutenbergio* potius inventionis honorem expreſſis verbis tribuit, *Mentelinum* tantum pro primo artifice habens, qui Argentorati typographicam officinam aperuerit. Epitomen hanc ſuam *Wimphelingius Thomæ Wolphio* Juniori, JCto Argentinenſi clariſſimo, an. 1502 dedicavit, qui cum eſſet præpoſitus ad ædem S. Thomæ, & *Thomæ Wolſſii* ſenioris, typographi filius, non certe intermiſiſſet, amicum ſuum. de *Mentelino* ex p. 64

iſtius civitatis Tabulario rectiora docere, ſi ejusmodi, qui hodie allegari ſolent, annales tunc ibi exſtitiſſent. De eadem re *Wimphelingium* admonere potuiſſet ſenex tunc adhuc ſuperſtes, ipſique laudatus *Sixtus Ruſſingerus*, Argentinenſis, qui artem typographicam Neapolin anno 1471 pertulit, & ipſum *Mentelinum* de facie novit. At illum potius in ſententia tunc apud omnes Argentoratenſes pervulgata permanſiſſe, & *Gutenbergium* pro primo inventore habuiſſe, id ejus Catalogus epiſcoporum Argentinenſium anno 1508 editus dilucide teſtatur, in quo hæc
p. 65 habentur: *Sub* Roberto *Epiſcopo* &c. (vid. ſupra Part. I. pag. 174) Argentinenſem hunc eſſe neminem alium, quam *Gutenbergerum*, *Schragius* lubens confitetur, in eo autem fallitur, quod hanc primam *Wimphelingii* fuiſſe putat ſententiam, quam poſtea in Epitome rerum Germanicarum clarius & apertius expoſuerit; cum ſupra oſtenſum ſit, Epitomen ejus quinque vel ſex annis ante Catalogum conſcriptam ac typis expreſſam eſſe. Gravius in eo errat, quod *Wimphelingii* verba cum Chronico MSto conſentire affirmat. Ita enim ſcribit: *Ex his idem apparet, quod manuſcriptum*
p. 66 *noſtrum tradit*, Genſefleiſchium *ſcilicet paulo ante mortem oculorum uſu privatum non ſine juſto numinis divini judicio, quod commiſſa in herum ſuum* Johannem Mentelium *perfidia commeruit. Wimphelingius* enim, dum cœcitatis *Genſefleiſchii*

ſchii mentionem facit, eam illius ſenectuti claris verbis adſcribit, non vero divini Numinis juſto judicio, multo minus commiſſæ in *Mentelium*, quem nunquam pro inventore habuit, perfidiæ tribuit. Quæcunque igitur *Specklinus* aliique ſcriptores Argentinenſes hac de re narrant, pro nugis & fabulis ſunt habenda. Præterea relationem *Petri Schefferi* aliorumque de *Gutenbergio* prorſus diſturbant & invertunt. Hi enim contendunt, *Gutenbergerum* omnes opes ſuas in artem hanc profudiſſe, & ex deſperatione illam prorſus deſerere conſtituiſſe, niſi *Fauſtus*, vir ſatis opulentus, illi ſuccurriſſet. Illi contra *Gutenbergium* ditiſſimum fuiſſe hominem dictitant, à quo *Genſefleiſchius* typos acceperit. Equidem vehementer cuperem accuratiora quædam comperire de iſto *Jo. Genſefleiſchio*, cujus nomen in indice primorum typographiæ inventorum nusquam reperitur conſignatum, ab iis ſcilicet, qui ante *Wimphelingium* ſcripſerunt. Quum porro obſervaverim, vetuſtiores ſcriptores *Genſefleiſchium* memorantes *Fauſti* non meminiſſe, & viciſſim, qui hunc laudant, illum ſilentio præterire (recentiores enim non moror, qui dum ex iis duos diverſos homines confingunt, hiſtoriæ hujus rationes mire turbant) in mentem mihi venit conjectura, *Fauſto* cognomen fuiſſe *Genſefleiſchii*. p. 67

Sententiam noſtram confirmare hoc videtur, quia *Genſefleiſchio* in Epitaphio Moguntino,

no, quod *Schragius* allegavit, typographiæ inventio adſcribitur, quam Moguntini tamen nemini, præterquam *Fauſto*, tribuebant:

In felicem artis impreſſoriæ Inventorem &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 33.)

p.68 Quum *Wimphelingius* ipſe Epigramma in *Genſefleiſchium* conſcripſerit, nihilominus tamen in Catalogo Epiſcoporum Argentinenſium illum à *Gutenbergio* diſtinxerit, *Fauſtum* vero *Gutenbergio* ope conſilioque adfuiſſe, primamque Moguntiaci officinam typographicam aperuiſſe, inter omnes conſtet; mihi certe fit veriſimile, *Fauſtum* cognomen *Genſefleiſchii* habuiſſe, eundemque poſt multos labores ac ſudores, ærumnas inſuper varias, in artis hujus inventione & exercitio exantlatas, oculorum uſu privatum eſſe. Quemadmodum enim tales
p.69 caſus facile ſolent obtingere homini, tot tantisque laboribus obruto, ita ejusmodi cognominibus haud raro plebs uti ſolet, quæ latius plerumque quam vera cognomina diffunduntur, adrepta inprimis a malevolis, quod ſane hac in re *Fauſto*, cui Argentinenſes aliique hunc honorem invidebant, accidiſſe videtur. Recte itaque *Schragius Bernhardi Hertzogii* verba in præfatione Chronici Alſatici approbat, quæ ita habent: *Darum auch dieſes nicht die geringſte* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 31) Ex his apparet *Hertzogium* id ipſum *Genſefleiſchio* tribuere, quod ſupra *Petrus Schefferus* aliique *Fauſtum Gutenbergio* præſtitiſſe commemorarunt, nec

im-

immerito inde colligimus, *Wimphelingium*, *Franckium*, *Münſterum*, *Hertzogium*, aliosque p.70 ſcriptores, qui *Gutenbergio* adjungunt *Genſefleiſchium*, per hunc non alium, quam ipſum *Fauſtum* ſ. *Fuſtum*, quo nomine ipſe ſe, aliique eum appellarunt, intellexiſſe. Non quidem neſcio, *Mallincrotio* p. 74 veriſimile fieri, adjutorem *Fauſti*, quem primus *Munſterus* commemoravit, *Joh. Medinbachium* unum eundemque cum *Genſefleiſchio* fuiſſe. (*niſi forte unus idemque homo ille ſit, & alter familiæ, alter patria illi cognomen dederit*) Quodſi autem *Mallinkrotius* egregia *Genſefleiſchii* elogia aliaque de illo à nobis allata teſtimonia probe expendiſſet, noſtram potius conjecturam illi in mentem veniſſe crediderim. Quicquid autem de *Genſefleiſchio* alii pro ſuo ingenio ſtatuant, mihi ſatis eſt, duce *Wimphelingio*, prorſus refutaſſe hodiernorum Argentinenſium fabulam, qua eum furti una cum p.71 *Gutenbergio* in *Mentelinum* commiſſi accuſant.

Id porro ex verbis *Hieronymi Gebwileri*, quem *Schragius* allegavit, oſtendere conſtitui. Hic in eo à *Wimphelingio* primum diſcedit, quod non *Gutenbergero*, ſed *Mentelino*, inventionem typographiæ, quæ typis ex ære fuſis exercetur, attribuat. Johannes, *inquit*, Mentelinus *chalcographandi ſeu ſtanneis calamis excudendi libros artem primus ante* 74 *annos in hac urbe adinvenit. Etſi Moguntiaci cuidam Joh. Fuſt civi ſuo id acceptum ferant.* Quoniam Panegyris Carolina, quam *Gebwilerus* Argentorati an. 1521 ty-

typis exprimi curavit, jam mihi ad manum non eſt, neque annum, quo illa habita fuit, neque illum, quo *Mentelinus* Argentorati typographiam inveniſſe fertur, inveſtigare mihi licet. At vero *Gebwilerus* eundem forſan annum intelligit, quem ab eodem *Schragio* allegatus *Jacobus Spiegelius* ponit, divinam illam impreſſoriam artem Argentorati primum per *Joh. Mentel*, *Schotti* noſtri avum, an.
p.72 Chriſti 1444 inventam eſſe tradens. Quodſi igitur annales, in quibus hodie Argentinenſes innituntur, jam illo tempore in illorum tabulario aſſervati fuiſſent, hi præſtantiſſimi duumviri Argentinenſes ſine dubio aliquam iſtorum notitiam habuiſſent, nec *Mentelini* inventionem quatuor annis juniorem credidiſſent. Tantum autem abeſt, ut de ſcriptis iſtis aliquid ſciverit *Gebwilerus*, ut potius in Panegyri Carolina, in qua præcipue ejusmodi publica monumenta afferre debuiſſet & potuiſſet, ſola ſcripta privata *Mentelini* producat. Hujusmodi ſunt Syngrapha quædam *Joh. Mentelini & Henrici Ekſteinii*, civium Argentinenſium, ſuper certis pactis, quibus alter alteri ad hanc artem occultius exercendam ſeſe obligavit, quæ poſtea uſu partim quotidiano, partim novis adinventionibus, indies clarior reddita eſt; porro libellus a *Mentelino* ſcriptus, & multis figuris inſtrumentorum ad hanc artem neceſſariorum exornatus; præterea Inſtructio, indicans modum

dum

dum conficiendi atramentum typographicum.

Hæc monumenta omnia *Johannes Schottus* vir & doctrina & ipſa hac arte celebris tunc temporis penes ſe ſervavit, quæ cum privata tantum ſint, cum publicorum monumentorum, ſiquidem illa Argentorati, quod hodie affirmant Argentinenſes, exſtiterint, auctoritate nullo modo conferri poſſunt. Annales igitur ſupra memoratos multis annis poſt eſſe conſcriptos exiſtimamus, inprimis, cum ne cum *Mentelini* quidem ſyngrapha apud *Gebwilerum* conſentiant. Hæc enim pactio cum *Henrico Ekſteinio* occultandæ artis gratia facta fertur, in *Speklini* vero Annalibus de *Ekſteinio* ne γρῦ quidem reperitur; ſed *Mentelini* affinis, *Petrus Schefferus*, & *Martinus Flachius* ſoli nominantur. Cui ergo credes? utrum *Gebwilero* an *Speklino*? Et quomodo fit, ut *Petrus Schefferus* a *Speklino* vocetur *Mentelini* affinis? Nonne is eſt, qui unicam *Fauſti* filiam *Chriſtinam* in matrimonio habuit? *Speklinus* ergo ſumma imis miſcuit, & *Petrum Schefferum*, Moguntinum, cujus ſæpiſſime meminimus, Argentoratum improviſo & falſo transtulit. *Schragio* etiam curam relictam eſſe patimur, quo pacto relationem *Gebwileri* & *Speklini* cum ſua conciliare queat, quando ipſe *Mentelinum* fingit non ſtatim habuiſſe ſumptum, unde officinam typographicam rite inſtitueret, ideoque a *Gutenbergero* & *Genſe-*

p. 73 p. 74

Feſleiſchio in arte hac divulganda præventum fuiſſe, cum tamen iſti duo ſcriptores *Mentelino* tres adjutores tribuant, quorum ope facilius ipſe ad propoſitum ſibi finem pervenire, atque furtivis hominum maleferiatorum conſiliis obviam ire potuiſſet. Ceterum memorata a *Gebwilero Mentelini* ſcripta nihil impediunt, quo minus credamus, illum artem hanc a *Gutenbergero*, *Fauſto* ac *Scheffero* didiciſſe, & poſtea primum fuiſſe, qui eam, teſte *Wimphelingio*, Argentorati exercuerit. Pactionem cum *Ekſteinio*, & ſi *Specklinum* ſequimur, *Martino* quoque *Flachio* confeciſſe
p.75 videtur eo tempore, quo Moguntia Argentoratum rediit, optandumque eſſet, ut *Gebwilerus* annum pactionis factæ addidiſſet, quo adjuti indicio, e multis dubiis facilius emergere poſſemus. Librum figuris inſtructum, & præcepta de atramento typographico conficiendo Moguntiæ fortaſſis confecit ac deſcripſit, quod more inſtitutoque induſtriarum operarum fieri conſuevit. Talia quædam *Johannes Schottus* vel neſciens, vel diſſimulans, poſteris figmentum illud perſuadere anniſus fuit, avum ſuum primum omnium artem typographicam inveniſſe. Eum ad finem Reſcriptum quoque *Friderici* III Imperatoris jactitavit, quo inſignia nobilitatis conceſſa ſunt familiæ *Schottorum*, cum *Mentelio* affinitate devinctæ, utpote qui *Schotto* cuidam filiam ſuam, memorati *Joh. Schotti*

ma-

matrem, collocaverat. Hic idcirco multis
libris formæ maximæ, quos typis ſuis expreſ-
ſit, in fronte ſtatim præfixit iſta inſignia, leo-
nem nempe coronatum, hac addita inſcri-
ptione: *Inſigne* Schottorum *familiæ a* Friderico
Romano Imperatore Tertio Jo. Mentelin *primo ty-*
pographiæ inventori ac ſuis conceſſum. Anno Chriſti
MCCCCLXVI. *Argentorati* Johannes Schot-
tus *ære perennius dedit.* Reſcriptum hoc impe- p.76
ratorium *Jac. Mentelius* in tractatu Pariſiis
1650. edito de vera typographiæ origine iti-
dem venditat, ipſum vero illud in medium
afferre non audet, quamvis *Mallincrotius* hoc
ab illo poſtulaverit. Egomet ipſe ſæpe mi-
ratus ſum, *Bœclerum*, tot Imperatoris hujus
diplomatum editorem, illud nusquam pro-
mulgaſſe. Quamdiu itaque illud in lucem
non fuerit prolatum, tamdiu jure ſtatuere
licebit, diploma illud *Mentelium* ſibi quidem
expetiiſſe, hunc autem nequaquam primi ty-
pographiæ inventoris titulo ab Imperatore
ornatum eſſe, ſed *Schottum* illud elogium te-
mere ſuppoſuiſſe, inprimis, cum *Birckenius*
p. 529. libri, quem inſcripſit *Speculum honoris*
auſtriaci, aperte dicat, Imperatorem iſtum
typographis inſignia multum ab illis diverſa
dediſſe. Hæc enim l.c. leguntur: *Hujus igi-*
tur artis cultores ab omnibus primo multis honoribus
ac muneribus afficiebantur, ſicut Imperator Fride-
ricus Tertius *eos auro ornatos incedere permiſit, ea-*
demque iis, quæ nobili genere natis eruditisque, pri- p.77

vi-

Digitized by Google

vilegia dedit, typotheiisque ſigillatim aquilam, typographis autem gryphum, pede altero pilam tinctoriam tenentem conceſſit, atque hac inſignia galea aperta decoravit. Quo ſpectant verſus hi carminis lingua vernacula compoſiti ſub titulo: *Drucker-Zanner-Tantz*, quos typographi Lipſienſes, anno 1640 feſtum ſuum ſeculare celebrantes, in gryphi honorem decantarunt:

So ſingen wir mit Freuden-Schall
Der Drucker Wappen an,
Und was ihr Greiff uns überall
Zu guter letzt gethan.
Der Greiff iſt hell und ſtarck und ſchnell,
Schatz- und Gold-reich,
Wenn man ihm rauber gleich.
Greiffet all ihr Greiffen greiffet,
Hauffet all ihr Schätze hauffet,
Eure Schrift Gold und Geld übertrift.

p. 78 Ita Imperator *Maximilianus* I. paulo ante mortem ſuam Moguntino typographo, *Joh. Scheffero*, privilegium dedit, ejusque avum, *Joh. Fauſtum*, artis typographicæ auctorem nominavit, quod tamen non ita accipiendum eſſe, ac ſi *Gutenbergium* excluderet, ſupra oſtendimus. Maximilianus, *divina favente gratia &c. honeſto ac fideli nobis dilecto*, Joh. Scheffer, *Chalcographo Moguntino, gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Cum, ſicut docti & moniti ſumus fide dignorum teſtimonio, ingenioſum Chalcographiæ inventum, auctore avo tuo, felicibus incrementis in univerſum orbem promanaverit &c. Datum*

tum in oppido noſtro Wels, *d.* 19. *Decembris Anni MDXIIX.*

Veroſimile mihi certe ſit, hos duos typographos, alterum Moguntinum, alterum Argentinenſem, *Joh. Schefferum*, *Fauſti*, & *Joh. Schottum*, *Mentelini* nepotem, vitioſa æmulatione abreptos, de honore iſto inter ſe certaſſe, & horum utrumque avi ſui gloriam mirabilem in modum defendiſſe.

Sed quicquid hujus rei fuerit, ad *Specklinum* redimus, maximum ejus errorem detecturi, *p.* 79 qui forſan & in altero illo Chronico MSto deprehenditur, & à *Schragio* de induſtria ſilentio præteritur, qui tamen totum locum hunc tranſcribere debuiſſet. *Specklinus* enim refert, *Mentelinum* perfidiam *Genſefleiſchii* tam ægre tuliſſe, ut præ mœrore mortem obierit. Jam vero *Jac. Mentelius* ex libro *pulſuum mortuorum*, qui Argentinæ in templo cathedrali aſſervatur, hæc verba in medium affert: *Item obiit Dominus* Johannes Mentelius, *Impreſſor*, *Sabbatho poſt Conceptionem Virginis Mariæ* anno MCCCCLXXIIX. *Et factus ei pulſus cum campana magna Dominica ſequenti.* Quodſi itaque *Mentelinus* demum an. 1478 mortem obiit, & jam an. 1440 typographiam invenit, quodſi etiam ante an. 1450, quo Moguntiæ ars typographica exerceri cœpta eſt, *Genſefleiſchius* & *Gutenbergius* furtum ei fecerunt, haud ſane præ mœrore illum deceſſiſſe apparet. Omnes enim in eo conſentiunt, homines *p.* 80

quos ægritudo cruciat, ne decem quidem,
multo minus viginti aut triginta, annos mœ-
rorem ſuſtinere poſſe, quin potius ex hoc
morbo laborantes intra paucorum annorum
imo menſium ſpatium mortem ſibi accele-
rare. Quemadmodum autem *Mentelium* an.
1478 demum deceſſiſſe certiſſimum eſt, ita à
veritatis forma prorſus abſunt, qui illum fu-
iſſe typographum primum, & à *Genſefleiſchio*
apparatu ſuo typographico ſpoliatum affir-
mant. Nec vero ea, quæ de ligneo prelo
literisque *Speklini* tempore adhuc extantibus
memorantur, hujus ceterorumque Argen-
tinenſium ſententiæ pondus aliquod afferunt.
Inde enim non ſequitur, *Mentelinum* primum
has literas inveniſſe, ſed hoc tantum, eum
artem hanc Moguntiæ à *Fauſto* & *Gutenbergio*
didiciſſe, & in patriam reverſum his literis
ligno inciſis illam divulgaſſe, donec *Ekſteinii*
*Flachii*que auxilio literas ex ſtanno fundendi
p.81 artificium excogitaverit. Moguntini con-
tra merito ac jure optimo gloriari poſſunt,
apud ſe primas literas etiam nunc ſervari, de
quibus *Birkenius* in libro ſupra laudato p. 527.
hunc in modum: *Initio ligneas, plumbeas, æneas-
que literas in medio perforatas ſculpebant funde-
bantque, & illas filo connectebant, ſicque ex multis
literis verſum ſive lineam, & ex multis verſibus for-
mam componebant. Hoc modo primum grandiores li-
teræ latinæ conficiebantur,* antiquæ *inde nominatæ,
quibus perforatis literis Moguntia hodie adhuc nova*

opera

opera typographica in cerimoniis illis, *quas* poſtula-
tum *vocant*, *tanquam nummo luſtrico donari ſolent.*
Quod *Mallincrotius* etiam Cap. VIII. partem
ſuis, partem *Serarii* & *Arnoldi* verbis confir-
mavit. *Exſtant enim*, inquit, *Moguntiæ* &c. p. 82
(vid. ſupra Part. I. pag. 684.) Denique per-
petuum ipſius *Mentelini* ſilentium non præter-
eundum eſſe videtur, quem fugere non
potuit fama, quæ ubique de *Gutenbergero* velut
primo inventore percrebreſceret, & quæ
Fauſtus atque *Schefferus* in fine librorum typis
ſuis excuſorum jactitare ſolerent. Quodſi
itaque recta conſcientia fretus affirmare po-
tuiſſet, non illis, ſed ſibi potius inventionis p. 83
gloriam jure tribuendam eſſe, neceſſario e-
jusmodi quid in fine librorum ſua cura im-
preſſorum attuliſſet, illisque ingratum ani-
mum exprobraſſet, inprimis ſi, quod Chro-
nicon MStum fingit, hanc perfidiam æger-
rime ferens, præ mœrore e vita diſceſſerit.
Tantum vero abfuit, ut id fecerit, ut potius
ne ante annum quidem 1472 nomen ſuum
addiderit, ſi *Joh. de la Caille* in hiſtoria typo-
graphiæ, decem abhinc annis gallice edita,
fidem habemus, qui plura argumenta ſup-
peditat, quibus *Mentelium* typographiam non
inveniſſe demonſtratur. Id unum tantum
addo ex Epitaphio *Mentelii*, quod in ſui, pa-
rentum, primæ uxoris, hujusque liberorum,
& ſecundæ uxoris memoriam, in tabula lapi-
dea inſculptum, in porticu ſeu periſtylio

templi Cathedralis Argentinenſis poni curavit, ubi omnis ambitionis adeo expertem ſe præbet, ut civem tantum ſe nominet Argen-
p.84 tinenſem, nihil vero de typographia, multo minus de ſe ejus inventore afferat. Tale enim inſcriptionis hujus initium eſt: *Memoria* Johannis Mentelini, *civis Argentinenſis*, *Parentum ſuorum &c.* Quum itaque *Mentelinus* nusquam ſibi laudem iſtam arrogaverit, quamvis ei occaſio opportuna data fuerit, evidentiſſime patet, nepotem ejus, *Johannem Schottum*, intempeſtivo ſtudio familiæ inductum, huic avo ſuo inventæ artis typographicæ gloriam tribuiſſe, atque adeo annales, quos hodie Argentinenſes producunt, poſt illa tempora demum concinnatos eſſe, quamobrem nec *Wimphelingio*, nec *Gebwilero*, nec *Spiegelio*; (licet hi duo poſtremi *Schotto* blandiantur) noti eſſe potuerunt; quumque partim confuſis, partim fictis & cum veritate pugnantibus relationibus abundent, eos nequaquam *publica auctoritate* conſcriptos eſſe apparet.

Hic interim honor nunquam non habebitur Argentinenſibus, eorum indigenam & civem *Joh. Gutenbergerum*, in urbe hac artem typographicam primum inveniſſe, poſtea
p.85 Moguntiam petiiſſe, ibique auxilio *Joh. Fauſti* rem perfeciſſe. Hoc enim nonſolum *Petrus Schœfferus*, *Fauſti* gener, apud *Trithemium* teſtatur, ſed omnes etiam, qui artem hanc ex

pri-

prima officina typographica Moguntina in omnes Europæ regiones pertulerunt, quorum unusquisque *Gutenbergium* hujus artis primum inventorem ſemper habuit ac laudavit. Ex horum ore poſtea Germani ac Itali ſcriptores tunc florentes ſine dubio acceperunt, quæ in libris ſuis de typographicæ artis inventione poſteris prodiderunt. In his non poſtremo loco nominandus eſt *Wimphelingius*, qui per longam annorum ſeriem Argentinæ vixit, & *Gutenbergio* primam inventionem, *Mentelino* autem primam tantum officinam typographicam Argentinenſem tribuit. In quibus Argentinenſes hodierni forſan acquieſcent, inprimis cum D. *Schragius* ponderoſa verba *Mich. Meieri* in veris inventis Germaniæ p. 125 omnino approbet, atque adeo omnia illa, quæ de *Mentelino* ipſe attulerat, vana eſſe fateatur. *Nil ad me Moguntini* &c. usque ad p. 86 verba: *vel hanc laudem ſibi vindicare.* (vid. ſupra Part. I. pag. 195. not.) Optandum ſane eſſet, ut aliquis Baſileenſium libros à *Meiero* allegatos accurate deſcriberet. Cum enim Bibliotheca *Amerbachiorum*, qui primi in illa urbe fuerunt typographi, & bibliopolæ, in Academicam Baſileenſem translata ſit, libri primis temporibus artis typographicæ editi ſine dubio in eadem ſervantur, à poſſeſſoribus priſtinis forſan variis obſervationibus illuſtrati, quibus ſcrupuli ex multorum ani- p. 87 mo evelli poſſent.

At vero Moguntini ab omni inventionis hujus honore non prorſus excludendi ſunt; partim quod *Gutenbergii* inſtitutum in illorum urbe ad ſuam maturitatem pervenit, partim, quod non Argentorati, ſed Moguntiæ primum librorum imprimendorum factum eſt initium. Quando igitur in clauſulis librorum antiquiſſimorum urbs *Moguntina inventrix & elimatrix prima* vocatur, hæcque de illa ſæpius iterantur: *quam imprimendi arte ingenioſa, gratuitoque dono glorioſus Deus, plus ceteris terrarum nationibus præferens, illuſtrare dignatus eſt*, ut alia ejusmodi elogia taceam, id non de primo artis experimento à *Guttenbergero* Argentinæ capto, ſed de perfectiore ejus ſtatu ipſoque exercitio eſt intelligendum; quemadmodum *Petrus Schefferus* ipſe in fine Annalium Saxonicorum, lingua vernacula Saxoniæ inferioris typis ſuis excuſorum, fatetur: *Deſſe*
p. 88 *Kronecke von Keyſeren unde anderen Furſten unde Steden der Saſſen met oren Wapen beſt geprent* Peter Schoffer *von Gernsheim. In der eddelen Stat Mentz. Die eyn anefangck is der Prenterey. In deme jare na Criſti gebort. Duſent vierhundert* LXXXXII. *uppe den ſeſten dach des Mertzen.* Hanc primorum publice exercitæ typographicæ artis initiorum gloriam nemo ſane Moguntiæ eripere unquam poterit. Hinc D. *Sebaſtianus Brandtius*, Argentinenſis, non ſuis civibus ſolis, ſed Rheni fluminis accolis generatim hanc inventionem tribuit, in Carmine quodam de præſtantia artis hujus: *Nu-*

Nuper ab ingenio Rhenanæ gentis & artis
Librorum emerſit copia larga nimis &c.

Quemadmodum igitur Deo O. M. placuit, ut *Guttenbergius* quidem in patriæ ſolo prima hujus artis pericula faceret, eam vero, quamvis omnes opes ſuas arti huic impenderit, non prius perficeret, quam Moguntiam ſe deportans, in iſta urbe *Fauſti* conſilio ac ope adjutus, ad propoſitum ſibi finem perveniret; p. 89 ita urbes hæ duæ in poſterum de honore iſto, quod ſpero, non amplius inter ſe certabunt, ſed altera alteri ſuum tribuet, quod ſcilicet Deus in arte hac invenienda cuique largiri voluit.

Similiter Batavos, ac Harlemenſes inprimis, fateri decet, cum nihil aliud, niſi inciſas tabulas ligneas ac in iſtis impreſſos Donatos, aliosque ex pauciſſimis philyris conſtantes libros oſtendere poſſint; & cum ipſe, quem allegant, *Mariangelus Accurſius* nil niſi *Donatum impreſſum in tabula inciſa* iis tribuat; Annalium etiam Colonienſium ſcriptor teſtetur, artis hodie uſitatiſſimæ primam tantum formam à Belgarum Donatis deſumtam eſſe; *Hadrianum Junium* levibus & infirmis admodum argumentis *Laurentio* ſuo inventionem typorum ex ære fuſorum tribuiſſe, atque adeo *Gutenbergio*, *Fauſto*que, ejus ſocio, p. 90 hunc honorem unice deberi. Cur enim *Junio*, cujus relationes de rebus multo minoris momenti à Belgis ipſis recentioribus reji-

ciuntur & ridentur, quod verbi cauſa *Menſo Altingius*, Conſul Groningenſis, in Notitia Germaniæ inferioris antiquæ fecit, ullam fidem in re graviſſima adhiberemus, cui omnes vetuſtiores ſcriptores in hac re communi conſenſu contradicunt. Nihil quoque nos commovet Harlemenſe illud numiſma, cujus ectypon *Oudaanus* in ſupplemento libri, qui inſcribitur *Hollande Metallique* Abbatis *Bizotii* pag. 26 exhibuit atque illuſtravit. Hujus pars adverſa repræſentat Harlemenſium inventionem, qua anno 1219 Damiatæ urbis in Ægypto à Chriſtianis obſeſſæ expugnationem accelerarunt. Turcis enim catenis ferreis portum occludentibus, ut navibus Chriſtianorum aditus ad hanc urbem inhiberetur, p. 91 Harlemenſes, qui in bello ſacro exercitui Chriſtianorum intererant, ſtratagema excogitabant, & navium proris ſerras ferreas acutas ac robuſtas præfigebant, illasque ſecundo vento & expanſis velis in catenas appellebant, quibus tanta vi diſruptis ſibi reliquisque Chriſtianorum navibus viam aperuerunt. Quamobrem Imperator & Patriarcha Hieroſolymitanus Harlemenſibus nova inſignia dediſſe feruntur, quæ in rubro ſcuto quatuor inter ſtellas erectum gladium, ſupra quem crucis figura, exhibent. Hoc pulcherrimum factum cum inſignibus urbis in adverſa numiſmatis parte repræſentatur, addita hac inſcriptione: VICIT VIM

VIR-

VIRTVS. Quum præterea poſt inſignia non ſolum duo Romanorum faſces cum ſecuribus, tanquam ſymbola ſupremæ poteſtatis, ſed & duo rami palmæ decuſſatim poſiti compareant, ex *Boxhornii* Theatro Hollandiæ p. 130 obſervamus, quondam temporibus papææ ſuperſtitionis, per omnes regiones fuſæ, pubem Harlemenſium die primo Januarii quotannis in publicis ſupplicationibus, in hujus victoriæ memoriam, ejusmodi *p. 92* palmas aut naviculas & imagines, quas vulgo *Prauwen* vocarunt, circumtuliſſe. Qui ritus licet una cum Pontificis Romani dominatione abolitus ſit, numiſma tamen hocce non ſolum in rei hujus memoriam, ſed & potiſſimum ſtrenæ loco publica auctoritate cuſum videtur, quod ſiglæ S. C. i. e. *Senatus Conſulto* nomen etiam urbis HARLEMVM magis confirmant. In averſa numi parte conſpicitur *Virtus*, vel *Scientia*, forma muliebri, dextra tenens coronam, & ſiniſtro cubito in prelum typographicum incumbens; ante illam poſitus eſt cippus, cum inſcriptione: TYPOGRAPHIA. Nos quidem accurate declarare non poſſumus, quo potiſſimum anno hoc numiſma ſignatum fuerit, cum annus non additus ſit; fabrica tamen ejus ſatis indicat, quinquaginta demum vel ſexaginta annis abhinc eſſe percuſſum, adeoque Harlemenſibus ad probandam ſuam ſententiam inſervire haud poſſe.

Argentinenſes ac Moguntini jure majori hoc novo numiſmate gloriari poterunt, quod, p.93 in memoriam quinti anni jobelæi artis typographicæ inventum, omnibus eruditis artiumque Cultoribus ſtrenæ loco offero. Hujus antica pars hac inſcriptione ornatur:

ARTI
TYPOGRAPHICÆ
A JOAN. GVTTENBERGIO
ARGENTORATI INVENTÆ
AC OPE
CONSILIOQVE JOAN. FAVSTI
MOGVNTIÆ AN. MCCCCL
BIBLIIS LATINIS
ÆNEO CHARACTERE
IMPRESSIS
PRIMVM VULGATÆ
QVINTVM JVBILÆVM
ANNO CHHRISTI JVBILÆO
MDCC
FELICITER
CELEBRANTI
SACRVM.

Poſtica vero exhibet Emblema illud ſupra jam expoſitum de Aurora, quæ eodem fere habitu comparet, quo *Sandrartius* eam in Academia ſua inter alia Numina gentilium p. 35
p.94 ex Poetis delineatam repræſentavit, hoc tantum diſcrimine, ut rotarum currus loco alæ ex Fortunæ curru p. 161, ad alas, quæ auroræ Pſ. 139 tribuuntur, indicandas deſumantur.

Pe-

Pegaſus, ſuper quem Phoſphorus micat, currui junctus eſt, in quo ſedet Aurora forma muliebri, dextra facem accenſam tenens, ſiniſtra roſas ac flores ſpargens. Ante illam depingitur gallus, cantantis habitum referens, & à tergo auroræ ſol ſplendidiſſimus oritur, cum hac inſcriptione; VT AVRORA MVSIS AMICA SOLEM. SIC TYPOGRAPHIA RENATVM EVANGELIVM. Indicat illa, typographicam artem perinde, ut Muſis ſtudiisque amica Aurora ſolem prægreditur, doctrinam puram Evangelicam divina favente gratia nobis reſtitutam anteceſſiſſe.

Quemadmodum igitur nemo facile negaverit, Summo Numini pro hac arte artium (uti à nonnullis ob conſervatas per illam omnes artes ac ſcientias non immerito voca- *p.95* tur) imminente inprimis quinto hoc ejus jobelæo anno maximas deberi gratias ac laudes cumulatiſſimas, ita arbitrio omnium, qui nobiliſſimam hanc artem typographicam aut auctoritate ſua protegunt, aut conſilio juvant, aut denique manu exercent, committimus, utrum die feſto S. *Johannis Baptiſtæ*, quem Lipſienſes quondam ob prænomen *Joh. Gutenbergii & Fauſti*, primorum artis hujus inventorum, elegerunt, an alio quodam, qui ipſis placuerit, hilaria jobelæa recolere, & vel concione ſacra in templis, vel Panegyrico diſerto in Academiis Gymnaſiisque, aliis-

aliiſque ſolennibus cerimoniis celebrare velint.

At vero in his feriis id probe obſervandum erit, quod D. *Joh. Schmidius* in Concione ſacra prima de inventione typographiæ admonuit: *Non quidem ut nova quædam affectemus* &c. (vid. ſupra Part. II. pag. 70.) Scripſi Gothæ, d. 14. Decembris Kalendarii veteris, & novi die 24. publicato Romæ anno jobelæo papali, exeunte anno MDCIC.

Laudes meritiſſimas
nobiliſſimæ artis typographicæ,
cum IO. CONRADVS STOESSELIVS,
præſtantiſſimæ hujus artis cultor ſtrenuus, ex laudabili typographorum more, in ædibus Patris ſui,
Viri honeſtiſſimi, ſolertiſſimi & peritiſſimi,
CONRADI STOESSELII, Typographi ac Bibliopolæ in urbe Chemnitienſi florentiſſimi,
tyrocinium poneret, & documentum artis daret,
paucis exponere anniſus eſt amicus,
qui nomen ſuum in fine epiſtolæ profitetur.
De lingua vernacula ad verbum expreſſit
JO. GERH. SVCKSDORFIVS,
Gymnaſii Hamb. Civis egregius.

Amice ſuaviſſime,

Conſtat inter omnes, Sinenſes, potentisſimam Aſiæ gentem, crebro jactitaſſe, ſe ſolos in contemplandis rebus

bus ambos oculos adhibere, Europæos unum tantummodo, reliquas vero nationes oculis prorſus carere. An vero & quatenus hæc cum veritate conſentiant, aliis diſputandum relinquimus; id ſaltem nemo ſana mente præditus negaverit, Germaniam his temporibus ob plurimas ſcientias, eximias artes, utiliſſimaque inventa ceteris regionibus omnibus longe præponendam eſſe. Nam certe ultima hæc monarchia non à cœcis eſt conſtituta, divinæ religionis ratio nequaquam à ſtupidis colitur, Academiæ noſtræ barbaris ruborem incutiunt, & ſclopetorum atque tormentorum bellicorum vi hodie totus terrarum orbis ac Sinenſes ipſi domantur.

Typographia vero, magnum illud mundi miraculum, ſatis ſuperque demonſtrat, Germanos oculorum acie ceteris omnibus nationibus præſtare. Etenim nonne hæc ipſa eſt æternæ felicitatis obtinendæ ſubſidium belliſſimum, omnium artium alma mater, ſalutaris doctrinæ Chriſti cultrix, omnium virtutum magiſtra, omnium inventorum artificioſorum receptaculum, omniumque rerum fortiter geſtarum publicatrix? Hæc profecto eſt cumulus magnorum & ſublimium donorum, domicilium veræ ſapientiæ, inſtrumentum omnium Theologorum, JCtorum, Medicorum & Philoſophorum, docentium æque ac diſcentium, at-

atque nutrix innumerorum hominum. Hæc plura uno die præſtat, quam aliquot millia librariorum integri anni ſpatio efficiunt, & uno die plura abſque calami ope ſcribit, quam vel mille homines perlegere poſſunt. Abſque illa his temporibus nemo facile doctus evadere poteſt, ejus autem ope eruditi etiam poſt mortem ſuam ſemper vivunt & florent. Hæc ars eſt columna, quæ omnium dignitatem pro eo ac merentur ſuſtinet, immo fortiſſimorum pariter atque literatorum virorum diverſorium. Sine illa his temporibus haud commode vel vera religio coli, vel jus conſtitui, vel leges ferri, quæ ſunt firmiſſima Rerum publicarum fulcra, vel etiam pietas Deo tribui poteſt. Eſt ſane buccina Spiritus S. per quam altiſſimi Numinis laus atque gloria in toto terrarum orbe præcipue his ultimis temporibus percrebuit. Ut ſummatim cum *Luthero* magno illo Eccleſiæ doctore dicam, eſt ***maximum ac ultimum Dei donum.***

Proinde non leve Dei O. M. bonum & beneficium fuit, quum *Joanni Guttenbergio* A. C. 1440 hujus artis nobiliſſimæ in Germania inveniendæ gloriam benigne concederet, quæ jucunditate & præſtantia ſua viros cujuſcunque ordinis & dignitatis adeo pellexit, ut ipſi Imperatores, Reges, Principes aliique viri primarii, illa admodum delectati, eam mirifico amore & favore proſecuti ſint, plurimis

rimis privilegiis ornaverint, nullisque ad illam promovendam ſumtibus pepercerint. In his præcipue laudantur Imperatores Romano-Germanici *Carolus* V. & *Ferdinandus* I. (qui primam officinam typographicam Vindobonæ in Germania inſtituit, in qua libri Syriacis typis exprimerentur) *Franciſcus* I. Galliæ Rex, Saxoniæ Dux *Fridericus*, aliique, illuſtriſſima hac ſtirpe orti, qui hanc artem ipſi exercuerunt & typos argenteos eum ad finem ſibi compararunt. Quid quod non levem laudibus ſuis cumulum accedere arbitrati ſunt, ſi typographis ſolertibus opem auxiliumque ferre poſſent.

Præterea ars hæc uberrima abundat utilitate, quippe quæ inſtar largiſſimi fluminis ad omnes cujuſcunque conditionis homines longe lateque diffunditur, ejusque fructus adeo communes ſunt, ut illi neminem fugere queant. Etenim quod Biblia S. Patrum eccleſiæ opera, aliaque plurima erigendis emendandisque hominum animis inſervientia ſcripta tanto numero exſtent; quod utrumque jus, canonicum & civile, egregie illuſtratum, in omnium manibus verſetur; quod medicorum ars tanta incrementa ceperit; quod philoſophia rerumque naturalium inveſtigatio ad ſummum apicem provectæ ſint; hæc omnia poſt Deum nemini, niſi præſtantiſſimæ huic arti, accepta ſunt ferenda. Id quidem certe manifeſtum eſt, in-

inſigne illam emolumentum hominibus cujusque conditionis & ordinis jampridem attuliſſe, & usque ad hoc tempus præſtare. Vanus igitur foret labor ac irritus conatus, ſi plura in hujus artis laudem proferrem, cui pro meritis celebrandæ memet prorſus imparem eſſe minime diffiteor.

Quum vero Tu, amice honoratiſſime, in hac egregia arte addiſcenda ſingularem diligentiam adhibueris, atque id conſecutus ſis, ut hodierno die Te typographorum collegium lubenter & merito ſodalem reciperet, Tibi, novis his honoribus ornato, fauſtiſſima ac proſperrima quævis his tenuibus literulis ex animo apprecor, hocque inprimis in votis habeo, ut nobiliſſimam hanc artem (cui, licet imperitis contemtior viſa, ſuus ſemper conſtabit honor,) ad divinam gloriam proximique commodum promovendum diu exerceas, tibi vero & clariſſimæ *Stöſſeliorum* genti amplus inde honor enaſcatur. Sincero te complectens amore ſum ac nunquam non ero,

Amice honoratiſſime,

Chemnitii XXVI. Nov.
A. cIↃ IↃ CCIX.

Tibi deditiſſimus
JO. CHRISTOPH. KRAVSIVS,
Typographiæ cultor.

De

Digitized by Google

Digitized by Google

7p

Digitized by Google

